
CODEX

DIPLOMATICVS CAVENSIS

TOMUS PRIMUS



Lit. Richter & C. Napoli

MONASTERIUM CAVENSE

CODEX
DIPLOMATICVS CAVENSIS

NUNC PRIMUM IN LUCEM EDITUS

CURANTIBUS

DD. MICHAELE MORCALDI. MAURO SCHIANI.
SYLVANO DE STEPHANO. O. S. B.

ACCEDIT

APPENDIX

QUA PRAECIPUA BIBLIOTHECAE MS. MEMBRANACEA DESCRIBUNTUR

PER

D. BERNARDUM CAIETANO DE ARAGONIA. O. S. B.

TOMUS PRIMUS

NEAPOLI
EXCUDEBAT PETRUS PIAZZI
MDCCCLXXIII

SYNOPSIS

HISTORICO—DIPLOMATICA

MONASTERII ET TABVLARII CAVENSIS

. . . . Maiores nostri, veteres illi, facere optima quum scribere magis solliciti, de historia adornanda, digerendisque annalibus parum admodum cogitabant.
D. Ioannes Mabillon - *Praefat. ad Annales Ordi. S. Bened.*

I.

Metellianae Vallis aspectus — Alferius Pappacarbone — Monasterii cavensis initium et progressus.

966 — 1092

Quintum fere lapidem a salernitani litoris ora arduus eminet mons, sylvosis collibus hinc illinc circumdatus, quem a vertice, fenestrae instar patulo, Montem Fenestram accolae adpellant. Tramontanorum agrum a Cavensibus separat. Ubi radices in orientem solem spectant, declivis latitudo in oblongum sternitur, cui Cavae nomen immanis indidit crypta, quam Veteres Arsiciam nuncuparunt. Cava etiam metellianae vallis vocabulo antiquitus cognita; quippe quam quidam e romana Metellorum gente incoluisse fertur [1]). Vallem amniculus Selanus nomine rigat, qui, suavi murmure interfluens, in proximum Veteris sinum illabitur. Vere, atque aestate manentibus, tam loci facies amoena, ut nihil supra. Odoris herbulis, fragisque sata, patet vallicula obversa favoniis, qui simul aestum temperant, et flosculos blandiuntur Selani rivulis altos. Perrarus coluber, nullum animal homini infensum; at proximi colles, olentibus

[1]) Vide *adnotationes* sub lit. A.

sylvulis consiti, diu noctuque lusciniarum concentibus insonant. Solis iubar, arbustorum umbra refractum, virentem planitiem, amniculi ripas, clivorumque declivia tam modica luce aspergit, uti visentibus thessala Tempe adesse videantur.

At, adveniente autumno, hiberni frigoris praevio, vallis immutatur. Quam nuper ridentia prata tegebant, mox atra nebula obumbrat. Pro lusciniarum musice, accipitrum vox intervolantium sinistra stridet. Ne sereno quidem die ima vallis sol attingit radio, brumamque castigat. Frequens imber, frequentior turbo, creberrima fulgura; et saepe, montibus de coelo tactis, cavernae rupibus insitae terribili tonitrus fragore reboant. Quae loca aestivo tempore Elysios memorant, hyeme saeviente, caledoniarum solitudinum speciem exhibent, qua Shaksperius lamias vagari, et choreis, horrendoque carmine devotiones, et incantamenta struere comminiscitur.

Hunc metelliana vallis retinebat adspectum, cum, anno reparatae salutis noningentesimo sexagesimo sexto incoli occoepit. Quidam Ermericus monachus, Coenobium S. Mauri in Centulis a Saracenis dirutum deserere coactus, Cavam petiit; et, eremo condita fere sub crypta, de qua supra memoravimus, ibi reliquam vitam transigere instituit. Sub idem tempus contubernalem adscivit Leutium casinatem, qui, Abbatis sui Mansonis saevitiam perosus, eodem contendit. At paulo post illustrem sodalem nactus.

Adalferius, seu Alferius, Pappacarbonum inclyta langobarda familia ortus, et Salerni principibus adfinitate coniunctus, ea morum integritate, peritiaque litterarum eluxit, ut principi Ioanni, eiusque filio Guaimario acceptissimus, inter palatii proceres permagni haberetur. Ad Othonem Germaniae imperatorem a Guaimario legatur; inde aliquot negotiis peragendis apocrisarius in Galliam mittitur. Longo itinere fatigatus, in Monasterio S. Michäelis de Clusa constitit, ibique gravi morbo correptus est. Iuratus, si quid vitae mansisset, futurum fuisse, uti Deo solummodo inserviret, Odilonem cluniacensem abba-

tem arcessivit, a quo religionis habitum indueretur. Quem voti compos Cluniacum secutus, sub tanto magistro in monasticae vitae studia incubuit. Attamen, principis Guaimarii avunculi sui desiderio indulgens, Salernum rediit; et cum nullatenus flecti quiret, uti sacrum indumentum exueret, in Coenobio S. Benedicti monachus factus est. Inde, non multo post, uti erat in votis, in metellianam vallem secessit; ibique, anno millesimo decimo primo, prope Ermerici eremum, Monasterii et Ecclesiae Sanctissimae Trinitatis titulo fundamenta iecit, hospitium pro peregrinis instituit, et cavensis benedictinae Congregationis, iuxta cluniacenses constitutiones, inclytus parens habetur.

Laeta admodum Monasterii cavensis initia: quippe cuius eo fama percrebuit, uti duo Guaimarii, qui tunc temporis principatum obtinebant, affatim terrarum, nemorumque cum valle metelliana illi dono dederint, et cuncta benedictina Coenobia in salernitano principatu sita subiecerint [1]). Duorum principum aemuli, Iaquintus, Lando, et Desiderius, comites, Ecclesiam S. Mariae de MERCATELLO obtulerunt; Guiselgardus vero Malliani comes, Salpertus Gisulphi principis MARESCALLUS, et nobiliorum langobardorum plerique, rerum humanarum pertaesi, alii Casini, alii cavensem solitudinem supremum vitae refugium voluere.

Ex his recensendi sunt Desiderius, Alfanus, Leo, qui, summis honoribus functi, magnopere celebrantur. Desiderius, primum Sanctissimae Trinitatis Cavae alumnus, dein Casini monachus et Abbas, romanae Ecclesiae Victoris III nomine Pontifex creatus est. Alfanus, medica arte, scientiarum peritia et qualibet virtute conspicuus, salernitanae Ecclesiae Archiepiscopus praefuit, et Leo tandem, Lucae in Etruria ortus, cavensi monasterio praeficitur, eodem anno, quo Alferius, annis meritisque onustus, mortem occubuit.

Alferio vita defuncto, superfuerunt caritatis exempla, quae, alumnis transmissa, uti evangelica talenta, multiplicantur. Leo abbas et monachi, parentis

[1]) *Anno 1025. Dipl: n.° 18. Arca magna lit. A.*

carissimi vestigia ingressi, pietatis et scientiarum studia tantopere coluerunt, uti vivus adhuc Alferius videretur, eosque verbis et exemplo cohortari, ne ab incepto desisterent. Hinc Pontifices et Principes maximo honore cavenses monachos prosecutos fuisse, Bulla testatur, qua Gregorius VII in apostolicae sedis tutelam monasterium excepit [1]); testantur Gisulphi principis Salerni [2]) et Petronii tarentini comitis diplomata [3]), et Northmannorum historia. Ex qua aliquid hic depromere liceat. Robertum Guiscardum, Apuliae Ducem, fidelitatis obsequium romanae Ecclesiae denegare ausum Gregorius VII anathemate perculit. Gisulphus, Salerni princeps, Romam profectus, leviro suo veniam petiturus, Leonem abbatem cavensem, maximi a Pontifice habitum, legationis socium adscivit, ratus, nisi is pacem Guiscardo impetrasset, neminem impetraturum fuisse.

Rerum cavensium fama in dies gliscente, plerique mortales undique gentium in metellianam vallem confluxere, pars sanctae conversionis, ceteri studiorum cupidi. Itaque claustra capiundae multitudini angusta; veteribus novas sedes addendas visum est. Huc accedebat quod, cum Robertus Guiscardus salernitani principatus potiri machinaretur, Guaimarius princeps, Amalphiae Dux cognomine Balbus, Guaimarius Corneti Comes Balbi nepos e fratre, Gisulphus Mansonis principis filius, aliique e primoribus langobardis, civili bello et adversae fortunae casibus in cavensi Coenobio remedium quaesiverunt. Insuper nonnulli, adhuc pueruli, custodiendi et sanctos mores litterasque edocendi cavensibus monachis tradebantur; sic filii Madelmae, viduae comitis S. Severini, ob scelera a germano suo Pandone interempti. E monachis, qui puerorum erudiendorum munere fungebantur, Petrum Cancellarium et Ghibertum Armarium emicuisse comperimus. Prior chronicon cavense, mirum

---

[1]) An: 1079 Bulla n.° 8. Ar: Mag: lit. B.

[2]) an: 1058 Dipl: n.° 37. Ar. Mag: A.

[3]) An: 1072 Dipl: n.° 6. Ar. Mag: B.

opus anteactae societatis notitiis refertum, scribere occoepit; alter Chronici continuator, ac celebratissimi Tabularii cavensis fundator extitit. Sic civili societati proderant, qui illam deseruisse videbantur; dum barbarorum incursibus, civili et externo bello infelix Italia vastabatur, monachi Historiae documenta parabant.

Haec et alia id genus, quae simul caritatis et civilia studia erant, non diu latuere principes. Robertus Guiscardus [1], eius uxor Sichelgaita [2], Gaitelgrima Comitissa [3], Gilbertus et Gotfridus northmanni Comites [4] ingenti bonorum copia monasterium donarunt, quae, nedum fratrum multitudini, sed necessitatibus pauperum subvenirent. Quare Petrus abbas, sancti Alferii e fratre nepos, Leoni defuncto suffectus, monasterium ampliandum, et Ecclesiam, aquarum inundatione pene dirutam, novo fundamine extruendam curavit. Et, quatenus vallis angustiae sinebant, tam apte et congruenter nova aedificia posuit, explevitque, uti magis admiranda, quam describenda putentur. Praeterea, alia fecit: monasterium S. Angeli de Crypta in agro nucerino condidit; monasterium S. Ægidii in monte Gargano, S. Ioannis de Trisino in Lucania; et tandem S. Eliae in cacumine montis, qui cavensi coenobio e regione imminet. Et quoniam hospitium a divo Alferio instructum magnae peregrinorum frequentiae impar factum erat, castrum Corpus Cavae adpellatum, Monasterii conterminum extruxit, moenibusque vallavit. Quod, inter plerosque, incoluere, qui Cluniaco in metellianam vallem convenerant, Petrum visuri. Is, ad explendum votum, cluniacense Monasterium adivisse memoriae proditur, ibique moratus fuisse, donec a Cardinali Ildebrando accersitus, in cavense Coenobium rediret. Huc eum secutus est adolescens alumnus, Oddo nomine, natione Gallus, et brevi inter cavenses monachos cooptatus. Qui postea ad pontificatus fastigium Ur-

[1]) An: 1080. Dipl: n.° 12. A. M. lit. B.

[2]) An: 1083. Dipl: n.° 32. ibidem.

[3]) An: 1081. Dipl: n.° 16. ibidem.

[4]) An: 1081. et 1082. Dipl: n.° 19. et 25. ibidem.

bani II nomine evectus, tanta caritate in magistrum flagravit, uti, anno millesimo nonagesimo primo, in synodo melphytana, primum inter Abbates honore infulae decoraret [1]). Cuius liberalitatis in Petrum et monachos alia documenta sunt privilegia et immunitates Coenobio concessas. De quibus pauca infra attingemus.

II.

Ecclesia Santissimae Trinitatis ab Urbano II sacratur—Privilegia, immunitates et concessiones recensentur — Nonnulla gesta, et quaedam de Artium Scientiarumque cultu memorantur.

1092—1394

Oddo in cavensi Coenobio Petri discipulus mansit, usquedum Romam a Gregorio VII accersitus est, collegio Cardinalium adscriptus, et ostiensis Episcopus factus. Victore III defuncto, Urbani II nomine Pontifex creatur. Tempus erat, quo atrox bellum pro INVESTITURIS Italiam miscebat. Urbanus, Henrici IV imperatoris, et antipapae Guiberti insidias vitabundus, Salernum confugit, a Duce Rogerio, Guiscardi filio, humanissime exceptus. Ibique rogatus a Petro, uti Ecclesiam cavensem a fundamentis erectam suis ipse manibus consecraret, Abbatis et monachorum desiderium libenter explevit. Undecim e sacro Collegio comites adscivit: inter quos Ubaldum episcopum sabinensem, Oddonem, albanensem, Bernardum, praenestinum, Ioannem, tusculanum, Rangerium, regithanum. His igitur, et Duce Rogerio comitantibus, ingenti presbyterorum, et nonthmannorum militum numero stipatus, se viae commisit. Cum a Coenobio dimidium lapidis abesset, instinctus caritate loci, ubi se Deo dicaverat, pedes iter pergere instituit. Et quo is equo desiluit, et tantae religionis exemplum comites sunt imitati, extat, memoria posteris, sacellum petram continens, qua paullisper insedisse traditur. Ex ea locus PIETRA SANTA vocabulum mutuatus est.

---

[1]) Ex codice membran: DE VITIS SS. PATRUM CAVENSIUM characteribus langob: exarato, quem clariss: Muratorius inter SCRIPTORES RERUM ITALI: Vol: VI. in lucem edidit.

Vix lapidis iactum Urbanus inde processerat, cum ei, fratribus circumfusus, occurrit Petrus, veneranda canitie conspicuus. Atque alter alterius laetati vultu complexuque, alternis monachorum choris psalmos canentibus, perrecto itinere, Coenobium ingrediuntur. Et postera die, nonis septembris anni millesimi nonagesimi secundi, Pontifex, ad altare solemni ritu progressus, oleo sancto parietes templi levit: et, ad perennem dedicationis memoriam, marmoreum lapidem, crucemque in eo sculptam, et pariter sacro chrismate litam, posuit [1]). Caeremoniis peractis, quo caritatis suae in magistrum memoria posteris traderetur, Petro, eiusque successoribus iurisditionem episcopalem per edictum perpetuum attribuit; sacros maiores ordines conferendi, consecrandi Basilicas, conficiendique chrismatis potestate excepta. Interim Dux Rogerius, Pontificem aemulatus, eo, et cardinalibus inspectantibus, amplissimas immunitates, et plurium terrarum, marisque Veteris ditionem Coenobio concessit [2]).

Tot igitur privilegiis, quae idem Urbanus II sequenti, et Pontifex Paschalis II anno millesimo centesimo solemni bulla confirmarunt [3]), tantaque bonorum copia cavense Coenobium ditatum, ad summa rerum fastigia brevi pervenit. Et tot monasteriis, tantoque monachorum numero adauctum est, uti sibi congregationis titulum arrogaret, eiusque Abbates et Priores Magni nomine adpellarentur. Etenim Petrum plerosque mortalium (supra tria millia) habitu S. Benedicti induisse constat, et saeculi unius progressu, cavensi Coenobio innumeras Ecclesias subiectas fuisse: quarum (non excepta S. Pauli basilica extra Urbis moenia [4]), pars abbatiali, ceterae prioratus titulo regebantur. Quamobrem Sanctissimae Trinitatis Coenobium eo claritudinis venit, ut, qui id temporis schismatis facinore foedi, omnia in Ecclesia susque deque everte-

---

[1]) Vid. adnotat: sub lit B.

[2]) An: 1092. Bulla n.° 31. A. M. C.

[3]) Ex Bulla Urbani II. an: 1093 – n.° 35. a. m. c. et ex Bulla Paschalis II. n.° 26 A. M. D.

[4]) Vid. adnot. sub lit. C. —

bant, nemini tutius, salubriusque custodiendi, quam cavensibus monachis traderentur. Huc a militibus Paschalis II compellitur antipapa Theodoricus, romanus; et hic, expiato crimine, pientissimum exitum habuit. Eodem relegatur Bordinus, Brigantiae episcopus, quem, oborto schismate post Paschalis II obitum, Henricus V imperator Gelasio II antipapam obiecerat.

At cavenses monachi, non modo monasticae rei augendae, sed civilis societatis usui ingentes opes et studia contulere. Quum octavo saeculo magna Saracenorum manus terra marique Lucaniae fines praedabunda excurreret, gens maritimae orae accola, uti hostium saevitiem effugerent, laribus relictis, se in montium specubus abdiderunt. At, anno millesimo centesimo vicesimo tertio, Constabilis, lucanus, qui tum Coenobio praeerat, profugorum misertus, in montis cacumine, qui Posidoniae sinum, et peramoenum Leucosiae promontorium prospectat, castrum extruxit, quo palantes agricolae se in tutum reciperent. Atque, uti securi rebus suis consulerent, castrum, quod ab eo conditum, hactenus CASTELLO DELL'ABATE nuncupatur, moenibus, foribusque munivit. [1])

Egregia haec Cavensium facinora tam ingentis gloriae materies monasterio fuerunt, uti principes crebris concessionibus illud ditare pia inter se aemulatione quadam certarent. Etenim, uti diplomata Archivio asservata testantur, Rogerius rex feudum S. Michäelis Arcangeli de Petralia in Sicilia donavit [2]); Henricus, marchionis Manfredi filius, siculum feudum S. Nicolai Paternionis concessit [3]); et, ceteris missis, Petrus de Domina Mira, Riccardus Caïetano, Ioannes Brancazio, aliique neapolitani proceres, Ecclesiam S. Gregorii de Regionario, Neapoli apud Sedile Forcillense sitam, elargiti sunt [4]). Non mi-

---

[1]) V. adnot. sub lit. D.
[2]) An: 1130. Dipl: n.° 49. Arc. M. F.
[3]) An: 1121. Dipl. n.° 33. ibid:
[4]) An. 1150. Dipl. n.° 8. a. m. H.

nori liberalitate fuere pontifices; e cavensibus monachis alii, uti Rangerius [1]), Ioannes [2]), Rossumannus [3]), purpura honestati, alii ad episcopatum evecti; monasterii privilegia, immunitates, iura ab Eugenio et Alexandro III solemniter adfirmata [4]).

Haec munificentia pontificum nuspiam, et nullo tempore defuit. Anno millesimo centesimo septuagesimo quarto, Guilielmus II cognomine Bonus, Siciliae rex, templum cum monasterio contiguo Monteregali a fundamentis erexit. Et ratus, se optime factum ire, si benedictinae familiae recentis basilicae servitium crederet, Benincasam cavensis Coenobii praesidem rogavit, ut aliquot e cavensibus monachis in Siciliam mitteret. Memoriae proditur Benincasa centum misisse, eisque Theobaldum abbatem praefecisse. Quem, paucis post annis, Lucius III in abbatiali regimine confirmatum ad episcopalem dignitatem extulit. Theobaldo defuncto suffecit Guilielmum, pariter monachum cavensem, et insuper in primum Montisregalis Archiepiscopum cum honore pallii constituit [5]). Et Guilielmus rex, in obsequentis animi argumentum erga monachos, qui, sanctitate et scientia praestantes, panormitanae provinciae iuventutem litteras edocendam susceperant, ingenti bonorum copia Montisregalis Coenobium ditavit. Inter quae adnumerantur castra Corlionis, et Bulcharis, naves quinque in portu Panormi, thinnaria in insula Fima, et praedia, et Ecclesiae in Calabria quamplurimae. [6])

Interim non minus nova Monasterio cavensi privilegia impertiebantur. Archiepiscopi et Episcopi in salernitana et neapolitana provincia, in Apulia, in Calabria, et ipsa Sicilía, ordinariam iurisditionem in suae dioeceseos finibus,

---

1) 1089.
2) 1095.
3) 1128.
4) An. 1149. Bulla n.° 7. a. m. H. et an. 1168. Bul. Alex. Pp. n.° 2. ibid.
5) An. 1182. Ex bulla Lucii Pp. III. in regesto Ab. Venerei sub lit. L. pag. 140.
6) Ex eodem regesto sub lit. G. p. 271.

iampridem monasterio cavensi concessam, magis firmare et extendere nitebantur. Et haec omnia tantopere principibus grata, uti, si aliis alia privilegia addenda viderentur, nemini dubium sit, quin illi libenter additturi fuissent. Nam abbas Benincasa, vir sanctitate spectandus, insigne diploma (omitto cetera) a Balduino sexto Hierosolymorum rege obtinuit, quod ab iure *anchoratici* navim monasterii eximebat[1]), quae saepe in Orientem navigabat, quandoque peregrinorum, frequentius fratrum cavensium tradux, qui Ecclesiae S. Mariae Latinorum, et Xenodochio ab Amalphitanis instituto inservitum, Hierosolymos mittebantur.

Inter haec studia non negligebantur Artes. Anno millesimo centesimo sexagesimo, Marino Coenobium moderante, basilica, penitus renovata, pulcherrimis picturis emicuit; parietes marmoreis tabulis vermiculatis contecti, pavimentum e vario colore lapillis constratum. Pleraque ex his, iniuria temporis, diruta, vix alto vestigio superstite, et solum licet adhuc admirari ambonem porphyreticis orbiculis de musivo contectum. Leo II abbas, a Concilio lugdunensi reversus, nihil solemnius habuit, quam nova aedificia condere, vetera expolire. Quapropter Claustrum absolvit, quod, fornicum et epistyliorum structura, et columnis, capitulisque forma et varietate pulcherrimis, decimi tertii saeculi architectonicum opus exhibet. Suppositam claustro aedem S. Germani construxit, et marmoreis sculpturis picturisque ornandam curavit. Quae inter artis miracula, cui Giotto nomen fecit, recensenda videntur, quippe divini illius artificis pingendi modum praeseferunt.

Aedi S. Germani contiguum Coemeterium erat. Id capiebat cryptam, ubi divus Alferius diu vixit, et cum SS. Leone, Petro, Constabili tumulatus extitit. Quare legimus, quamplures Duces et Comites langobardos, northmannos, innumerosque proceres, illuc reliquias suas elatas optasse[2]). Inter hos praeci-

---

[1]) An. 1181. Diplo. n.° 28. a. m. H.

[2]) Vide adnot: sub. E.

pue recensenda Sibylla, Rogerii regis uxor; cuius tumulus, olim subter cryptam non procul a sanctorum abbatum sepulcro positus, nunc in vestibulo Ecclesiae inspicitur, pereleganti disticho inscripto, quod defunctae pietatem, et viri munificentiam in cavense Coenobium memorat:

REX HVIC DAT RVPI ROGERIVS ARVA SICLORVM
DAT CONIVX CINERES MOESTA SIBYLLA SVOS.

At, non modo magnitudine rerum gestarum, sed monachorum scientia sodalitii claritudo adolescebat in dies. Etenim interdum ex eo prodibant, qui, in difficillimis negotiis peragendis maxima dexteritate callentes, reipublicae regimini praeficiebantur. Patet, Balsamum, inter Abbates decimum, ab inclyto Friderico II imperatore regium Iustitiarium iussum; Philippum de l' Haya a Roberto andegavensi, Guttardum a Ioanna I regios consiliarios adscitos; Maynerium abbatem, eiusdem reginae a latere consiliarium, Siciliae regno magnum cancellarium praepositum fuisse. Nec defuerunt, qui sacras disciplinas, concionandique artem publice edocerent. Ex his, ne ceteros memorem, qui *trivio* et *quatrivio* operam navabant, Benedictus barensis et Petrus a Marsico emicuerunt: ille, in quaestionibus sacrae scripturae extricandis versatissimus, de Apocalypseos misteriis opus confecit, cui titulus *De septem Sigillis*; alter, auctor *Dictionarii in Artem concionandi*, magnam laudem assecutus est, et sacro Collegio adscriptus. Nec praetermittendos puto, qui, transcribendis codicibus incumbentes, dignam benedictino nomine hereditatem nobis tradiderunt. Ast, quoniam nomina et opera singillatim referre haud nobis mens est, tantummodo, qui principes habentur, memorare liceat, Ioannem Capuanum, Raynaldum et Guidonem. Primus, auctore Urso venusino, librum *de Vita Sanctorum Patrum cavensium* elegantissimis langobardis characteribus, circa saeculi decimi tertii finem scripsit; alter Sacram Bibliam concinne exaravit; tertius, sub decimi quarti saeculi initio, alium Sacrae Scripturae co-

dicem, et membranacea volumina *Speculi historialis Vincentii Bellovacensis* scite transcripsit, quorum paginas miniaceo opere decoravit.

III.

Monasterium in Episcopatum erigitur — Datur in Commendam — Congregationi Monachorum S. Iustinae adiungitur — Abrogatum atque instauratum in eo Monachorum Sodalitium.

1394 — 1818.

Postquam, saeculorum progressu, cavensis Monasterii dioecesis plerisque terris, oppidisque auxit, Bonifacius IX, anno millesimo trecentesimo nonagesimo quarto reparatae salutis, pontificatus sui quinto, Ecclesiam Sanctissimae Trinitatis in Cathedralem erigere, et monasterium episcopatus titulo insignire constituit[1]). Itaque Ligorium abbatem archiepiscopali salernitanae Ecclesiae praefecit, et Franciscum de Aiello, eiusdem metropolitanae canonicum, cathedrali cavensi episcopum praeposuit. Is successorem habuit Franciscum Mormile a Neapoli, et vicissim Sagacem de Comitibus, romanum, qui, anno millesimo quadringentesimo trigesimo primo, cardinalis titulo ab Eugenio IV decoratus, episcopatum cavensem in Commendam retinuit. Ei vita defuncto sufficitur Ludovicus Scarampus, seu de Mediarota, cardinalis titulo S. Laurentii in Damaso, et Patriarcha aquileïensis. Qui, anno millesimo qnadringentesimo sexagesimo quinto, interiit; et Commenda cavensis Ioanni cardinali de Aragonia, Ferdinandi I regis filio, demandatur, et post huius obitum, anno millesimo quadringentesimo octogesimo quinto, cardinali Oliverio Carrafa, neapolitano, Episcopo ostiensi, ab Innocentio VIII impertitur.

Infausta Commendatariorum tempora, quae praeclarissimus Muratorius merito indignabatur. In Monasterio cavensi, uti alibi, nedum musae, sed et

[1]) Bulla n.° 23. A. M. lit. P.

organa siluere. Quidquid artium, scientiarumque, barbaricae vastitati ereptum, monachorum studio reliquum erat, pessumdatum est. Sub decimi quinti saeculi initium celeberrima benedictina Coenobia, sive malignitate temporum, sive hominum incuria, in eo erant, ut se perditum irent. At, quamvis rerum humanarum nihil sempiternum sit, divino consilio cautum fuit, uti e putredine germinaret vita. Ludovicus Barbus, patritius venetus, et iam S. Georgii in Alga canonicus, precibus Cardinalis Corrarii instinctus, (hic Gregorii XII nepos e fratre erat), patavinum monasterium S. Justinae ad pristinam dignitatem restituit. Cardinales Commendatarii, exemplo exciti, suum quisque monasterium monachis S. Iustinae instaurandum permiserunt. Hinc in Italia res monastica bene vertere coepit. Anno millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo, Oliverius Carrafa, de quo paulo ante fuit mentio, officii sui memor, Alexandro VI annuente, abdicavit commendam, et cavense Coenobium S. Justinae Congregationi subiecit: quae, in memoriam Montiscasini, ubi S. Benedictus diu vixerat, eiusque reliquiae quiescunt, *Casinensis* dici occoepit, et *Casinenses* monachi. Quoniam vero huiusmodi unionis vi, Abbates cavenses, non amplius quae ordinis episcopalis, sed tantum quae iurisditionis sunt, munia obire poterant, Arsenius a Terracina, primus Abbas a Congregatione casinensi constitutus, dioecesim bipartiri parabat. At, obficiente morte, quominus destinata componeret, Chrysostomo de Alexandro, successori suo, componenda legavit. Qui, anno millesimo quingentesimo decimo septimo, quibusdam pactis initis cum Aloysio cardinali de Aragonia, apostolicae Sedis vice, atque Leone X adprobante [1]), assensus est, novam Ecclesiam cathedralem Cavae erigi, cui insuper mille et quadringentos de camera aureos e monasterii fundis adsignavit.

Instaurata disciplina, felicia tempora subiere: monachi renovare pristinae virtutis exempla, pietate ac studio alius alium aemulari, scientias et artes ex-

---

[1]) Bulla anno 1513, Q. 31.

colere, Coenobii nova aetas incipi. Haud nobis mens est recensere singulos doctrina et rerum gestarum magnitudine praestantes : at de uno, vel alio pauca memorare liceat. Ex his Hieronymum de Guevara ex Comitibus Potentiae in Lucania, Nicolaum de Punzio, et Victorinus Manso abbates memoratu dignos habemus: quippe qui, ab anno millesimo quingentesimo vigesimo octavo, ad annum millesimum quingentesimum nonagesimum tertium, maximum studiis incrementum dedere, et monasterii aedificia, prope vetustate diruta, in ampliorem elegantioremque formam instaurarunt. Cum enim locus, montium angustiis, et fluminis alveo hinc illinc clauderetur, Manso et de Punzio, cumulato medio vallis barathro, dormitoria et aulas tam ingenti mole instruxerunt, uti forinsecus Coenobium inspectanti mirum sit quod tantum spatii intra contineat. Nec silendum, quod de Guevara traditum accepimus. Hic , litterarum et artium studiosissimus, sacras imagines e cocto latere a Dominico Neapolitano affabre fictas in Ecclesia collocandas, hanc vero Andreae Sabatino pictis tabulis decorandam curavit. Etenim hic, princeps inter Urbinatis alumnos, defuncto patre, Salernum rediit; et, diu in cavensi Coenobio moratus, innumeras tabulas pinxit, quae in Pinacotheca religiose asservantur. In eadem Pinacotheca, praeter miras Sassoferrato, et Caroli Dolce, et Pussini et Giordano, et Giunti Pisano tabulas, plusquam duodecim rencensentur Andreae Sabatini; et quae de Virgine Angelorum, de Baptismo I. Christi et de S. Benedicto inspiciuntur, communi omnium suffragio ex praecipuis eiusdem pictoris excellere censentur. Insuper in S. Germani aede udos parietes figuravit. E spectaculis, quae supersunt, eminet Judicii finalis imago, in qua tam vere sontes animae finguntur ad obiectam infernae paludis ripam vectae, uti pene desperatos gemitus audias, tibique Aligherii versus succurrant :

Non isperate mai veder lo cielo;
Io vegno per menarvi a l'altra riva,
Ne le tenebre eterne, in caldo in gielo.

Scimus, sub idem tempus Torquatum Tasso in Coenobium ventitare solitum, et Abbatem D. Peregrinum dell' Erre, mutinensem, eiusque successorem D. Hieronymum Guevara tanta benevolentia vatem prosecutos, uti ei nihil iucundius, quam ibi morari et monachorum consuetudine uti. Pleraque in Monasterio Urbani II memoriam renovabant. Huc accedebat, quod de eius adventu, uti de re gratissima, saepe monachi loquerentur : « Huc Urbanum « a Petro ductum fuisse ; huc , unde coenobita discesserat, non multis post « annis, vivo adhuc magistro, redivisse pontificem; ab eo dedicatam basi- « licam, ab eo innumeris privilegiis auctam; inde in Synodum claromon- « tanam profectum, milites Cruce signatos in Orientem misisse, qui libera- « rent Christi sepulcrum » Haec et alia id genus, uti familiae Chronica, monachis cara, identidem audiebat Torquatus; et non absurdus fortasse foret, si quis coniiceret, vatem ex hac recordatione, et inter Claustra cavensia, primum poematis scribendi hausisse consilium, et fabulae heroas intuitum mente fuisse. Ceterum, in altero poemate, cui titulus: *La Gerusalemme conquistata*, Urbani II personam, et metellianae vallis descriptionem ex industria induxisse videtur:

Non lunge in prezioso aureo contesto
Di color variato e di figure
Si scorge in umil Cava un vecchio onesto
Fuggire il mondo e sue fallaci cure;
E le nubi toccar quel monte e questo,
E cader le ombre nella valle oscura;
E il sagro albergo in solitarii e cupi
Luoghi celarsi infra pendenti rupi [1]).

Talibus viris Coenobium moderantibus, haud mirandum, quod scientiarum, aeque ac de re diplomatica magnopere studia floruissent. Etenim, uti

[1]) V. adnot. sub lit, F.

iampridem praeclarissimus Ghibertus [1]) monasterii documenta digerere coepit, progressu temporis Alebrandinus [2]), Marchesius, Andreas, ceterique monachi Armarii munere functi, eodem ordine antiquitatis monumenta instruere studuerunt. At Augustinus Venereus, in palaeographicis studiis versatissimus, fere omnia Tabularii documenta langobardis vel northmannis characteribus exarata illustravit, et aptiori ordine disposuit, deque his praeclara opera scripsit [3]). Quem virum doctrina et pietate conspicuum Urbanus VIII magnis honoribus cumulavit, et, in eius gratiam, archivistas Tabularii cavensis notarios apostolicos in perpetuum iussit; et Cardinalis Franciscus Barberini, eiusdem pontificis e fratre nepos, familiae suae insignibus sigillum decorandi Archivariis potestatem fecit. Tantundem laudis in diplomaticis studiis meritus est Alexander Rodulphus abbas [4]), qui, non modo regularis observantiae disciplina, et rei familiaris incremento Monasterium iuvit: sed, quo huius nobilitas innotesceret, Chronicon, seu Abbatum vitas, cultioris latinitatis stylo exaravit. E Venerei schola prodiere D. Camillus Massara [5]), D. Philippus De Pace, D. Marinus Albritius, D. Petrus Ursinus; qui omnes, cavensia documenta diu noctuque versantes, antiquitati Medii Aevi illustrandae operam navarunt [6]).

Interea nonnulli per idem tempus sacra et profana scientia summopere praestiterunt. Praeter Abbatem Victorinum Manso [7]), qui quamlibet eruditionem perdoctus, episcopalem dignitatem meruit, alii sunt recensendi: D. Ur-

---

[1]) 1080.

[2]) Hic ille Alebrandinus, qui percelebrem codicem membranaceum LEGUM LANGOBARDARUM e Monasterio S. Viti Casalisrupti ad cavensem Bibliothecam attulit, sub anno 1263. *Vide adnotat. sub lit.* G.

[3]) 1595. 1640. V. adnot. sub lit. H.

[4]) 1611. 1612.

[5]) 1624. 1696.

[6]) Vide adnot: sub lit. I.

[7]) 1561. 1611.

banus Toto, inter praestantissimos aetatis suae philosophos habitus, D. Leo Matina [1]), eloquentia et doctrina conspicuus, a veneta Republica in patavino Gymnasio sacrae scripturae deputatus interpres, et veneta civitate donatus. Verum, ceteris missis, liceat nobis Severinum Boccia memorare, qui, latinitatis studiis, philosophia et morali Theologia praestans, etruscae quoque linguae extitit scriptor expolitissimus, eamque praeclaris commentariis illustravit [2]). Hic, anno millesimo sexcentesimo septuagesimo primo, abbas constitutus, tam iucundum omnibus regimen suum effecit, uti memoriae proditum sit, cum monachos, tum laicos, morum suavitatem, et selectam doctrinam, modestiae coniunctam, admirantes, illum uti novum Bedam coluisse, eiusque aulam, uti scientiarum et virtutum lyceum, frequentasse [3]).

At, anno millesimo septingentesimo quinquagesimo sexto, Cavensium res, hactenus prospera, inopinato eventu in maximum discrimen versa. Vix dum absolutum erat marmoreum sacellum, quo, sub saeculi initium, sanctorum Abbatum Alferii, Leonis, Petri, Constabilis reliquiae e supposito Coemeterio elatae fuerant, et alabastrinis tumulis conditae, cum, subita aquarum inundatione, et immani saxo, imminentis supercilio rupis, delapso, Coenobii latus et bibliothecae aula, cum ingenti codicum voluminumque copia, diruuntur. Attamen D. Iulius de Palma abbas [4]), ne diem quidem cunctatus, tam eleganter diruta refecit, et tot novis structuris Claustra auxit, uti secundus Monasterii conditor merito vocaretur. Paulo post, abbas D. Alferius Dattilo [5]), in novo Ecclesiae prospectu faciendo, nec labori nec sumptui parcendum duxit, quo cultissimae aetatis memoria posteris traderetur.

Nec ea tempestate defuere, qui, scientias edocti, monasterii famam, nedum

---

[1]) 1628. 1650.

[2]) Floruit ab an: 1630. 1695.

[3]) Vide adnot: sub lit. L.

[4]) 1756. 1763.

[5]) 1772. 1793.

in Italia, sed penes exteras gentes vulgarent. D. Salvator De Blasio, Tabulario praefectus, pleraque de re diplomatica accurate disseruit, ediditque; seriem salernitanorum principum a Venereo inchoatam absolvit, documentisque instructam typis mandavit. (Qua de re, mox de Tabulario disserentes, ampliora attingemus). Et, praeter D. Emmanuelem Caputo, in neapolitano gymnasio cathedram Ethices moderatum, permagni habitus est D. Carolus Mazzacane. Qui, in eadem universitate Physicen professus, perarduas quaestiones de igni electrico explanavit, celebresque eo tempore lucubravit Franklinii doctrinas, qui, novus Prometheus,

> . . . . . . Audax omnia perpeti,
> Ignem gentibus intulit,
> . . . . . . aetherea domo
> subductum.

Atque de his studiis perdoctas litteras edidit, et Marchioni Andreassi, mantuano, dicavit, praestantissimo viro, cui erat veteri familiaritate coniunctus. Etiam de arte ornate scribendi multa erudita disseruit, et typis vulgavit Panormi, ubi in S. Martini Coenobio degerat, panormitanae Academiae, cui titulus *del buon gusto*, inter socios adscitus.

Sic cavenses monachi, minime saeculi progressum adversantes, cum saeculo procedere nitebantur. Ast, uti res humanae se habent, anno millesimo octingentesimo sexto, Siciliarum regno Francorum dominationi subacto, Regulares Claustris expelluntur. Attamen cavense Coenobium inter sanctuaria, et praeclara Aetatis mediae instituta servatur, et iisdem monachis custodiendum traditur, Carolo Mazzacane, uti par erat, praefecto. Anno autem millesimo octingentesimo decimo octavo, cum, inter pacta a Legato Pontificis cum Ferdinandi I administro inita, sanctum esset, uti monachorum sodalitio monasterium redderetur, redditur, et idem Mazzacane constituitur Abbas. Qui tandem, longos labores perpessus, pridie kalendas iunias anni millesimi octin-

gentesimi trigesimi, annis ac meritis cumulatus, interiit. Vir hic undique egregius, ad cuius aestimationem ingenii, sat erit observantiam meminisse, qua inclytus Caïetanus Filangieri illum prosecutus est. Et ipsi saepenumero audivimus Abbatem D. Gabrielem Morcaldi, nostrum carissimae recordationis patruum, dicere solitum: Carolum Mazzacane inter cultissimos aetatis suae viros habitum fuisse, seque illius doctrina et exemplo excitum, uti philosophiam, scientias naturales, et latinitatem coleret, quibus studiis tantopere excelluit.

IV.

Quaedam claustralis instaurationis acta scitu digna memorantur.

Anno millesimo octingentesimo decimo octavo, instaurato sodalitio, omnia ad pristinum adducuntur. Bina Ephebea semper in Claustris fuerunt, Alumnatum et Seminarium. Priori excipiebantur, qui monachi, altero, qui presbyteri Dioeceseos fieri studebant. At gymnasium, preces, mensa utrique iuventuti communia. Sic alumni, praeclaris parentibus orti, cum adolescentibus seminarii, plerumque e populo egressis, iugiter versabantur: quod admodum civile erat. Id alendae iuventutis studium, uti cara Veterum traditio, semper ceteris antelatum, novis temporibus negligi nequibat, et, Aloysio Marincola abbate, adolevit. Qui anno millesimo octingentesimo quadragesimo secundo, ordinem studiorum refecit, musices scholam instituit, et Organis, inter praecipua Europae habitis, Basilicam decoravit. Paucis post annis, Onuphrius Granata a Messana, Coenobium moderatus, tam inclyta fecit, uti novem anni, quibus praefuit, in sodalitii historia aetatem auream signent. Versatili ingenio, pleraque scientia, hominum ac rerum notitia pollens, omnia optimi parentis munia obivit, qui familiae utilitati consulat, non neglecto decore. Multa innovavit, alia ab aliis inchoata perfecit. Monasterii censum auxit, Ecclesiam tabulis Morani, pictoris egregii nuper defuncti, exornavit; laquearium picturis et

auro decorare coepit. Assiduum in Claustris demoliundi moliundique fervebat opus; profundebatur pecunia, at ea semper aerarium scatebat. Non minori alacritate in Dioecesim usus est; fere cunctas paroeciales Ecclesias instaurandas curavit, novas fecit, quasdam, remoto tempore amissas, reciperavit; sic, pro Ecclesia paroeciali intra Salerni moenia, sub titulo S. Mariae de Domno [1]), ab archiepiscopo salernitano illam S. Potiti prope Castrum S. Georgii accepit. At omnia studiorum cura anteibat. Renovata methodo, uti tempus monebat, et felici institutionis exitu, tantam adolescentulorum frequentiam in Coenobium allexit, uti duplicis Ephebei neutrum illi capiundae sufficeret. Multa de tanto viro referenda forent, nisi id obficeret eius modestiae, et nos longius ab incepto distraheret.

Quod uti absolvatur, pauca addenda supersunt. Anno millesimo octingentesimo trigesimo nono, cum, civili bello in Hispaniis saeviente, Claustrales pulsi sunt, D. Ioseph Serra et D. Rudesindus Salvado natione hispalenses, et congregationis Vallisoletanae monachi, in Italiam se in tutum receperunt. Et in cavense Coenobium primo hospites excepti, paulo post in cavenses monachos adsciti sunt. Uterque magno usui sodalitio fuere. Serra, quippe cuius ingenium praestans, seminario praefectus, litteras graecas, hebraicas et scholasticam theologiam edocuit: alteri, musices peritissimo, musices schola in utroque Ephebeo, et pulsanda Organa delegantur. Verum enimvero, anno millesimo octingentesimo quadragesimo quarto, Abbate D. Petro Candida assentiente, Romam profecti sunt. A Gregorio XVI laetissime excepti, in Australiam, ut erat ipsis in votis, missi sunt, qui remotae insulae incolas christiano dogmate, et civili more imbuerent. Id opus, aut nunquam, aut, si semel tenta-

---

[1]) Constructa fuit cum Monasterio per Sichelgaitam, uxorem Ioannis Principis Salerni an: 975. Cavensi autem Coenobio donata a Gisulfo filio Ioannis, anno 1094, et exempta ab archiepiscoporum iurisditione per Amatum archiepiscopum.

tum, indigenarum feritate tabuerat. Divinum consilium monachis cavensibus prospere inchoandum permisit [1]).

Laeti igitur dant vela: et, saepe tempestatibus acti, tandem, postridie nonas ianuarias anni millesimi octingentesimi quadragesimi sexti, Perthum in occiduo Australiae litore appellunt. Inde, non multo post, solitudinem ingressi, vastitate, coelo aestuque terribilem, NUOVA NORCIA a patria S. Benedicti vocant; monasterium titulo sanctissimae Trinitatis, in cavensis Coenobii memoriam, condunt, et hic illic domunculas, asylum indigenis, belluarum instar per deserta vagantibus. Brevi locorum facies immutata. Quae nuper invia erant, et asperitate et stagnis inhospita, mox in hortos irriguos, et agros frugum fertiles versa. Indigenae, colorem advenarum intuiti, primo expavescere, dein, novitatem rei mirantes, ad eos concurrere; et rudimenta Fidei et artes, et terram fodere, et serere fruges, et maturas legere, et vitae usui adhibere perdiscunt. Multiplicato numero, multiplicantur domus; et ubi, post homines natos, teterrima solitudo fuerat, quolibet genere bestiarum sontium, reptiliumque regnata, nunc pagus est, quem innumeri Australenses incolunt, ingenitae feritatis obliti, (anthropophagi erant), europaeos mores edocti, humanae dignitatis ac redemptionis conscii. Eventus magnitudine excitus, Pius IX cavenses monachos episcopali infula decoravit.

Pro Fidei propagatione remotissimas regiones petere, periclitari terra marique, et, ubi opus sit, mortem occumbere, haec omnia veterrimum decus sunt Divi Benedicti alumnis. Neminem latet, iam inde a benedictinae institutionis initiis, Maurum in Galliam, Placidum in Siciliam, Augustinum in Britanniam, Bonifacium in Germaniam missos, miranda fecisse. Rudesindus Salvado, qui solus nunc *Missionibus* praeficitur, non modo evangelica praedicatione, sed huc illuc colonias deducendo, Ordinis sui exempla perantiqua

---

[1]) Memorie storiche dell' Australia. Missione benedettina di Nuova Norcia, per Monsig. D. Rudesindo Salvado O. S. B. Vescovo di Porto-Vittoria Roma. Co' tipi di *Propaganda Fide.* 1851.

renovat. Hic ordo igitur, saeculorum progressu, nihil pristinae dignitatis amisit. Veteranus in claustrali militia, adhuc inventute virescit. Humanum opus, fortasse occidet: at, si occiderit, iam ortus sui luce in occasu refulsit.

V.

I. De materiali statu Tabularii cavensis, deque ordine, quo dispositae ac regestae sunt membranae — II. Earumdem praestantia in emendatiori chronologia Salerni Principum adstruenda, vel in historicis componendis controversiis circa annum, quo Sico ad Beneventi principatum assumptus fuerit, et quo Gisulfus imperium amiserit. — III. Eiusdem erectio ad Amalphiae ducatum — IV. Quo factum sit, ut quamplures membranae, ipso Coenobio antiquiores, in Tabularii armariis adserventur. — V. Praeclarissimorum scriptorum sententia de integritate et authenticitate Tabularii cavensis.

I. Nunc autem de materiali Tabularii cavensis statu, deque eiusdem diplomatica praestantia pauca attingere, editioni nostrae minime frustra fore censuimus.

Anno millesimo septingentesimo octogesimo primo, cavensi Coenobio praefectus est D. Raphael Pasca. Qui, sua interesse ratus, Archivii aedificio, iam vetustate fatiscenti, consulere; binas aulas extruxit; quas herculanensi stylo pictas, uti hactenus extant, armariis cupressinis, tabulisque nuceis affabre instructis decorandas curavit; ea mente, ut una Notariorum *protocolla*, et scripturae in bambacyna charta exaratae per armariorum plutea dispositae servarentur; in altera, quae *diplomatica* nuncupatur, armaria in centum quadraginta quatuor arcas numeratas distribuerentur, quae membranas exciperent. Atque in earum unaquaque centum et viginti latinas membranas, ordinis et arcae numerum ferentes, et in sex fasciculos recollectas, D. Ignatius Rossi Archivista mira patientia disposuit. Sunt et aliae numero carentes arcae, quae sive graecas membranas Tabularii huius, sive latinas, quas e Chartusianorum S. Laurentii prope Padulam archivio, triginta abhinc annis, iussu principis transla-

tas, capiunt. Magnum et aliud armarium e regione conspicies, in cuius pluteis, alphabetica littera designatis, ecclesiasticorum laicorumque procerum diplomata pari ordine habentur. Et cum membranae, tum diplomata in chronologicum catalogum summatim regesta, uno oculorum ictu legenti obveniunt.

Tantae molis opus, iampridem a D. Raphael d'Aquino inchoatum, D. Benedictus Cavaselice, D. Guilielmus De Cornet, et praesertim D. Bernardus Caïetano, qui vicissim Archivio praefuerunt, alacri animo sunt prosecuti: et nunc tandem revisum, atque in octo volumina partitum, cavensia monumenta inspecturis praeponitur. Praeter hunc, et illum graecarum membranarum catalogum a nobis septem abhinc annis confectos, ut alios praetermittamus, studio Alebrandini et Gotfridi sub Abbatibus Balsamo et Thoma, saeculo decimotertio regestos, et alium, curante Abbate Maynerio, saeculo decimoquarto exaratum, et alium ab Eminentissimo Cardinali D. Ioanne De Aragonia saeculo decimo quinto absolutum, memorare liceat opus illud, auro cedroque dignum, quod, anno millesimo sexcentesimo sexagesimo P. D. Augustinus Venereus perfecit, cui titulus: *Index alphabeticus innumera monumenta Archivii cavensis summatim comprehendens*. Quidquid igitur, tum quoad materiam, tum quoad seriem annorum, reperire cupias, ex quodam chronologica et alphabetica indicum concordantia inita, certisque notis designata, facilius quam dicatur, habebis.

II. Itaque a mille cavensis Tabularii documentis notitiam pleno haustu haurire poterunt et qui iuris publici mediae aetatis quaestionibus extricandis operam navant, et qui, *monographias* scripturi, documenta vestigant, et qui Historiam emendatiori chronologia adstruere conantur. Etenim provinciarum partitionem (praesertim extrema in hac Italiae regione), defectiones a crebris pugnantium inter se factionum motibus ortas, minaces finitimarum civitatum iras, civiumque dissidia, apertas vel occultas procerum coniurationes in principes, omnium infensissimos Saracenorum incursus, iura tandem beneventanae

ac salernitanae ditionis, victorum iniuria, pessumdata; haec omnia Chronistae, pro diversa annorum supputatione, alii aliter memorant. Quo fit, uti in nos dubium ingeratur, et renuentibus cavensia documenta consulere, certam principum chronologiam constituere perarduum sit. Et sane, liceat inter discrepantes scriptorum sententias, de duabus quaestionibus obiter disserere, quas praeclara luce haec cavensia documenta impertiunt.

Non satis conveniunt eruditi, quonam anno, Grimoaldo beneventano principi perempto Sico suffectus fuerit[1]). Quamvis enim plerisque chronologicis rationibus id anno Christi octingentesimo decimo septimo evenisse arguatur, nihilominus P. Pagi, Siconem sub anno octingentesimo decimo octavo ad beneventanum principatum assumptum fuisse refert, eo quod is eodem anno ad Francorum imperatorem nuncios miserit[2]). At Sico, mense iunio eiusdem anni octingentesimi decimi septimi, quo Grimoaldus necatus fuerat, vi quorumdam perduellionum, principatum adeptus, insequenti anno, uti in imperio firmaretur, Ludovico imperatori fidelitatis obsequium per nuncios praestitit[3]). Cuius rei eventum Chronistas communi annorum supputatione memoriae prodidisse cavensia documenta demonstrant. Quae patefaciunt, secundum principatus Siconis annum designari mense aprili, sub indictione decima secunda, quae ad annum Ærae vulgaris octingentesimum decimum nonum pertinet. Cum autem, mense iulio eiusdem anni, eiusdemque indictionis, tertius imperii sui annus adnumeretur, statuendum est, Siconem a mense iulio anni octingentesimi decimi septimi beneventano solio insedisse, et mense iunio eiusdem anni Grimoaldum diem supremum obivisse.

---

1) « Beneventi aliqui Grimoaldum principem suum, pene exanimem in lecto languentem, peremerunt » IOAN. DIACO. CHRONICON.

2) an. 817. Indic. X « Obiit Grimualt Princeps . . . et Sico de Spoletio electus est. CHRON. CAV. APUD PEREGRINUM TOM. IV.

3) an. 818 Sico nuncios misit *in Francia* ad Ludovicum imp. *ibidem*.

Non minus ambigitur annus, quo Gisulphus e salernitana ditione pulsus fuerit: quot Chronistae, tot sententiae. Etenim si principum catalogum, cavensi Chronico olim praefixum, consulueris, id anno millesimo septuagesimo secundo evenisse comperies[1]); si ignotum Barensem[2]), vel Chronicon northmannicum, anno millesimo septuagesimo quarto[3]), si Pellegrinum[4]), Petrum Giannone[5]) et Petrum Signorelli[6]), anno millesimo septuagesimo quinto: si notamentorum exemplum, sub cavensis Chronici nomine a Muratorio editum, anno millesimo septuagesimo sexto[7]). Quare hac de re P. Alexander Di Meo, et Abbas De Blasio magno animorum aestu certarunt. Hic Tabularii sui documentis innixus, Gisulphi eiectionem expugnationemque Salerni ad annum millesimum septuagesimum septimum referenda pro virili parte contendit[8]). Contra, Alexander Di Meo id anno millesimo septuagesimo quinto evenisse obtrudit[9]). Verum enim vero, obsequio, quod utrumque scriptorem amplissimum decet, nobis fas sit accuratius perpendere facta, et utriusque sententias componere.

Atque, factis accuratius perpensis, liquet, expugnatae urbis annum ab eo distinguendum, quo Gisulphus principatum amisit. Namque compertum est,

---

[1]) Histo. Principum Langob. apud PEREGRINUM Tom. V.

[2]) Ibidem.

[3]) Rerùm Italic. Script. Tom. V.

[4]) Hist. Princip. Lang. Tom. V.

[5]) Istoria Civile del Regno di Napoli. Tom. II.

[6]) Vicende della cultura nelle due Sicilie. *Tom. 11.*

[7]) Rerum Ital: Script: *Tom. VII. Servatur in cavensi Biblio.ª membranaceum volumen charact: langob: exaratum saeculi IX, vel X, cui titulus* BEDA DE TEMPORIBUS; *in quo Cyclus extat decem novennalis, quem et aureum numerum vocant, a primo aerae vulg: anno, appositis Indictione, Epacta, Littera dominicali; a latere vero inveniuntur historicae adnotationes a monachis descriptae, quas ad claris: Muratorii manus perventas edidit sub cavensis Chronici nomine.*

[8]) Series Principum Langob. Neapoli 1785. ea typogra. Raymundiana.

[9]) Annali Critico-Diploma. del Regnŏ di Napoli. *Tom. 8.*

Salerni expugnationem per Robertum Guiscardum, Gisulphi levirum, anno millesimo septuagesimo quinto evenisse. Verumtamen, Gisulphus obsessus, et primo in salernitanam arcem, dein Nuceriam confugere coactus, ibidem plerosque menses pro reciperando imperio certavit. Quod huius temporis documenta testantur, quae Gisulphi nomen, suique principatus annos exhibent; neque in eius locum Guiscardi nomen suffectum legimus ante annum millesimum septuagesimum septimum, quo Gisulphus, Langobardorum exercitu profligato, Romam exulare praeceps adigitur.

Et hoc anno desinit langobardorum principum series, qui tria ferme saecula in hisce provinciis absoluto imperio sunt dominati. Quapropter chartarum cavensium collectio, quae remotioris antiquitatis, iugiorisque annorum successionis notas praesefert, non dubium, quin ab eruditis maximi sit facienda: quippe quae arti criticae non parvi ponderis argumenta sufficit, quibus anteacti Aevi firmentur eventus. Deque his D. Salvator De Blasio, huic Tabulario praefectus, criticas elucubrationes instituens, langobardorum principum, qui Beneventi, Salerni, Surrenti, et Amalphiae imperarunt, miram concinnare potuit chronologiam, quam huic editioni praeponendam curavimus.

III Praeterea cavensium instrumentorum ope historicam certitudinem plerique adipiscuntur eventus. Ea enim in lucem nonnulla produnt, de quibus aut penitus tacent chronistae, aut tot commentis foedata referunt, ut inter fabellas sint recensenda. Cuius sententiae nostrae, speciminis instar, referre par est (quod cavensibus documentis solummodo debetur) Gisulphi ad ducale solium Amalphiae evectionem sub anno millesimo octogesimo octavo. Id enim testatur membranacea charta gemmis et auro pretiosior, per Ioannem, Ioannis curialis filium, amalphitanis characteribus scripta, quae incipit: *In nomine Domini anno ab Incarnatione millesimo octogesimo octavo, temporibus Ducis nostri Gisulphi, gloriosi, eximii principis anno primo Ducatus illius Amalfi, die vicesima quinta*

mensis Iulii, indictione undecima Amalfi. [1]) Neque aliquid negotii facessunt, qui hac de re scriptorum silentium, vel nonnulla eiusdem anni instrumenta Rogerio Ducis nomine confecta obiciunt: ad aenigma extricandum, animadvertisse sat erit, Gisulphum non annum vel mensem, sed aliquot dies amalphitanum ducatum tenuisse: nam subito civium motu, ut saepe accidit, Amalphitani, Rogerii administros perosi, et illius iugo excusso, Gisulphum sibi Ducem iusserunt. Quippe Anonymus, doctissimus vir, cuius est epistola de Re diplomatica in *Mercurio gallico*, vetustissimam litem resolvit. Quaestione posita: *quaenam e duabus auctoritatibus esset alteri praeferenda, charta nimirum, de cuius diplomaticis indiciis non est dubitandum, quae historiae contradiceret, an historia ipsa;* chartae, non historiae standum, respondet: cum facilius in Chronica, quam in publicum instrumentum error irrepsisse potuerit: nam Chronica privatae, instrumenta publicae personae exarabant.

IV. At quaeres fortasse, quamobrem complures e chartis a Morgengab sub anno septingentesimo nonagesimo secundo initium ducentes, ideoque cavensi monasterio longe vetustiores, in eiusdem Tabulario adserventur. Huic satisfacere quaestioni facillimum. Recordari opus est, cavense Coenobium, suis ab incunabulis, cetera, quae in salernitana ditione erant, dignitate anteisse: quare honoris causa huc allata fuisse documenta, quae antea in antiquioribus sodalitiis servabantur. At, non modo praeminentiae, sed securitatis causa, fiebat, uti documenta cavensi Coenobio traderentur. Namque in imae vallis, undecumque abruptis montibus circumseptae, specu latescens, vix impervio itinere adiri poterat. Praeterea ea veneratione cavenses monachi dignabantur, ut nunquam legatur, eos vel pugnantium copiarum strepitu, vel praedonum insidiis, vel incendiis territos, quae id aetatis undique grassabantur, cara Claustrorum deseruisse silentia. Hinc tot documenta, quibus iura proprietatis credita, coniciebatur nullibi tutius, quam in cavensi Coenobio, servatum iri, quo veluti san-

[1]) membr. n. 1654. arca XIV. 94.

ctuario excepta, saevi ingenii viros laterent, qui, gliscente barbarie, artium scientiarumque monumenta vastabant.

V. Adfuere tempora, quibus humana improbitas nihil reliquit inausum, ut diplomatum authenticitatem fidemque corrumperet. Nihilominus, compertum habemus, monachos documenta sibi commissa, nedum sarta tectaque servasse, sed et tantam scripturarum congeriem adnotationibus illustratam, optimo ordine digestam, et originali integritate huc usque nobis tradidisse. Cuius rei certus fiet, qui animadverterit, in locupletissima documentorum collectione vix unum vel alterum palimpsestum inveniri. Neminem latet, amanuenses, membranae inopia, saepenumero veteres scripturas abrasasse, ut eis vel preces sanctorum, vel Monasteriorum exigui momenti notitias inscriberent; aut, recentiori scriptura pristinae superaddita, tantopere documenta foedasse, ut non sine Historiae detrimento, quamplurima, et praeclariora, pessum abierint. Quapropter non mirum, quod maioris subsellii de re diplomatica scriptores, cavensia documenta consulentes, nullo vitio laborare, maximaque authenticitate pollere dixerint. E quibus fas sit memorare nomina Mabillonii, Ludovici Muratorii, Ughellii, Pratilli, Pellegrini, Di Meo, et ex recentioribus praestantissimi alemanni Pertzii, et nostri Caroli Troya, qui cavenses scripturas inoffenso pede decurri, et Tabularium integerrimum ad haec tempora perstitisse, una voce proclamarunt. Et quamvis Alexander Di Meo nuperrime memoratus, nonnullis falsitatis notis laborare unam vel aliam chartam, et praesertim Bullam Urbani II sub anno millesimo nonagesimo secundo adfirmet argumentis, quae in tempore infirmanda curabimus; nihilominus ille ipse emunctae naris auctor, cum centies milliesque cavensia documenta prae manibus habuisset, eorum sinceritatem miratus, nihil potius exoptavit, quam uti, ad historicas lucubrationes tutius instituendas, typis mandarentur [1]). Neque praetermittenda sententia, qua

---

[1]) . . . . « che, se alle pergamene cassinesi pubblicate dal Gattola, e quelle di S. Vincenzo al « Volturno e di S. Clemente di Casauria pubblicate dal Muratori portate a uso comune, si unis-

Caïetanus Troyli, vir spectatae doctrinae et auctoritatis, iurisque peritissimus, Tabularium istud Langobardorum et Northmannorum dominationis vetustissimis, praeclarioribusque documentis ditatum professus est [1]).

Et re quidem vera, tot scatet illius aetatis documentis, ut sine temeritatis nota asseri queat, Archivium cavense, prout in lucem edimus, promptuarium esse, usus, consuetudines, et publica vectigalia memorans, et veluti ex omni parte absolutum compendium publici privatique Iuris, quod iamdudum a Rotharii Edicto sancitum, per tot saecula pacta definiit, et inita firmavit inter gentes, quibus non lex, non mos, non lingua, non ritus communia, easque seiunctas quodam vinculo copulavit. Unde de Langobardis Gruterus cecinit:

> Gens astuta, prudens, industria, solers,
> Provida consilio, legum iurisque perita.

VI.

I. Recensentur Chartae iuxta earumdem diplomaticas nomenclaturas, ac praecipue de *diplomatis*, quoad sigilla, subscriptiones, ac formulas. II. Quinam apud Salernitas mos in *venditione* ac *traditione* alicuius fundi. III. De diversis chartarum *formulis*; ac praesertim de *Notitia*, quam *testatam* aiebant; de *formula* morgengab per *osculum*; deque *Testamentis*. IV. Exempla memorantur circa quasdam langobardici iuris disquisitiones; de Iudicii ritu et iuramenti auctoritate in componenda lite. V. de Widrigildo.

I. Qualibet disputatione intermissa de diuturnitate temporis, qua Langobardorum leges publici Iuris potestatem retinuerint, cum plerique scriptores,

---

« sero le molte del famoso Archivio della Cava, delle quali ora ce ne ha poche comunicate il dotto « D. Salvadore de Blasi, avrebbero i talenti incomparabili de' nostri materiali a dovizia, per col- « locare la nostra storia in luce e magnificenza invidiabile all' estere nazioni » APPARATO CRONOLOGICO *Prefazione.*

[1]) « Della legalità dell' Archivio della SS. Trinità di Cava (de' Tirreni) mai fino a questi tempi « infelici vi è stato chi ne dubitasse, e non l' avesse stimato il più sacrosanto ed illibato tra i più « celebri d' Italia, e il più ricco di documenti longobardi e normanni »

Risposta ad uno scrittore per la Rocchetta
Napoli 1756.

et nuperrime Carolus Troya de hac re fuse et eruditissime disseruerint, ne videamur cocta recoquere, pauca attingere mens est de singulis chartarum nomenclaturis et formulis, prout habentur in Tabulario cavensi. Quod non modo gratum, sed quam maximo usui fore videtur tum illis, qui, rem diplomaticam edocti, ex animadversionibus nostris (qualescumque sint) poterunt suas spartas ornare, et utiles comparationes instituere, tum illis, qui huiusmodi studiorum rudes, ni peregrinas, opportunas haurient notitias, quo sibi documentorum intellectum magis comparent.

A Diplomatis exordiri visum est. E quibus in lucem prodemus quae magis interesse videntur. Ac praesertim maxime spectanda *Bulla* Urbani II sub anno millesimo nonagesimo secundo, concessionum et privilegiorum diplomaticis ditata formulis, quas examini subicimus, quo novitatis suae praestantia elucescat; *Pancharta* Gisulphi principis Salerni sub anno millesimo quinquagesimo octavo, ceteris eiusdem generis excellens; *Bulla* Bonifacii P. IX, quae de fidelitatis obsequio Ladislao regi Siciliae citra Pharum praestando disserens, ius publicum statuît, quo reipublicae negotia gerenda, et quae vectigalia regnicolis imponenda forent. Hoc igitur instituto, a Diplomate Radelchis beneventani principis, sub anno octingentesimo quadragesimo, exorsi, et, editis, quae northmannorum, suevorum, et andegavensium regum dominationem memorant, et uno vel altero aragonensium, diplomatum seriei finem faciemus. Quodsi, quae ad Langobardorum tempora attinent, omnia edenda curavimus, sciant omnes, id ea mente a nòbis factum, uti chonologicae notae magis in aperto sint, quibus Principum Salerni, Surrenti, et Amalphiae anni, citra dubitationis aleam, computari queant, et quibusdam monographicis paginis, quae luculentiores notitias exhibent, nonnullarum civitatum ditetur historia. Et ex iisdem diplomatis patebit, Langobardos, e familia praesertim Guaimarii, bene multos, posteaquam a salernitano imperio Robertus Guiscardus Gisulphum eiecit, diu dominationis iura hic illic obtinuisse; et licet fidelitatis munia in

novos Salerni Principes obire studuerint; tamen, iure suo confisos, absoluta auctoritate in suae ditionis locis functos fuisse. Et in hisce locis Langobardorum mores, consuetudines, legum observantia diutius, quam alibi, viguere.

Pauca de cavensibus Diplomatis disserentes, per summa capita attingemus quae circa *Sigilla*, *Subscriptiones*, et eorumdem *formularia*, diplomaticis disquisitionis materiam sufficiunt. Et quoad Sigilla, illud aureum memorandum, in Rogerii Siciliae regis diplomate sub anno millesimo centesimo tricesimo. In quo ex una parte extat effigies ipsius stantis, talarique tunica induti, dextera manu sphaericum globulum, sinistra vero hastam gestantis, graecis interpositis litteris, quae sonant: ROGERIUS SICILIAE, APULIAE ET CALABRIAE REX; ex altera vero insculpta est Domini Salvatoris figura, et in ea graecis pariter litteris legitur: IESUS CHRISTUS. At, uno excepto Rogerii aureo sigillo, cetera ex cera, vel plumbo in maxima parte sunt. Litterae autem circa Principum imagines in eis sculptas, romano charactere, quem *capitale* aiunt, ad saeculum duodecimum usque, gothico postmodum, reperiuntur inscriptae; et quae cerea sigilla adnectebantur chartis, Langobardi ita applicare solebant, uti cum sigilli, tum contrasigilli impressio appareret. Cuius rei exemplo sunt Diplomata Guaimarii sub anno noningentesimo quadragesimo, illudque prae aliis speciosus Guaimarii III principis Salerni sub anno millesimo vigesimo quinto, a Mabillione memoratum[1]), cui cereum sigillum affixum, referens ex una parte dimidiatam eius effigiem, liliaceo serto redimitam, cum lemmate: WAIMARIUS PRINCEPS; ex alia manum protensam, cuius medius digitus pollicem attingit, circa quam eadem verba leguntur. Nec omittendum illud unum plumbeum, Gregorii VII Bullae filo serico adnexum, carere sententia centies a scriptoribus repetita: SIGNAT AD ASTRA VIAM; quam merito eruditi inter Medii Aevi commenta demandant.

Verum pleraque diplomata, antiquioris praesertim aetatis, reperies destitu-

---

[1]) Annales S. Bened. Tom. IV. an. 1025.

ta sigillis; nec mirandum: mos enim ea chartis apponendi, hic, ut alibi, circa duodecimi saeculi finem percrebuit, quo hisce maior fides haberetur. Nam saeculo praecedenti, si unum excipias Ioannis lucerini episcopi diploma, sub anno millesimo tricesimo nono, munitum sigillo, nedum Archiepiscopi, et Episcopi, sed et ipsi principes numquam vel rarissime Diplomatis suis sigillum apponere consuevere; nihilominus sua privilegia magno in honore penes omnes habita sunt. De qua re dignam memoratu arbitramur Philippi Augusti sententiam, circa annum millesimum ducentesimum decimum quartum, de confirmatione cuiusdam Diplomatis Riccardi Angliae regis: *Non obstante eo quod non est sigillata in modum chartae perpetuae.* Nec desunt in quibus vix aliqua sigilli cerei coloris vestigia supersunt: at quid inde? Satis compertum, solidissima Artium monumenta, non secus, ac fragilem sigillorum materiam, hominum ignavia, vel iniuria temporis pessumdata fuisse.

Quod autem ad subscriptiones attinet, illam prae ceteris praeclaram Rogerii regis memorare liceat, quam obsoleta Graecorum lingua exaratam hābet Diploma, sub anno millesimo centesimo trigesimo, aureo sigillo munitum: Ρογεριος εν χρ:ιστω θεω ευσεβησ κραταιος Ρηx, και των Χριστιανων Βοηθος, At, generatim loquendo, subscriptiones Principum, Ducum, Comitum, quorum nomine concessiones fiebant, uti vera autographa minime habemus. E quatuor, vel quinque, quae Rogerii Bursae supersunt, illam tantummodo autographam conicimus, quae ita se habet: Ego R. Ea enim erat conditio temporum, uti principes et proceres vix, aut ne vix quidem, scribendi artem discerent, nec, si qui didicerant, publicis actis nomina sua subscribere dignarentur. Quo factum est, uti multoties, nedum subscriptiones, sed et ipsa crucis signa, nominibus praeposita testium, ab ipsis Notariis, prout simillima characteris forma edocet, inscriberentur. Proinde eorum nomina Notarii recensebant in Actis, et non ultra quaesitum, uti de veritate donationis nullatenus dubitandum foret. Subscriptioni principis sufficiebat appositio sigilli: at non unum vel alterum diploma

sigillo carens invenies, quo donantis nomina exhibentur ac testium, Notarii manu descripta. Huiusmodi est illud Balduini Hierosolymorum regis, nullo sigillo munitum, in quo testium nomina et ipsae cruces a Guilielmo Tyri Archiepiscopo, et regio Cancellario scripta leguntur. Nec raro, Principis loco, satis superque erat alicuius viri praestantis subscriptio: sic in Rogerii Ducis Graecorum lingua exarato ea tantum legitur ROMANI, Archiepiscopi rossanensis Ecclesiae. Idem dicendum de Pontificum Bullis, in quibus a saeculo decimo ad decimum tertium, nullam, aut certo rarissimam adfirmamus autographam subscriptionem haberi. Atque chartae in lucem producendae testantur, Notariorum moris fuisse, uti suo, vel donantis nomine locuti, testium nomina sua manu inscriberent, adiuncta formula: *Signum manus* N. N.; vel: *Hoc signum manus N. N. quod ego pro eo subscripsi*. Verum enim vero, sine erroris periculo, autographae inter alias habentur subscriptiones, quae graecis characteribus latina verba enunciant, vel quae (praesertim duodecimo saeculo) quodam rhythmo, vel potius ingeniosa collocatione verborum testis nomen designant. Huiusmodi sunt, quae leguntur in Gotfridi Alisinae comitis Diplomate anni millesimi centesimi septuagesimi tertii: ✠ *Absit ubique reus, quia testor Bartholomaeus:* vel in alio Ricardi de Balbano, anno millesimo centesimo sexagesimo primo: ✠ *Hoc non damnetur, Makedanus ecce tuetur;* vel, ceteris omissis, quae in Comitissae Theodorae Diplomate anni millesimi centesimi septuagesimi octavi, cuiusdam Porfidi nomine, temporis argutiarum specimen exhibet: *Testis in hoc verus Porfidus esse videtur*. Sunt et Diplomata, rarissima tamen, non modo sigillo, et autographa testium subscriptione, sed ipsis chronologicis notis carentia. Exemplo illud sit Guilielmi Salerni Ducis, filii Rogerii Bursae (anno millesimo centesimo quinquagesimo secundo). At minime mirandum; ut enim duo gallicae benedictinae Congregationis scriptores praeclarissimi in Opere, cui titulus: *Nouveau Traité de Diploma*: animadvertunt, Notariis tunc temporis

non satis romana lex erat comperta, qua uti adulterina respuebantur instrumenta *absque die et Consule* [1]).

Formulae autem chartarum Pagensium vel Diplomatum, tum quoad *Prologum*, tum quoad *securitatis attestationem,* eaedem penitus sunt, atque a Marcolfo monacho et Lindembrogio aliisque collectae, apud Baluzium editae leguntur. Quare in eis immorari supervacaneum fore reputamus. At minime fortasse lectori pigebit Prologi formulam animadvertere a Principibus langobardis supremis temporibus usurpatam, et quadam novitate conspicuam, quae ita se habet: OB MERCEDEM ANIMAE NOSTRAE, ET PRO SALVATIONE GENTIS NOSTRAE ET PATRIAE. Nec minus digna quae referatur *Benedictionis* formula videtur, de qua locutum ire pollicemur, ubi de *Launegildo* disserere opus sit. Nec tandem praetermittenda, quae circa saeculi duodecimi exitum occurrit formula, *Consensum* personae referens, cuius intuitu concessio fiebat. Sic in Diplomate Gotfridi sub anno millesimo centesimo vigesimo quarto legimus: *Et ego Constabilis abbas una cum nostris confratribus supradictam donationem humiliter accipientes per voluntatem et deprecationem Domini Gotfridi.*

Sed haec hactenus. Et quoniam omnia persequi instituimus, ad ceteras chartarum nomenclaturas et formulas inquirendas pergere operae pretium est.

II. Compertum sane est, contractuum pacta, et contrahentium iura iuxta legum praescripta non una eademque appellatione in chartis referri; ac proinde pleraque exemplaria nobis edenda, quae *Traditionis*, *Transfusionis*, *Confirmationis*, *Vicariationis* (idest *Permutationis*) *Donationis titulum* praeseferunt, quo quaelibet civilis iuris rationes, et magistratuum edicebantur sententiae. De quibus singillatim disserere praetermittentes, unum in subiecta materia notare liceat: chartam *Donationis* vel *Venditionis* quandoque cum *Traditionis* titulo reperiri. Etenim quamvis apud Salernitas Germanorum usus invaluit, quo

---

[1]) Tom. IV.

Traditionis potius, quam *Venditionis* charta adpellaretur; fieri tamen poterat, et saepenumero factum est, uti, post oblationem vel venditionem bonorum, traditio sequeretur. Quamobrem una e duabus donationem, vel *oblationem*, alia *immissionem* in fundi possessionem innuit, adiecta formula: per *fustem*, per *cultellum*, per *annulum*, per *virgam*, per *caputtam* [1]), per *cappuccium*, per *pedum positionem*, *per gambettam* [2]). Langobardorum autem moris quidem erat binas traditionis chartulas de eadem re eodem tempore efficere: quarum alia oblationem, vel venditionem fundi, alia quamdam iuris reservationem super eumdem sanciret. Quam vero duplicem traditionem, ne litis iurgia succrescerent, a Carolo Magno vetitam comperimur, et propterea sancitum fuisse, ut oblatori fructum tantummodo fundi percipere, et aliquo modo retinere liceret, facta de hoc expressa mentione in ipsa traditionis chartula. In fundi autem alienatione, antequam Notariorum *Protocolla* extitissent, et fundi et chartarum traditionem fieri oportebat. Et haec quidem potissima ratio, cur, ipso cavensi Coenobio quamplurima documenta antiquiora, in eiusdem Tabulario adserventur. Nam identidem usuveniebat, ut venderetur vel donaretur Monasterio fundus, qui antea decies, quinquagies et etiam centies venumdatus erat, et cum decem, quinquaginta, et etiam centum documentis tradebatur. Ac insuper, ipsa traditionis chartula, possessionis ius alteri legitime cessum se viriliter defensum ire venditor testabatur, his consuetis verbis : *Nos vobis ab omnibus hominibus, omnibusque partibus antistare et defendere...*

III. Omissis, quae ad chartularum inquisitionem a Diplomaticis referuntur, de cavensibus dumtaxat locuturi, eas recensendas duximus, quae *Breve recordationis*, *Breve memoratorium*, *Charta Securitatis, Iudicati*, vel *Testamenti* dicebantur. Quae denominationes ex ipsis desumuntur vocum formulis, quibus res vel initio, vel chartarum contextu designabantur. Ex hisce per-

---

[1]) Idem ac baculus pastoralis.

[2]) Parvus baculus, qui saepe ipsi membranae donationis adnectebatur.

spectum habemus, Notarios, ante undecimum saeculum, numquam, aut rarius formula usos fuisse, quae dein frequentior usuvenit: *Notum*, *Noveritis*, *Nosse debetis*: sed rem, de qua agebatur, historicorum instar describere solitos, per verba: *Ideoque trado tibi* (cuius tenoris est Morgengab anni septingentesimi nonagesimi secundi): vel per ea: *Breve emissum a nobis* NN. Quandoque etiam verbis *Memoratorium factum a me NN.* instrumentorum initium faciebant. Inter quae passim Notitiarum formulae (unde *Notitiae* nomen chartis venit, et *Notitia* instrumenta appellari solebant) a decimo saeculo ad decimum tertium occurrunt. Et prae ceteris animadvertenda videtur, quae *testatae Notitiae* nomine in quodam instrumento legitur, rogato sub anno noningentesimo vicesimo secundo: *Et unam notitiam testatam quam apud me Ioannem Boccaboccia remisit* [1]). Quam formulam in clarissimi Du Frêsne Glôssario frustra requireres.

Hac igitur collectione tot chartis conflata veluti in speculum conspiciuntur vetera civilis societatis instituta, totiusque vitae officia: parentum in filios, *Mundualdi* in puellam, vel mulierem tutelae eius creditam, viri in uxorem, *valvassoris in Adalingum*, *Arimanni* in principem. Insuper magistratuum munia ad sartam tectamque iustitiam tuendam, iuxta Legum praescripta, quibusdam formulis definiuntur. Quarum nonnullae admodum speciosae lectori obvenient, praesertim quae matrimonii ritus referunt, uti Morgengab Ioannis filii Martini, qui, anno octingentesimo octogesimo secundo, Orsam Ursi filiam uxorem duxit, quo praeclarum exhibetur exemplum de formula matrimonii per *osculum* ante iudicem initi [2]). Neque supremum locum Testamentis attribuimus, quippe quae Religionis ac domesticae fidei sanctitatem patefaciunt, iurisque pubblici constitutiones circa tanti momenti rem multifariam reprae-

---

[1]) memb. 140. arc. II n. 20.

[2]) memb. 92. ar. I. n.° 89.

sentare videntur. Atque illud, prae ceteris, memoriae prodere lubet cuiusdam Imelsendae, Madelmi filiae, et Dauferii *relictae*. Quae, anno noningentesimo vicesimo octavo, gravi morbo fatigata, filiis ad se accitis, professa est, *se totam habere voluntatem et recte loqui valere*, atque ab iisdem facultatem deprecata, ut *posset libertatem cuidam donare Ioanni*, istis consentientibus, *illum pro remedio salutis animae suae* liberum et absolutum constituit [1]. Consueta testamenti formula per *Iudicii* vel *Iudicati* vocabula exprimebatur: at non raro *Dispositi* vocabulum pro testamento usurpatum occurrit, uti in testamento Bonae filiae Petri cognomento *Cofinelli*, sub anno noningentesimo vicesimo tertio, legitur: *Dispositum factum a me* [2]. Quae vox italicae locutioni *fare disposizione* apprime respondet.

Praeterea Iudiciorum ritus, ac sententiarum formulae loculentissima exempla extant, e quibus magistratuum ratio, legumque auctoritas in definiendo iure patebant. Et bene multa numerantur iudicum placita de Langobardorum lege, qua cautum erat, ne mulier bona, sibi per Morgengab donata, venundare auderet, nisi antea, iudice et duobus e proximis consanguineis inspectantibus, patefaceret, nulla vi, sed sponte sua se ad id faciendum adductam. Item de lege a Liutprando sancita, qua puer, egestate et rerum inopia adactus, ex licentia principis, vel iudicis decreto, bona sua alienare poterat, quo sibi necessaria compararet; de ea, quae pueris ante octo et decem annos facultatem faciebat testandi *pro anima;* de lege tandem, ne in longum progrediar, qua viro potestas fiebat uxorem redimendi a Saracenis vel alienigenis captam, et alibi servitute retentam. In disquisitione autem iuris, documentorum exhibitio, atque attestationes *bonorum hominum* magnopere requirebantur, ne quid detrimenti ab inani et captiosa litigantium obiurgatione iustitia caperet. Et tantam vim

---

[1]) memb. 149 ar. II. n. 23.

[2]) memb. 139. ibid. n. 13.

in iudiciis iuramento fuisse comperior, uti saepissime eius auctoritas liti inchoandae finem fecerit. Decurrente anno noningentesimo quinquagesimo secundo, lis exarsit Salerni inter sacerdotes Ecclesiae S. Maximi, et quemdam Ioannem de Apusmonte, qui partem bonorum sibi arripere nitebatur, quibus Ioannelgarius Ecclesiam supra memoratam donaverat. Quaestio adducta est in iudicium. Septem sacerdotes cum Maione, *advocato*, seu procuratore ad litem orandam, ex una parte, ex altera Ioannes in *sacro* salernitano palatio se sistebant iudici, ac *nobilioribus viris* pro tribunali sedentibus. Qui, cum ex assertis, et documentis utrimque prolatis non satis de veritate constaret, utrique parti iusiurandum detulere. Tunc sacerdotes, bona, de quibus erat quaestio, ad Ecclesiam S. Maximi donationis iure pertinentia *super sancta Dei evangelia* obtestari; contra Ioannes, sacramenti sanctitatem veritus, ne periurus fieret, se integram atque intemerandam donationem recognoscere professus est. Id satis fuit; Ecclesiae iura definita sententia iudicis, lisque composita [1]). Principes autem, vel per se, vel saepius per *Gastaldos* lites iudicabant; et nedum in sacro palatio, vel in Ecclesiarum vestibulis instituebantur iudicia, quandoque iudices loca ipsa, litis materiem, adire, ibique sententiam dixisse legimus. Cuius consuetudinis exemplum praestat membrana sub anno millesimo centesimo decimo quarto, sententiam referens iudicis *Petri*, qui in Monasterium cavense cum *idoneis hominibus* convenit, litem dirempturus inter Monachos et Rogerium de Sancto Severino filium Turgisii northmanni eodem congressum. Ipsam et charta *securitatis* formulam praestat, qua, Rogerius *dexteram manum* in *manus iudicis ponens,* se deinceps Monasterii iura a qualibet aggressione defensurum testatur.

V. Cetera praetergressos, quae de ritu forensi, deque inquisitione Iuris antiquitus sunt usitata, nos memorare decet, nihil sanctius veteres habuisse,

---

[1]) membrana n. 181 arc. II 53.

quam iura proprietatis, personarum securitatem, et promissi fidem tutari. Et quamvis leges in disquisitione criminum ad vitae et honoris tutelam latae, per *Widrigildum*, seu pretii hominis langobardi, vel *langobarditati* solutionem diversimode definirentur; numquam deerant iudicum placita, quibus vitae vel honoris hominis pretium decerneretur. Ad rem, prae ceteris, memorandum iudicium est sub anno octingentesimo nonagesimo quarto institutum ab Adelgisa, eiusque Mundio, in Theodelgarium. Is, vi Adelgisam aggressus atque abusus, solvere nongentos solidos partim Principis Curiae, ceteros ipsi puellae a iudice adigitur. Et, professus se egestate laborantem, imparemque tantae pecuniae solvendae, per *capitis capillos* vicissim a iudice traditus est in manus Adelgisae, ac eius Mundualdi Adelfridi, et Gaidenardi, qui Fisci munere fungebatur [1]). Sed haec satis.

VII.

I. Quae vis consuetudinibus fuerit. II. Ex his recensentur quae de *Mundualdo*, de dotibus puellae adsignatis iuxta latinorum mores: de *Thin*; deque Launegildo. III. Quae fuerint in emphiteusi perpetua vel temporanea; quae circa *operas personales*. IV. Quid de *Exeniis*. V. Quae de commercii et agrorum cultu notitiae colligi possint.

I. Langobardorum leges nemo sine perduellionis nota dectrectare poterat. Uno Rothari edicto quaelibet quaestiones definiebantur, paucis casibus exceptis, quibus Iustiniani, vel romano iure uti fas erat. At saepissime ipsis Regum legibus locorum consuetudines praeponebantur. Latinus enim colonus, se civem romanum coram Sculdai, vel Gastaldo profiteri non ausus, eos tamen, in iuris disquisitione, maiorum instituta servare cohibuit, ipsosque *Adalingos*, qui laeti praediis victoria partis fruebantur, non solum, in novis legibus condendis, latino uti sermone, sed in negotiis peragendis, in promissis exsolvendis, in pecunia

---

[1]) membr. 106 ar. I. n. 102.

mutuanda, in vendendis, excolendisque agris, latino mori obsequi adegit. Quo factum est, uti ipsae Latinorum consuetudines magnam publici iuris partem sibi vindicarent, eisque, in moderanda republica, ipsi langobardi, et northmanni magistratus obtemperarent. Quocirca de huiusmodi *consuetudinibus* comparationes instituere quantopere intersit, Salerni et Amalphiae celebritate proditur. Quae, veluti sapientiae civilisque cultus propugnacula, media aetate permanente, patrum mores custodierunt, suisque ipsis dominatoribus, non secus ac publicas leges, maiorum exemplo et auctoritate firmatas, religiose servandos obiecerunt.

II. Itaque de salernitanis consuetudinibus nonnulla attingentes, obiter notatum volumus, *Thingationis* nomine donationem significari, a *Thingare*, quod in Rothari Edicto idem ac donare sonat, et *Thinx* donum [1]). At apud Salernitas *Thingationis* fuit consuetudo in legem versa, uti, tractu temporis, eodem nomine pignorationes fierent. Idque fuit more sancitum, uti si qua res *thingata*, seu pignorata venire vellet, ipsi tantummodo veniret, cui dabatur pignori. Ac minime praetermittendum est, penes eos, mulierem liberam, citra patrem, aut unum ex legitimis fratribus, vel virum, cui nupta fuerat, viro defuncto, quemquam etiam e filiis, vel nepotem, vel avunculum in *Mundualdum* sibi eligere posse; nec de ea omnino silendum, qua in sponsalibus, sponsae pater congruam dotem sponso dare consueverat, cum satis constet, ipsum virum *in alia die nuptiarum* per *Morgengab* donationem , iuxta Langobardorum legem, *eam virginem inventam*, vel *pro suo honore* dotare debuisse. Quae quidem consuetudo secundum *legem romanam* remotioribus saeculis non raro occurrit. Inter alia exempla proferemus instrumentum sub anno nongentesimo nonagesimo sexto, in quo legitur: *Quia ipsa Theodenanda iuxta legem roma-*

---

[1]) Lex CLXXIII sub Fit. de *Thinx. Thingatio mutua donatio definitur.* Vide Boerium ad Legem Langob.

nam adduxit et dedit nobis de parentum suorum dotes [1]) Et Northmannorum aetate huiusmodi consuetudinem viguisse e quodam instrumento constat, quo *Atenolfus Manganarius* testatur, se recepisse a *Constantino De Abbate Fasano auri solidos mille pro dotibus uxoris suae Trudae Constantini filiae adsignatis* [2]).

Ceteris, ne nimii videamur, praetermissis, aliquid animadvertendum ducimus de *consuetudine*, quae apud Salernitas *Launegild* indolem penitus immutavit. Launegild (quae vox Saxonum lingua *reciprocum donum* designabat) a donatario in grati animi pignus donanti reddebatur, quo iuxta Langobardorum legem, firma ac stabilis ipsa donatio fieret. E vetustiorum temporum chartis apparet, parvi pretii res pro Launegildo donatas fuisse. Et satis innotuit, hanc langobardam institutionem ad duodecimi saeculi initia immutatam permansisse, non minus quam Liutprandi legem, qua cautum erat, ne *Launegild* ab Ecclesiis, aliisque piis locis, quibus donationes factae forent, reciperentur. At quoniam humanum est quovis praetextu consuetudini magis quam legis imperio morem gerere, in huiusmodi piis donationibus, quaedam *munuscula* a donatariis offerri solitum fuit; eaque *charitatis* et *benedictionis* specie, non pro Launegildo, expressim a donatore accipiebantur: cuius rei exemplum Diploma Ricardi de Morra sufficit, qui pro quadam donatione facta affirmat, *se recepisse pullum unum equinum, quem non tam causa cupiditatis, quam pro dei charitate... quoniam secundum legem Liutprandi, quod in Ecclesiis Dei et Xenodochiis thingatum* (donatum) *fuerit, Launegild exigi nullatenus debet* [3]). Isthaec igitur *Charitatis, vel benedictionis* formula in saeculi decimisecundi Diplomatis saepissime occurrit. Et quandoque etiam benedictionis caussa in donationibus ingens pecunia solvebatur. Quae quidem offerendi munera, aut solvendae pecuniae consuetudo, pro-

---

1) anno 996. ar. IV. mem. 112.
2) an. 1159. memb. 30. arc. XXX.
3) an. 1183. Dipl. a. m. L.

gressu temporis eo pervenit, ut, *benedictionis* et *charitatis* formula praetermissa, penitusque obliterata, donationes ab alienationibus minime differre visae fuerint. Et re ipsa, Magalda de Balbano Comitissa, pro latifundii donatione facta Monasterio cavensi, recepisse profitetur *quatuor et triginta uncias* auri *ad pondus Melphiae et pulgitrum unum perfectum et assiduas orationes* [1]) Denuo sub decimi quarti saeculi initio, pro allato beneficio, vel donatione, Launegild, iuxta pristinam Langobardorum institutionem, recipi, Instrumenta testantur.

III. Porro in publicis instrumentis minime opus erat consuetudines describi, quibus primitus locationes, vel Emphiteuses instituebantur. At postquam a maiorum traditione paullatim flecti coeptum est, tum eas scripturis publicis tradere visum cum praesertim de vini deque *terratici* iuris perceptione ageretur. Ex quibus scripturis colligitur, colonos domino directo frugum sextam partem, musti decimam praestare solitos. Itemque de consuetudinibus dicendum, quae *operas personales* ab Emphiteuta solvendas memorant, quasque *Pregatas* vel *Precherias* nomine subinde invenimus. Quae operae (cum de iis per instrumentum actum foret) uno *servitii* nomine primitus, iuxta consuetudinem, designabantur: at progressu temporis definitas legimus; ac praecipue in quodam instrumento habetur: *Obligavit etiam se supradictus Guerrarius, et suos heredes annualiter facere duodecim operas, videlicet; incidere, zappare, spatulare;* et his similia [2]). Eiusmodi vere operis personalibus quandoque ratio quaestus in collocanda pecunia definiebatur: cuius rei exemplo, inter tot, instrumentum anni octingentesimi octogesimi secundi adducimus, quo Agilbertus presbyter sex solidos figuratos in quinque annos cuidam Mauro Ermemari filio

---

[1]) an. 1221. Dipl. 18. A. M. lit. M.

[2]) an. 1186. memb. 23. Ar. XXXV. ubi nota vocem italicam *zappare* pro fodere: et *spatulare*, quae, orta ab instrumento spathae instar, sonat *tribulare*. Nunc spatulare vulgo dicitur cannabum vel linum tundere.

mutuos dedit, qui et bona sua eidem in pignus tradebat; et legem sibi indixerat, *per singulas hebdomadas operas personales Agilberto praestare* [1]).

IV. Exenia nunc paucis expediam. Exenii nomine significari coeptum est *munusculum*, aliter *salutas*, vel *saputas* nuncupatum, quo hospites donabantur, dein quaedam praestationes fuerunt, quas emphiteutiei fundi possessor domino semel, bis, ter, quater, vel quinquies per annum debebat. Exemplum quinque Exeniorum praebet quoddam instrumentum anni millesimi nonagesimi tertii: *Et per omnem annum dent duas gallinas bonas in Nativitate Domini Nostri Iesu Christi, et in Pascate Resurrectionis, et in Carnelevare, et in festivitatibus S. Mariae de mense augusti; et omnium Sanctorum..... ad donum eorum exenium iuxta ratione* [2]). Constat vero plurima fuisse Exeniorum genera, quae aliquando non explicari, alias definiri solebant. Et erant vel *modica pecunia*, vel *fresenga* *, vel *muntonis* *, vel saepissime gallinae et ova. Nec raro, inter alia onera, illud visitandi dominum fundi inesse Emphiteutae docet membrana, quae de concessione Ecclesiae S. Felicis facta Urso a Petro Episcopo salernitano haec habet: *Et annualiter persolvere in nostro Episcopio in festivitate S. Mariae debent tarì aureum bonum unum et aliquit visitationis* [3]). Ab exeniis, tractu temporis, deducta fuit vox *Exeniator*, idest *Exeniorum collector*, et verbum *exeniare* usurpari coeptum est. Hinc in regesto quod abbas Maynerius, saeculo decimo quarto, exaravit, legimus de quodam Petro Villano de Cava, qui erat *Exeniator Ducissae Duratii*; et de quodam presbytero Vetrario *exenianti*, a quo Dominus Abbas *cuppam incisam recepit* [4])

---

[1]) an. 882. ar. I. n. 95.

[2]) an. 1093. ar. XV. 75.

* *Fresenga*, idest porca; *muntonis* idest aries.

[3]) an. 940. ar. II.

[4]) Reg. II Cart. 103 a tergo.

V. Denique in tanta documentorum congerie frustra unum requireres, quod de Artibus, industria, et mercatura ex professo disserat. Attamen sedulo ea volventibus nonnulla obversantur ad indumentorum formam, Artium cultum, agriculturae et commercii praesertim rationes referenda. Neminem latet, pleraque ea tempestate obfecisse, quominus commercia sustentarentur: nullum ius, ut aiunt, *internationale*, mercaturae praepositum, nullam fidem conventis. Atque, praeter morum ac linguarum dissonantiam, infensissima religionis odia, et pericula itineris populos magis distrahebant, iam permagno terrae marisve spatio interiecto dissitos. Verum enim vero, audaces Iapeti nepotes maria undique peragrarunt, et per Mediterranei oras institorum societates deduxerunt adeo, ut navigantibus immunitates amplissimas Principes concesserint. Idque satis etiam patet ex veteribus Tabularii monumentis [1]); ex iisque colligimus, olim Amalphitanos, Tyrum, et Sydonem navigantes, Babyloniam tenus appulisse [2]); Atranenses vero, Amalphitanorum finitimos, tantopere mercatura ditatos, ut nono vel decimo saeculo quamplurima latifundia in salernitano principatu ingenti auri pondere emerint [3]).

Quod vero non minoris intererit, ex eisdem documentis notitiae hauriuntur de rei rusticae conditione ac disciplina, scilicet, de modo, quo irrigationes, fossiones, repastitiones ac stercorationes fieri solebant; de adminiculorum ordine et capitum iugatione, et tandem de relegatione, et propagatione vitis.

---

[1]) Vide adnota: sub lit. *N*.

[2]) an: 973. memb. 29. Vide adnot: sub lit. *O*.

[3]) an: 977. huiusmodi memb: transcripta legitur in authentico instrumento anni 1104, arc. XVII. 48.

VIII.

I. Diversae agrorum mensurae — II. Liquidi quae fuerint: et quae aridorum — III. De monetis, quae in instrumentis a IX ad XIII saeculum recensentur.

I. Inter mensuras, quibus harum provinciarum accolae agros metiri solebant, eminet passus. Hic in marmoreis columnis, atque Ecclesiarum valvis communi utilitati designabatur. In neapolitano Archiepiscopio passum ferreum appositum fuisse legimus; et quandoque ipsas Ecclesiarum ianuas passus indicem fuisse commemorat Diploma Riccardi de Morra, sub anno millesimo centesimo octogesimo quinto: *Passus autem, cum quo eadem terra mensurata sit, tantae longitudinis constat, quantae latitudinis sunt ianuae maioris Ecclesiae Laquedoniae* [1]. E plerisque documentis constat, pedes quinque et dimidium passum unum efficere; et pedis mensuram, qualis ad communem usum accipienda foret, in latere pergamenae inscriptam exhibet, prae aliis, Diploma Guilielmi Luceriae Domini, filii Rogerii Salerni Principis, sic se habens: *Mensura quoque pedis discernitur a principio huius chartulae, usque ubi in latere incisa est crux facta* [2]. Pedes insuper octo et semissis efficiebant mensuram, quae (cum cetera in humano corpore sint, scilicet palma, pes, digitus, passus), *Pertica* dicebatur, fortasse a *portando*. Ex viginti perticis constabat *Modius*, qui uti frequentius describitur in chartis, triginta passibus efficiebatur, proindeque centum et sexaginta quinque pedes Modium formabant. Non infrequens in instrumentis Amalphiae datis legimus: *Passus cammisales: Et revolvente a partibus de Cetara passus cammisales tres* [3]. At quid *cammisalis?* Incertum. Ex quibus omnibus satis colligitur, in Principatu salernitano non aliam mensurae

---

[1]) Ar. M. membr: 2. I.

[2]) An: 1115; Ar. M. n. 30. e.

[3]) An: 1006. memb. 8. arc. V.

normam, praeter pedem, passum, perticam, ac modium, maiores habuisse, et pedis mensuram centimetris quatuor et triginta constare [1]).

II. Inter praecipua autem liquidorum mensuras et pondera recensemus *Sayum*, *Saumam* sex says constantem, *Laguenam*, seu *Lagenam* saumae sextam, et *Exadium* tertiam partem continentia; *Buctem* denique, quindecim, vel aliquando duodecim saumis conflatam. Quas mensuras ab uno accepimus instrumento sub anno millesimo quadragesimo secundo, cuius verba referre libet: *De quo vino mundo sine aqua implemus eis unam buctem suam, quam ibi habent capientem saumas duodecim ad iustum medium Exadium de ipso loco*, (Nuceriae) *habentem de ipsis duodecim saumis, sex media exadia per saumam, habentes istae duodecim saumae ana.* (*i. e. unaquaeque*) *lagenas sex per saumam* [2]). Erat et mensura *Justa*, vel *Iustitia* nuncupata, qua panis et vini pars congrua Monachis dispensabatur. Hinc legimus, Abbatem cavensem pro se suisque successoribus pollicitum cuidam Landuario oblato, vitam in monasterio degenti, *unam iustitiam panis et vini* daturum, *qualem unum de bonis monachis* [3]). Liquidorum quoque olei praesertim erant mensurae, quae *minulatica*, et *Quaranteni* vocabantur, de quibus saeculo decimo quarto identidem fit mentio in documentis, ex quibus plane perspicitur, Minulaticam vicesimam lagenae partem continere. Aridorum tandem mensura *mina* vel *minula* dicta saepenumero occurrit, quae quartam modii partem continebat. Quoniam vero Mina tribus *thuminis*, vel *tumulis* constabat, quorum quisque rotolos quinquaginta habebat, uti e documentis colligitur, duodecim tumulos modium efformasse certum est; intrinsecum vero rotuli pondus trium et triginta unciarum paulo minus chilogrammati coaequari potest. Mensura veteris modii erat ad

---

[1]) Paulo plus, minusve modius, sive hic sive alibi, vel ad 165. vel ad 170. pedes computari solebat.

[2]) Memb. 116. Ar: VIII.

[3]) Sub Justae, vel Justitiae mensurae appellatione, significabantur *panis libra*, et *vini hemina*.

normam Principis Salerni, ideoque *Domini*, vel *Domnicus*, et etiam *Plateaticus* vocabatur, quia in platea, foro scilicet, publici utilitati reponebatur.

III. Quod autem ad monetas attinet, praecipue inter Langobardos, Arechis et Sicardi Beneventi principum *solidos figuratos* innuere vacat. Qui, utpote metalli ponderi adamussim respondentes, in noni, decimi, et undecimi saeculi instrumentis, *veteris monetae* nomine, recentioribus in Salerni principatu adulteratis praeferebantur. Neminem profecto latet, salernitanos principes, ea tempestate, aerarium exhaurire debuisse, tum, uti bellorum et seditionum iacturis occurrerent, tum, uti Caesaris gratiam inirent, cui quotannis ingentem auri et argenti vim, vel pretiosa munera, *salutis* titulo, ultro offerebant. Quod satis, inter alias, perhibet membrana anni millesimi quinquagesimi noni, instrumentum referens, quo, anno octingentesimo quadragesimo sexto, Siconolfus, pecuniae indigens, quamdam terram intra Salerni moenia Radelchi Castaldeo suo concessit pro maximi pretii aulaeo, quo Lotharium augustum Galliae Imperatorem impertiret. *Eo quod* (sunt instrumenti verba) *ipse Radelchis Domino Siconolfo dederat unam curtinam, valentem solidos mille, quae pro salvatione gentis et terrae suae direxerunt in Franciam salutes ad ipsum Imperatorem* [1]). Hinc, ut aerarii inopiae Principes subvenirent, non aliam sibi viam patere arbitrati sunt, quam si, metalli pondere imminuto, deterioris notae monetas cuderent, quarum pretium, commercio sancitum, immutabile permaneret. Quare, cum, inter contrahentium pacta, de solvenda pecunia ageretur, monetarum probitati consulebatur sequenti formula, vel clausula... *Dent tarì aureos bonos, qui per caput et sine iuncta vadent.* Saepissime prae salernitanis Amalphiae tareni ferebantur, his verbis: *Diricti boni de Amalphiae pesanti, in quibus crux formata apparet.*

Solidus autem auri figuratus quatuor tarenos salernitanos, vel amalphi-

---

[1]) Memb: 46. Ar. XI.

tanos valebat. Tribus alioquin tremissibus solidum, tremissem vero denariis sexdecim coalescere, edocemur tum instrumento anni octingentesimi septuagesimi primi, ubi legitur: *Accepi tremissem unum de denariis, qui sunt denarii sexdecim* [1]), tum alio anni octingentesimi vicesimi sexti, in quo solidorum computationem sic descriptam invenies: *Unde pro suprascripta venditione accepi pretium auri figurati solidos numero tres et duos tremisses . . . . at si forsitan nos ipsi pro quolibet ingenio retornare voluerimus, duplum pretium nos vobis componere promittemus, hoc sunt septem solidos, et unum tremissem* [2]). Ergo si septem solidi et unus tremissis sunt duplum trium solidorum et duorum tremissium, liquet, solidum auri figuratum tribus tremissibus confici, ideoque octo et quadraginta denariis constare.

Tandem duodecimam solidi auri figurati partem valebat *Denarius Guaiferii* principis Salerni, qui sub *parvulae* et *usualis* monetae nomine, etiam in decimiquarti saeculi documentis passim occurrit. Verum ab octavo saeculo, vel circa noni initia, inter auri solidos, praeter *Constantinianos* et *Otericos* ex graecis monetis, interdum recensentur solidi, sive *Deitatus* et *Scolitatus*, sive *Schifatus*, vel *Sklifatus*, et nonnumquam de *Byzantio* auri solido fit mentio, quos graeca dominatio in Italiam meridionalem invexerat. Circa duodecimi saeculi dimidium, *Ducatus* ab Apuliae et Calabriae northmannis Ducibus excussus, et *Regalis*, Rogerii regis efficiem ferens, memorantur [3]). Per idem tempus occurrit mentio de Moneta, quae *Perperus* nuncupatur, et de tarenis siculis vulgo adpellatis, *Tarì de lu Conte*, quos Notarii salernitanis tarenis coaequare solebant, addita clausula in instrumentis : *ad pondus Salerni*. Ceteris praetermissis, tantum memorare sufficit Pontificum moneta Massimunnus

---

[1]) Memb: 70. Ar. I.

[2]) Memb: 15. Ar. I.

[3]) An: 1143. Memb: 84. Ar. XXV: et an: 1183. Memb: 112. Ar. XXXVIII.

(quasi maximus nummus); quae saeculo decimoquinto, pristino horridoque nomine amisso, *scutum aureum de Camera* fuit adpellata [1]). Sed haec hactenus. Ad cetera prosequamur.

IX.

I. Nonnulla animadvertuntur circa italicae linguae originem e cavensibus documentis hausta — II. De scriptura, seu characterum speciebus in eis adhibitis — III. De Chronologia.

I. Operae pretium facturos arbitramur, si hic obiter lectorem monitum voluerimus, cavensia documenta exemplis manare, quae magno usui videntur quaestioni extricandae, tamdiu inter Philologos agitatae, et adhuc ferventi: Latino ne, an a primaevis Aboriginum sermonibus vernacula idiomata ortum duxerint. Constat, latinum sermonem, sociali bello confecto, per finitimas colonias, italicasque civitates a Romanis vulgari coeptum fuisse: at neutiquam exinde inferendum foret, linguam Latii, qua, praeclarissimorum scriptorum ingenio expolita, civilis societas loquebatur, vulgi sermonem factum fuisse. Tantummodo asserere fas est, nonnulla latinae linguae vocabula, in prisca Italiae idiomata sensim irrepsisse, et praesertim vitae usui opportuna veteribus fuisse suffecta. Multo minus adfirmari potest, italicas gentes, eo quod publica acta latine scribi solerent, latino, licet ineleganti, usos fuisse ea aetate, qua, irrumpentibus barbaris, latinitatis notitiam amiserunt. Quemadmodum enim fieri poterat, uti lingua per ora vulgi diffusa, et in singulis vitae negotiis adhibita, extemplo obliteraretur? Obliterare ne linguam idem foret, ac artis monumentum evertere? Potius adfirmandum videtur, italicas gentes veterem linguam in vitae usum adhibere, acta publica autem, et scientiae et historiae monumenta latine posteris tradere. Et, quamvis documenta desint vernaculo idiomate, prioribus medii aevi saeculis, in integrum scripta, vernaculi usum No-

---

[1]) Ex Bulla Nicolai IV. An: 1290.

tariorum instrumenta testantur. Nam, si Chronica et ecclesiasticos tractatus exceperis, instrumenta et diplomata tot mendis undique scatent, uti, praeter quarumdam latinarum vocum usum, (et ne hunc quidem syntaxeos regulis consonum), praeter vocabulorum casus, satis innotescit ex ipsa linguae et locutionum structura, et e plerisque intrusis vernaculi idiomatis vocabulis, Notarios vernaculo sermone scripsisse, quamvis latinam linguam simulare studuerint. Quod e vetustioribus documentis luculentius colligitur, in queis loca praesertim, personae et facta tantummodo vernaculo sermone significata reperies. Ad hanc rem firmandam innumera exempla in cavensibus chartis noni et decimi saeculi extant. Exemplo liceat voces frequentius usurpatas hic recensere. Sunt: *Scippare*, pro *extirpare; conciare*, pro *reficere*, *zappare*, pro *fodere*; *tuppo di monte*, pro *montis cacumine; dare in cambio*, pro *pecuniam mutuam dare; una botte de vino;* et *una zappa*, pro quodam vini dolio, et pro ligone. Item: *vacca vitellata*, pro vacca cum vitulo; *iumenta polletrata*, pro equa cum pullo, et alia innumera: qui quidem dicendi modi apud villicos in agro salernitano adhuc in honore sunt. Item: *si salierit ipsum granum*, pro si grani pretium auxerit ; *possum ad andandum*, pro possum ad eundum, *honde* pro exinde, et his similia. Itemque de appellatione locorum, et de agnominibus. Inter sexcenta innuemus sequentia: *Sergius*, *qui dicitur Boccavitiello;* Ioannes qui vocatur *Spicciacanzone*, idest facilis cantor; in loco, qui dicitur *a lu Mercatu* (ad mercatum; *a lu piru* (ad pirum), *a lu piescu* (ad petram). In longum abire foret, si cuncta vernaculi idiomatis vocabula recensere mens esset. In hac editione dabimus earumdem vocum non exiguae molis glossarium.

Cum igitur huiusmodi voces remotioribus saeculis vulgi ore proferebantur, et nunc eamdem significationem retinent; quoniam Notarii et Cancellarii, uti locum vel personam, vel rem clarius designarent, eisdem vocibus utebantur; inferendum est: vernaculum idioma a remotissimis saeculis, uti nunc est, in his provinciis linguam communem fuisse. Quocirca historicae veritati consona

videtur sententia, quae tenet: vernaculum sermonem ab ipsis Aboriginum idiomatis ortum duxisse, licet e graeca et latina lingua quamplures voces usurpaverit. Ac proinde cum latinus sermo, romanae societatis vitio, vel barbarorum ignorantia, occidisset, superfuit vulgare eloquium, quod iampridem per Italiae provincias, prout diversa fuerat gentium origo, alibi aliter sonuit, quodque nonnullas voces mutuatum ab exteris gentibus, vel naturali labiorum sibilatione, vel oris iatu, vel aspiratione gutturis, multifarie proferri audimus. Verum, ni fallimur, in huismodi vulgares sermones nonnullae voces et locutiones etruscae sensim irrepserunt, cum ob Etruscorum huc illuc deductas colonias, tum ob vocabulorum dulcedinem, iam antiquitus, post sociale bellum, Italorum imitationi propositam. Exinde factum est, uti, cum Etruscorum lingua Guidi Cavalcantis, Cini pistoriensis, et Dantis praesertim ingenio praeclarissimo expolità, ceteras anteiret, a reliquis Italiae gentibus pro comuni sermone adhiberetur.

II. De diversis cavensium characterum speciebus nonnulla attingenda putamus, quo magis adfirmari queat praeclarissimi Maffei sententia, qua contendit, cunctis mediae aetatis saeculis, et etiam sub regum barbarorum imperio, praeter romanam, non aliam scripturam in Italia fuisse. Et sane absonum a veritate foret asserere, Italos, iampridem pulcherrima scriptura usos, quae *capitalis*, *uncialis maiuscula,* vel *minuscula* dicitur, scripturam a barbaris accepisse, quorum magna pars scribendi arte carebat: nam, supra quam opus sit, cavensia documenta testantur, tantam fuisse eodem saeculo, eademque civitate eiusdem characteris differentia, uti ipsis scripturarum interpretatione exercitis, novae semper, ut ita dicam, difficultates obstent. Tam enim multiplex litterarum forma eis obicitur, ut species characteris, qui vulgo *langobardus* appellatur, ad sexcentas dispesci possint. Satis erit oculos conicere in exemplarium specimina huic volumini adnexa, morgengab, scilicet, anni septingentesimi nonagesimi secundi, et diplomatis Radelchis anni octingentesimi quadragesimi,

uti quisque pro se videat, quantum discriminis inter utriusque langobardi characteris formam intersit. Beneventi quidem, Salerni, Cilenti, Nuceriae, Apuliae chartas inspicienti constabit, Notarios, in actis scribendis, nullam, aut vix aliquam inter litteras convenientiam servasse. Quisque pro ingenio suo ac lubitu, et nulla lege praefixa, romanum characterem, sub una vel alia forma, imitabantur. Nec sententiae nostrae negotium facessit scriptura diplomatum: haec enim in Italia et extra, utpote quadam uniformitate characterum exarata, proponi posset veluti scripturae genus, ab exteris gentibus invectum. Verum, si parumper animadverterimus, patebit, cancellarios sive Italos, sive Gallos, sive Germanos , non alium quam romanum characterem imitari studuisse ; quippe qui cum latina lingua scripturam didicerint, ea praesertim tempestate, qua romana Curia scientiarum et artium magistra omnibus praeerat.

Scripturam tamen, quae in cavensibus documentis extat, et vulgo langobarda nuncupatur, in tres species partiendam arbitramur. Et unam *langobardam puram* dicimus: huic documenta ab octavo ad undecimum saeculum pertinent, etsi characterum delineatio non semper eadem sit. Alteram, ab hastis nimium productis, *langobardam oblungatam* adpellamus: hac saepe, praesertim in Diplomatis, Cancellarii utebantur. Tertia tandem mixta dicenda videtur, in qua characteris romani rotunditas, alternata, praevalet. Ternae huiusce langobardae scripturae cum suis varietatibus specimina dedimus, non secus ac neapolitanae et amalphitanae, pro diversitate locorum temporumque. Quoad vero orthographiam chartarum, nulla regula fuit, praeter Notariorum arbitrium. Hi litteram H, pro lubitu suo, quandoque vocibus adiciunt, alias demunt; saepe litteram D pro T, frequentius B pro V scribere solent. Nec firmior norma circa verborum contractiones et siglas habetur, quae, non secus ac orthographia, et interpunctio, exleges sunt.

In transcriptione igitur chartarum dedimus operam, ut ne verbum quidem ab autographo recederet; scripturas, uti iacent et iisdem sphalmatis conspersas,

religiose edendas curavimus. Virgulas tantummodo, et puncta adiungere visum est, ne lectores, in tanta soloecismorum colluvie, ad rei intelligentiam fatigentur. Eamdem ob rationem *Errata-Corrige* huic volumini et sequentibus, si opus fuerit, adnectendum curavimus, quo preli quam laevissimae mendae a notariorum erroribus secernantur.

Etsi autem unius vel alterius characteris Tabularii et Bibliothecae exemplaria exhibeat opus, ceteroquin absolutum, cui titulus PALEOGRAPHIE UNIVERSELLE, tamen, quo Codicis cavensis editio plenior foret, nedum diversorum characterum cum membranarum , tum Codicum speciminibus, sed sigillis, monogrammatis, et autographis latinis graecis arabisque eam locupletare libuit. Elucubrationes tandem, quae de Codicibus in appendice singulorum voluminum sunt, ex industria auctor italica lingua exaravit, uti monumenta, quae de italica arte scribendi, miniandique supersunt, sive doctis, sive indoctis innotescerent.

III. Ad documentorum intelligentiam multum interest diversos modos animadvertere, quibus Notarii, in chronologicis notis apponendis, usi fuerint. Ni enim diligenter id perpendatur, quae certa sunt, vel verisimilia, pro absurdis habentur. In annorum computatione diversas normas Notarii sequuntur; quas in promptu habere opus est, ne, quae ipsi enarrant uno anno facta, pluribus evenisse videantur. Nam, uti compertum est, ab annis principum imperantium, florentino, pisano, vel graeco computo, desumuntur chronologicae notae usque ad duodecimi saeculi dimidium, quo anni Aevi vulgaris in cavensibus documentis adnotari incipiunt.

Quocirca, uti historia lucem suam, distinctione temporum, servet, et expedita saeculorum spatia percurrat, sciendum est, Tabelliones salernitani principatus, pisanum morem secutos, initium anni a die vicesima quinta mensis martii sumpsisse. Ita menses ianuarium et februarium habent communes nobiscum; a martio autem anni communis insequens annus incipiebat. Quamvis

autem annus pisanus penes Tabelliones vulgo obtinuerit, comperimur ab iis quandoque annum florentinum adhibitum. Id inter duos interest, quòd pisanus, uti supra monuimus, a die vicesima quinta martii anni praeteriti, florentinus autem ab eadem die martii anni currentis exorditur. At Neapoli, Caïetae, Amalphiae et in plerisque Calabriae et Apuliae civitatibus, annus graeco more, scilicet a prima die mensis septembris praeteriti anni computari solebat. Quam Graecorum consuetudinem ad decimum sextum saeculum alicubi invaluisse, civitatis tranensis instrumenta in Tabulario adservata testantur.

Quoad vero indictionem, animadvertendum est, in Salerni et Beneventi principatu Notarios frequentius adhibuisse *constantinopolitanam*, a prima die mensis septembris incipientem, raro *caesaream*, cui vigesima quarta eiusdem mensis erat principium, rarissime, vel numquam *romanam*, quae die prima mensis ianuarii renovabatur ; eandem vero in una vel alia summorum Pontificum bulla usurpatam invenies. Tandem notarii, ut dies mensis designarent, quibus conficiebant acta, sequentibus formulis utebantur. Prima : *in eunte*, *vel intrante mense*, mensis initium significabant ; secunda: *medio, vel mediante mense*, diem decimam quintam mensis exprimebant ; tertia tandem : *stante* vel *finiente* mense, diem notabant, quae habetur, si ab ultima mensis die inclusive novem, ordine inverso, demantur. Sic, exempli gratia: *Scriptum hoc iussimus fieri decima die stante mensis iulii*, scilicet, die vicesima secunda mensis.

X.

De huius editionis ratione et proposito.

Priusquam hisce animadversionibus finem faciamus, quibusdam obiectis obviam ire nos decet. Sunt, quibus cavensis Codicis editio minime arridere videtur. Quid, aiunt, civili societati e tanta documentorum colluvie? Cuia re-

feret legere? Monachica penitus res! Huic sententiae non adquiescimus. Iuvatne civilem societatem Historia? Opusne, ut haec veridica sit? Et necessitudinem historicae veritatis professus, potestne respuere lucubrationes, quibus ea veritas paritur? Non ita existimarunt praestantissimi viri, Muratorius, Ughellius, Baronius, et praesertim, rei diplomaticae facile princeps, Mabillonius noster, qui maximos exantlavere labores, uti huiusmodi documenta colligerent. Non ita opinantur Germanorum Anglorumque doctissimi; non ita qui, inter Gallos et Italos praestantissimi scriptores, huiusmodi collectiones plerisque studiis praeferunt. Monachica res! Esto: sed simul italica. Nam, media aetate, ea fuit benedictinae sobolis conditio, ut eius historia narrari nequeat, quin et Italorum historia, sub quodam aspectu, narretur.

Alii sunt reputantes, nos, in tanta monumentorum copia edenda, oleum et tempus trivisse. Ex istorum sententia, ne formularum exemplaria centies repeterentur, satis erat perantiqua et rariora typis tradere, cetera per regesta exhibere. At obicientes haec percontamur ; formularumne sola in diplomaticis collectionibus ratio habenda est? Quamvis instituta legum, populorum immigrationes, et imperium dominantium invariabiles certasque firment nationum aeras, quibus, veluti quodam fundamine historica certitudo innitatur ; nihilominus, si inter eas nulla documenta extarent, quibus mores, instituta et consuetudines ab altero ad alterum saeculum comparari quirent, Historiographus quolibet philosophico destitueretur intuitu. Quare si, eorum sententia, vetusta haec documenta, e quibus maximam auctoritatem Historia haurit, inter anteactae aetatis quisquilias mandarentur, de scientia diplomatica conclamatum foret.

Praeterea, neminem latet, plerosque alienigenas Italiam incoluisse. Hinc, cum magni intersit etnographicas disquisitiones instituere, uti definiri quodammodo possit alienigenarum stirpium cum Romanis, seu cum colonis latini sanquinis commixtio; instrumenta, cuiusque generis sint, et sub quacumque for-

mula descripta, huic studio materiam exhibent. Tot enim referta sunt personarum nominibus, quae, annorum progressu, in familiarum cognomina versa sunt, uti ex his Abbas Venereus tria volumina in folio confecerit, quae *De Familiis* appellavit. Insuper haec documenta una eademque formula centies expressa, peregrinas notitias continent, e quibus, uti supra monuimus, quorumdam oppidorum topographicae descriptiones habentur. Et revera, quaenam fuerit perantiqua Salerni stuctura, e documento anni octingentesimi sexagesimi octavi abunde colligitur; quippe quod vias, ductus aquarum, templa, principum palatium, xenodochia aliaque accurate describit. Haeccine, et alia id genus, et quae ad stirpium investigationem attinent, in regestis scribentur? Tandem propositum nostrum, quo vetustiora documenta ad duodecimum saeculum usque edenda curavimus, non frustra fore arbitramur, immo necessarium, si necesse sit, ea servare; nam, saeculorum lapsu, pleraque vix legi queunt, cetera tinearum dentibus eripi serius nequirent.

Praecidam. Haud nostro quidem, sed praestantissimorum virorum iudicio suffulti, Codicis cavensis editionem suscepimus. Prae ceteris animum addidit Caroli Troya sententia. Hic, epistola fortuito nobis obvia, de cavensi Tabulario disserens , nihil reipublicae litterarum magis profore adfirmavit , quam si eiusdem documenta typis mandarentur. [1]). Nec viri praestantissimi defuere, qui, utilitate operis mature perpensa, nobis opem tulerint. Inter quos, in grati animi tesseram, recensemus Comitem Adolphum de Circourt, Commendatarium Hüber Saladin, clarissimum Antonium Panizzi, et Marchionem Paschalem Atenolfi, quorum studio factum est, uti reges, principes, et pleraque scientiarum instituta, quae in Europa celebritate eminent, nobis opem tulerint, et Codicis editioni subvenerint.

---

[1]) Vide adnotationes sub litt: *P*.

At latius fortasse, quam res postularet, haec synopsis excurrisse videtur, et nos maiorem, quam decuerit, satietatem nostri dedisse. Haec igitur hactenus. Si opus a nobis susceptum eruditis arriserit, si quid antiquitatis studio profuerit; non id viribus nostris, quas exiguas sentimus, sed monumentorum gravitati referemus acceptum.

Dabamus in Tabulario cavensi, Kalendis octobribus anni reparatae salutis MDCCCLXXII.

D. MICHAEL MORCALDI.
O. S. B.

ADNOTATIONES

A. Metellianae Vallis nomen in perantiquis documentis, et etiam in Petri Cancellarii Chronico legitur. Ceterum, pro certo habetur, Romanos hanc vallem obtinuisse, anno trecentesimo septimo ante Christum natum, quo, Vallone et Nobilione Coss:, Nuceria potiti sunt. Nec minus certum, eos, anno centesimo nonagesimo quarto, in hanc regionem, Salernum praesertim, colonias deduxisse. Romanae stationis eo vallis loco, qui parum a Monasterio distat, et *S. Cesario* adpellatur, argumentum sunt nonnulla monumenta romana nuper detecta: ductus aquarum, pavimenta vermiculata, balnea, opera reticulata, de musivo praesertim, et inscriptiones, quae in Coenobio, anaglyptorum aula, asservantur.

B. Sub eodem lapide sequens inscriptio legitur:

« Crucem hoc in lapide sculptam, quam cernis, SS. Urbanus 11 Pont. Maximus in sacra
« huius Ecclesiae consecratione propriis manibus in sacrae rei signum oleo sancto linivit.
« Anno salutis MXCII. Non. Sep. ind. XV, anno 1092.

C. » An. 1097. Ecclesiam S. Pauli dedit Urbanus Papa Petro Abbati Trinitatis de Cava. *Ex Adnotationibus ad codicem Beda de Temporibus*. Eamdem Ecclesiam cum monasterio idem Petrus Abbas resignavit ac dimisit anno 1104. *Ex Chron. cavensi apud Muratori. Scriptores Rer. Ital. Tom. VII, et ex adnotat.*, ut supra.

D. Non aliqua novitate carere putamus, inter quae temporum et morum argumenta praebent, hic adnotare belli arma, quibus Abbates cavenses Castrum ipsum instruebant. Legimus *in Registro Dni Thomae Ab.* sub anno 1262: Arma Castri Abbatis pro militibus Custodiae et Castellani » Balistae ad duos pedes 4. Balistae ad unum pedem 4. Baldineria 4. Spatae 2. « Tubitta 1. Cappellini 8. Elmi 13. Scuta 14. Cornua de stanno 2. *Cart. 18. a tergo.*

Sub anno 1353 *ex Regist 1.° Maynerii Abbatis* habetur: » Cornu unum magnum. Paria « de plactis cooperta de cannabiczio quindecim. Item darti quinquaginta, cultelli feritorii « decem: assignata fuerunt familiaribus. Item paria plactarum, quae habuerunt Gallici, « quatuor. Gorgeriae quatuor. Item Baciletti ad caballum quatuor. Item Gargae quatuor. « Item paria de Braczalettis tria. Item paria de guantis quatuor. *Cart. 12 a tergo.* Eodem

****
*****

« anno dicitur: Infrascripti enses assignati fuerint notatis familiaribus et Monachis, videlicet Fratri Thomasio de Neapoli spata una, Fratri Petro spata una, Fratri Riccardo « spata una, Magistro Francisco spata una, Iovanni Biscardo spata una, Colae Biscardo spata « una, D. Antonio de Bancolo spata una, Fratri Guilielmo de Tisono spata una. *Cart. 13 a tergo.*

Magistratus autem Castrorum Monasterii cavensis, Castellania videlicet, et praefectura illorum, apud monachos ipsos residebat, eisque per Abbates cavenses conferri consueverat cum assignatis redditibus, et introitibus perpetuis ad dictum officium spectantibus.

Castra Monasterii cavensis erant: 1. Castrum Abbatis, 2. S. Aegidii ad Pantanum. 3. Albulae. 4. S. Angeli de Nuceria. 5. Aquabellae de Cilento. 6. S. Arsenii in valle Diani. 7. S. Adiutoris de Cava. 8. S. Barbarae in valle Novi. 9. S. Barbarae de Capuacio. 10. S. Blasii prope Salviam. 11. S. Primi de Massanova. 12. Camellae de Cilento. 13. Casa castri. 14. Casalitii. 15. Crassi in Cilento. 16. Celsi ibidem. 17. Flumicelli in Cilento. 18. Fontis. 19. S. Georgii de Cilento. 20. S. Ioannis de Rochapimonte. 21. S. Mariae de Rota. 22. S. Mariae de Cherososmo. 23. S. Mariae de Iuncarico. 24. S. Marciani de Diano. 25. Massaenovae de Cilento. 26. Matontorum. 27. S. Matthaei ad duo flumina. 28. Mitiliani. 29. Montis Coracis. 30. Perdifumi. 31. Pertusiae. 32. S. Petri de Olivola. 33. S. Petri prope Pollam. 34. Casalis Rupti. 35. Serraemedianae. 36. Spinacii, alias Spinaciae. 37. Recupiti de Agropoli. 38. S. Stephani de Iuncarico. 39. Terrisini de Cilento. 40. Tramutulae. 41. Veteris in territorio Cavae.

E. Coemeterium Monas. cavens. sanctificatum dicebatur ob SS. PP. Alferii, Leonis, Petri, Constabilis et aliorum Abbatum et monachorum sanctimoniam ; ac proinde undique viri ac mulieres sanguinis, vel saecularis dignitatis nobilitate praestantes, huc cadavera sua efferri postulabant. Inter sexcenta, quae adduci possent, tantum nomina recensemus:

1. Riccardi Comitis Civitatis Campaniae: *ex diplomate an. 1082 mense maii,* ubi ait: Obtulimus « ipso Monasterio S. Trinitatis Cavae molendinum nostrum. Et statuimus, ut si quis ipsum « molendinum subtrahere quaesierit de supra dicto Monasterio sanctae et individuae Trini- « tatis, in cuius nomine eius coemeterii sanctificatio consistit. *Arc. M. B. n. 23.*

2. Guaimarii Iufuni Domini filii Guidonis Ducis Sirrenti filii Guaimarii Principis Salerni, *ex « diplomate an. 1091 mense octobris,* ubi ait » Et si mihi, et ipsi filio meo mors evenerit in « quocumque loco ab Urbe Roma in istis partibus per totam pertinentiam Italiae, statim, « cum eidem Domino Abbati, et successoribus eius nota fuerit, mittant Monachos, qui cada- « vera nostra ad ipsum Monasterium S. Trinitatis honorabiliter deferant, et ibidem, ut decet, « sepeliri faciant. *Arc. M. C. n. 29.*

3. RICCARDI COMITIS EX DIPLOMATE AN. 1114 MESE OCTOBRIS » Ego Riccardus Comes de Sarno « filius quondam Riccardi Comitis pro salute animae supradicti genitoris mei, qui in Mo- « nasterio S. et individuae Trinitatis, quod constructum est in loco Metiliano . . . . suum « cadaver sepeliri iudicavit et fecit. *Arc. M. C. n 30.*

4. ALFERII FILII QUONDAM GRIMOALDI COMITIS *ex instrumento an. 1118 mense Martii* ubi legitur » « Pro amore omnipotentis Dei, et pro salute Sichelgaitae genitricis suae, cuius cadaver in « Monasterio S. et individuae Trinitatis. . . . . tumulatum est, obtulit. ecc. *Arc. XX. n. 104.*

5. ANGERII EX INSTRUMENTO AN. 1135 MENSE NOVEMBRIS, ubi dicitur » Nam intra claustra Mona- « sterii S. et individuae Trinitatis . . . . essem Ego Petrus Iudex . . . adfuit Willelmus filius « quondam Willelmi, qui dictus fuit de Angerio, et . . . . pro salute animae supradicti geni- « toris sui, cuius corpus in eodem Monasterio sepultum est, obtulit. ecc. *Arc. XXIII. n. 103.*

6. BAGELARDI, ET PANDULFI FRATRUM DOMINORUM CAPUTAQUENSIUM FILIORUM QUONDAM GREGORII, QUI FUIT FILIUS PALDULFI FILII GUAIMARII ET GEMMAE PRINCIPUM, ET MATTHAEI CAPUTAQUENSIS DOMINI FILII QUONDAM GISULFI, QUI FUERAT FILIUS IOANNIS FILII EIUSDEM PALDULFI FILII GUAIMARII PRINCIPIS, *ex Diplomate an. 1138 Mense Ianuarii* ubi legitur. » Et si in aliis « locis ipsi, vel aliquis eorum obierit, et cadavera eorum, aut Gemmae sororis ipsorum « germanorum ad ipsum Monasterium transmissa fuerint . . . . celebratis funerum exequiis, « honeste ibidem sepeliantur. *Arc. XXIV. n. 41.*

7. THOMASII, ET WILLELMII MILITUM DE FERRANTE filiorum quondam Iohannis militis de Nuceria « qui obtulerunt in Monasterio S. et individuae Trinitatis . . . . ubi corpora supradicti pa- « tris, et matris suae sepulta sunt » *Ex instrumento an. 1148 mense Martii.* Arc. *XXVI. n. 116.*

8. *Ex alio an. 1143 mense septembris,* ubi dicitur » IORDANUS FILIUS QUONDAM WILLELMI DE AN- « GERIO DOMINI NUCERIAE . . . . iudicavit corpus suum sepeliri in Monasterio sanctae, et « individuae Trinitatis » ecc. *Arc. XXV. n. 77.*

9. *Ex alio anno 1152 mense septembris;* DOMINUS IOANNES MILES, qui dictus est DE MONTICELLO « filius quondam Ioannis militis de Nuceria, volens ut certae terrae post eius obitum perve- « niant in potestatem Monasterii sanctae, et individuae Trinitatis . . . . ubi corpus eius « sepeliendum erat. *Arc. XXIII. n. 49.*

10. WILLELMI ATRIPALDI DOMINI *ex diplomate an. 1174 mense aprilis,* ubi dicitur » Willelmus « Castelli Montis Truppoaldi filius quondam Tristani pro anima eiusdem TRISTANI patris « sui, qui in Monasterio sanctae, et individuae Trinitatis de Cava sepultus est » *Arc.* « *M. I. n. 8.*

11. Ex alio *Willelmi de S. Severino, Marsici Comitis, et S. Severini Domini Regii Iustitiarii ac*

comestabuli filii quondam Henerici filii Rogerii de S. Severino. et Isabellae Guarnae uxoris eius filiae Sylvestri Guarnae Marsici Comilis. An. 1178 mense ianuarii, ubi dicitur « pro « anima HENERICI filii sui, qui defunctus est, et in praedicto Monasterio S. Trinitatis Cavae « est sepultus. *Arc. M. I. n. 17.*

12. *Ex instrumento an. 1181 Mense decembris de donatione terrae in pertinentiis Nuceriae, ubi « ad Agellum dicitur, facta Mon. Cavensi per* SERGIUM MILITEM BARBOCTUM *filium quondam « Ademarii* eo tenore « Ut si ex illa aegritudine decederet, Dominus Venerabilis Benin- « casa Abbas corpus ipsius deferri faciat ad sepeliendum in supradicto Monasterio. *Arc. « XXXVIII. n. 23.*

13. ROBERTI CASTRI S. GEORGII DOMINI *ex diplomate an. 1182 Mense martii,* per quod tradidit « Monasterio S. Trinitatis Cavae totam faciem montis, qui vocatur Silicis, et propter confir- « mationem istius oblationis, et traditionis recepit a dicti Monasterii Abbate arcam unam « marmoream speciosam cum ploca una marmorea in Coemeterio praedictae cavensis Ec- « clesiae. Arc. M. I. n. 33.

14. ROGERII DOMINI TAURASIAE *ex diplomate an. 1184 mense ianuarii,* ubi ait » quoniam dum « me divina inspirante misericordia ad memoriam reducuntur corpora Domini Patris mei, « et Dominae matris meae, et aliorum antecessorum nostrorum, quae in sacratissimo Coeno- « bio S. Trinitatis Cavae requiescunt, desidero ipsi sacratissimo Coenobio servire, et obedire. « *Arc. M. L. n. 5.*

15. Ex alio *Rogerii Tricarici Comitis, et Willelmi fratris eius Comitis Casertae an. 1187 Mense septembris,* ubi dicitur « Quia praefatam Ecclesiam SS. Trinitatis Cavae, quae no- « strarum animarum mater est, et corporum praedecessorum nostrorum tutum est recepta- « culum, debemus. Arc. M. L. n. 23.

16. *Ex instrumento an. 1255 Mense maii,* ubi dicitur » Pro remedio delictorum animae Domini « ROGERII FILANGERII olim charissimi filii sui, ac Domini Nuceriae, et pro quatuor unciis « auri, quas de obitu eiusdem filii sui cavensi Monasterio S. Trinitatis, in quo eius corpus « extitit tumulatum, tribuere promiserat. In regesto Ab. Venerei I. 1. fol. 179.

In eodem coemeterio adhuc inspicitur lapis sepulcro Theodorici antipapae appositus, in quo legitur.

†
THEO
DO
RI
CUS
IN
M. PACE CII

CANTARUM dicebatur locus, seu arca vel loculus, ubi cadavera reponebantur. *Ex instr. an. 1094 A. XVI. n. 10.*

F. « La scena, in cui è situato quel famoso cenobio, è da lui (Tasso) ritratta fedelmente ne' sud- « detti versi della Gerusalemme conquistata, *Canto III, Stanza 4,* quando spiega gli avve- « nimenti istoriati nella ricca tenda, in cui Goffredo riceve Alete ed Argante, e tra gli altri « personaggi vi mostra Urbano II, ancor semplice monaco, pria che divenisse Pontefice, e « convocasse il famoso concilio di Chiaromonte » *Carmine Modestino.* DELLA DIMORA DI « T. TASSO in NAPOLI. »

Mi conservi la sua grazia. . . . e di tutti i padri della sua congregazione, ai quali sono « affezionato, per l'antica ed intrinseca dimestichezza, che io ebbi con molti di loro nel Mo- « nastero della Cava, dove, essendo fanciulletto, fui spesse volte assai accarezzato dal Padre « Pellegrino de l' Erre, che vi era Abbate, e poi dal suo successore, che fu de' Conti di Po- « tenza: la qual memoria ora è rinnovata da me tanto più volentieri, quanto ho maggiore « speranza di non trovar per l' avvenire minor cortesia ne la sua Religione.

« E le bacio le mani. Da le mie stanze di Ferrara 25 di Marzo 1584. *Lettera* (274) *di Tor- « quato Tasso a D. Angelo Grillo, Abbate cassinese, Brescia.*

Et ex alia || « Andrò un giorno a vedere questi padri di S. Benedetto, e dirò loro che io « sono l'amico del padre D. Angelo Grillo, che per suo amore ho fatto menzione particolare « di Papa Urbano, e del Monastero della Cava, ove egli tornò monaco || *Lettera* (1064) *di Tor- « quato Tasso* (senza data) a D. *Angelo Grillo Abbate. Genova.*

G. « Die dominica undecima februarii, sexta indictione; domnus Eustasius Archipresbyter Ca- « salis ructi assignavit domno Goffrido vesterario cavensis monasterii, et domno Alebrandino « Armario eiusdem monasterii bona ecclesiastica Ecclesie Sancti Angeli de Casalis ructo, « per eos decernito ad opus et fidelitatem dicti monasterii conservanda. Videlicet crucem « unam argenteam magnam, et duas cruces argenteas parvas deauratas; calicem unum et « patenam de argento deauratam; librum unum Evangeliorum, cuius tabula una est argen- « tea deaurata; candilerios duos de loctone; turibulum unum argenteum; cammisses duos « cum amictis, stolam, manipulum cum cingulis oportunis; planetam unam de Catassamito « rubeo, item planetam unam de seta, in qua depicte aves. Item planetam unam de seta que « vocatur de panno scaraficto. Item planetam unam de purpura fractam. Item pluvialem « unum de panno scaraficto. Item dalmaticam unam de seta. Item planetam unam de seta « fractam. Item planetam unam de seta nigra, tunicam unam de seta, item pannum unum « de purpura rotatum pro altari. Sindones duos, tobalias duas listatas, item tobalias duas, « item librum unum biblie de duobus voluminibus, planetas de lino quinque, et de seta tres

« et de fustanio. Camisses de lino novem, cortinas duas, omelias tres, Iustales tres, Gra-
« duales duos, Messalem unum, Epistolam Pauli unam, Eptaticum unum, in quo continetur « profetarum flos, et evangeliorum. Intefanarios duos, nocturnalem unum et alterum diei, « psalterium unum, Orationalem unum de domno Tudichi, manuale de Archipresbytero « unum, Orationalem unum, preceptores duos [1]), breviarium unum, vita patrum, dialogum « Sancti Gregorii, manuale unum, *Origo Longobardorum* [2]), manuale de domno Isaia. *Ex « regesto 1.° Dmi Thomae ab.* 1260 — 1264.

H. Multa et praeclara scripsit D. Augustinus Venereus, inter quae, opus, cui titulus; 1. *Dictionarium, seu Index alphabeticus quinque MSS tomis distinctus, in quibus innumera Tabularii monumenta summatim regessit..* cui adiecit *libros tres additionum Dictionarii*; 2. *Breve Chronicon Monasterii cavensis usque ad annum 1618*; 3. *Historiam civitatum, et Regionum Italiae eiusque populorum et Regum*: tractatur ibidem de origine et servitute Italiae; 4. *Libros tres in fol. De nobilioribus familiis tam neapolitani Regni, quam aliarum regionum.* Et alia minoris momenti, quae numquam edita sunt.

I. De MASSARA Camillus Pellegrinus in historia Princip. langob. in append. 1. lib. pag. 298. Neapoli anno 1643, haec habet « Eodem anno ad praeclarum Monasterium cavense me « contuleram. . . . idoneis chartulis refertissimum. Eas itaque, dum sedulus per biduum fere « illic manens, essem scrutatus, scrinia mihi reservante vigilantissimo, cultissimoque cu- « stode D. Camillo a Capua (Massara) in eadem sacra Aede monasticam D. Benedicti Regu- « lam professo, cuius laboriosam, eruditamque diligentiam summo nitori, nec minori fidei « adiunctam in discribendis sua manu omnibus prope modum eiusce Archivii vetustis tabu- « lis, descriptisque in plura regesta per tempora per quae classes dirigendis habent pre- « sentes, habebunt posteri multiplici eum utilitate acceptissimum.

De D.° PHILIPPO PACE. Io. Mabillonius in tom, 4. Annal: Benedictinor. pag. 317 n. 83. sic prorsus loquitur « cum fere ad hunc locum perducta esset huiusce voluminis editio, tran- « smissa est ad me per D. Erasmuam a Caieta Priorem, et Archivistam sacri Monasterii cas- « sinensis, collectio multorum instrumentorum cavensis Monasterii, cum notis historicis, et « chronologicis D. Philippi de Pace, Monachi cavensis, in quibus Cavenses nostri asserere « pergunt, Monasterii sui originem ad annum 980 esse referendam.

D. MARINUS ALBRITIUS scripsit : Chronologiam IX saeculorum desumptam ex scripturis,

---

[1]) Idest regesta diplomatum, quae et praecepta dicebantur.

[2]) Hic est Codex legum, qui initium sumit ab historica quadam narratione de origine et adventu gentium langobardarum in Italiam, sub titulo: ORIGO LONGOBARDORUM.

« et privilegiis originalibus Pontificum, Regum, Imperatorum, Principum, Comitum, Du-
« cum, Cardinalium, Episcoporum, et Archiepiscoporum servatis in praeclaro, et insigni
« Archivio, sac. monast. caven. ab anno 875 usque ad an. 1654.

URSINUS scripsit, praeter alia, *Memorie del Ramo Orsino degli antichi Conti di Sarno*: Neapoli anno 1696 in 8. apud Bensuum; *Totius Genealogiae Ursinae, quam imperfectam reliquit: et Chronicon cavense ab Ughellio editum.*

L. D. VICTORINUS MANSO opus concinnavit — 1. De Ecclesiasticis Magistralibus. Romae apud Carolum Vallietum anno 1608. 2. *De vanitate mundi deque solida hominis felicitate, explicatio Ecclesiastes Salomonis.* Florentiae ex Bibliotheca Sermatelliana, anno 1580 in 4, et iterum Coloniae Agrippinae eodem anno apud Ctoinum in 12 — 3. *Harmonia Theologica Patrum, et Scholasticorum.* Neapoli ex officina Horatii Salviani anno 1594 in 4, et rursus ibidem eodem anno apud Iacobum Carlinum, et Antoninum Pacem. 4. *Praeclara institutio de modo procedendi in causis Regularium.* ecc. Venetiis anno 1595 apud Franciscum de Franciscis.

In fine Chronici cavensis Ughelliani legitur. « D. Honorius Totus Theologus ac philoso-
« phus acutissimus, qui egregie scripsit super totam Aristotelis philosophiam in tomos tres ».

Inter sua opera praecipue adnumerantur: *Novi Aristotelis sensus reconditi paraphrasis, explanatio, coordinatio, summique eius artificii delectio, in Acromaticis tomi tres.* Neapoli apud Dominicum Montanarum 1636 in 4. variis cum figuris ad physicas demonstrationes faciendas. *Cursum philosophicum.* MS et *Conciones quadragesimales aliasque per annum.* Erat enim egregius concionator.

D. LEO MATINA emunctae naris scriptor, multa egregie opera composuit. Prae ceteris recensentur — *Unguis Elogiorum D. Leonis Matinae Parthenopaei, Academici Otiosi et affidati*; Ticini Regii apud Andream Magrum anno 1645 in 4.° *Ducalis Regiae Lararium, sive seren: Reip. Venetiae Principum omnium Icones et Elogia,* Patavii 1659. Typis Hertzianis in fol. Quod opus Octavius Boldonus, tanquam elogiographorum Archetypon proponit in sua Epigraphica. Perusiae 1669. *Elogia Heroum, idest sanctorum* Pontificum, Caesarum, Regum, ecc. Patavii anno 1674, Typis Petri Mariae Frambotti. *Dissertationes in libros Regum habitae in Patavino Gymnasio.* Patavii anno 1675. Typis Io. Bapt. Pasquati in 4. Il Bello. discorso accademico. Venetiis impressus in 16 anno 1669 Typis Cestare.

SEVERINUS BOCCIA AB ASCULO IN APULIA, cavensis Coenobii alumnus factus ann. 1637 die 29 septembr. ac deinde plurium Monasteriorum Abbas, et congregationis visitator, spectabilis admodum omnibus, sive sacris, sive humanis scientiis. Philosophia praesertim ad recentiorum placita, scholastica, moralique Theologia per solidiora principia, plurimum claruit.

Latinam item linguam aeque, ac etruscam excoluit, hancque praeclaris commentariis illustravit, nec musas utriusque idiomatis praetermisit, quas haudquaquam invitas, sed valde, propitias, et faventes expertus est. Varia ingenii sui reliquit monumenta partim impressa, partim manu exarata. Impressa sunt :

1.° *Praelatus cassinensis*. Parmae anno 1721 Typis Io. Baptistae Pescatori 4.

2.° *Il Tasso Piangente, cioè i primi tre canti del Tasso trasformati in pianti da Sincero Valdesio.* In Napoli presso Michele Monaco l' anno 1682. 8.° Valde elegans est libellus, nec minus pietatem redolens. nam in 3.° cantu Hierosolymorum amissionem amare, simulque dulciter deflet, christianosque Principes ad earumdem recuperationem hortatur. Ea autem mente Severinus, Catanae in Sicilia tunc degens, hunc libellum conscripsit, ut experimento demonstraret, quocumque italico rhythmo, quamlibet vel oppositam animi affectionem aeque exprimi posse, id, quod Academicus quidam nimis fidenter negabat. At Severinus mira facilitate promissum praestitit; sed ne hunc quidem libellum nomen suum praeferre voluit, nisi praedicto anagrammate velatum. De qua Severini lucubratione Io. Marius Crescimbenius in historia vulgaris Poeseos lib. 5 pag. 34 tale fert iudicium « Nè di minor lode « sarebbe stato degno Sincero Valdesio, se havesse condotto a fine la trasformazione dei « Canti del Tasso in pianti, e non si fosse contentato de' primi tre solamente, fatica non- « dimeno da non dispiacere a qualunque più delicato gusto.

3.° *Elogia plurium Sanctorum, ac Virorum dignitate, et doctrina illustrium, praecipue Summorum Pontificum, N. XL. ex ordine D. Benedicti, ecc.* In Roma nella stamperia di Paolo Moneta l' anno 1671.

4.° Extant adhuc in cavensi Biblio.ª eiusdem MSS. — 1. *Dizionario* ovvero *Vocabolario italiano*, tomi 5. in foglio. 2. *Grammatica italiana tomi 1 in 4.* In his porro duobus operibus plurimum temporis, ac studii insumpsit, ut quidquid ad italicam linguam exornandam pertinent, ex probatissimis Authoribus fusissime enuclearet, 3. *Philosophia secundum recentiorum placita*: quam cum Viro docto, sibique amicissimo legendam tradidisset, isque alteri nescio cui communicasset, recuperare Severinus eam numquam deinceps potuit; neque ei tantum postea superfuit otii, aut valetudinis, ut eam denuo calamo posset exprimere. 4. *Praelectiones in Genesim* per quaestiones incedendo.

5.° *Prosodia*. Multaque alia poetica, moralia, theologica, academica, et sacra conscripsit, quorum pars, sicut etiam alia opera MSS. nunc recensita, Philosophia tantum excepta, extant in Monasterio cavensi.

M. Chronologicam, seriem Abbatum cavensium, veluti historicae narrationis coronidem, hic exhibemus.

Series Abbatum SS. Trinitatis Cavae Tyrrhenorum

1. 1011-50. S. Alferius Pappacarbone a Salerno.
2. 1050-79. S. Leo, lucensis.
3. 1079-1118. S. Petrus I. Pappacarbone a Salerno.
4. 1118-24. S. Constabilis Gentilcore a Lucania.
5. 1124-41. B. Simeon.
6. 1141-46. B. Falco.
7. 1146-70. B. Marinus Capece a Neapoli.
8. 1170-94. B. Benincasa a Cava.
9. 1194-1208. B. Petrus II.
10. 1208-32. B. Balsamus.
11. 1232-55. B. Leonardus.
12. 1255-64. Thomas.
13. 1264-66. Jacobus, ob simoniam depositus.
14. 1266-68. Amicus.
15. 1268-94. B. Leo II.
16. 1294-1300. Raynaldus.
17. 1300-11. Robertus.

   1311-16. Bernardus, cuius electio a Ioanne XXII nulla fuit declarata.
18. 1316-31. Philippus de Haya, alias de Laya.
19. 1332-40. Guttardus, alias Guiczardus vel Guicziardus.
20. 1341-66. Maynerius.
21. 1366-73. Golferius.
22. 1374-83. Antonius.
23. 1383-94. Ligorius de Maiorinis a Neapoli, dein Archiep: Salerni.

Abbates Episcopi (1394-1431)

24. 1394-1407. Franciscus de Ayello vel de Aiello a Salerno, dein Archiepiscopus Barim.
25. 1407-19. Franciscus Mormilis a Neapoli, iam Episcop: sarnensis.
26. 1419-26. Sagax de Comitibus ab Urbe, iam Abbas Mon: sublacensis.

Cardinales Commendatarii (1426-97)

27. 1426-44. Angellottus de Fuscis ab Urbe, iam Episcopus anagninus.
28. 1444-65. Lodovicus Scarampus, alias de Mediarota, Patriarcha aquileiensis.
29. 1465-84. Ioannes de Aragonia Regis Ferdinandi I filius et locum tenens.
30. 1485-97. Oliverius Carafa, a Neapoli, Archiep: neapolitanus.

Abbates Congr. S. Justinae seu Cassinensis

31. 1497-98. Arsenius a Terracina.
32. 1498-99. Paulus a Mediolano I.
33. 1499-1501. Iustinus de Argenta ab Hispania.
34. 1501-1503. Vincentius de Risis a Neapoli.
35. 1503-1504. Iustinus de Argenta II.

36. 1504-1506. Michäel de Tarsia.
37. 1506-1507. Benedictus de Vincentia.
38. 1507-12. Paulus a Mediolano II.
39. 1512-17. Chrysostomus de Alessandria a Neap:
40. 1517-18. Hieronymus a Laude.
41. 1518-20. Vincentius Capriana a Mantua.
42. 1520-21. Lucas a Vercellis.
43. 1521-22. Chrysostomus de Alexandria II.
44. 1522-23. Lucas a Vercellis.
45. 1523-24. Iulianus e Ianua.
46. 1524-28. Hilarion e Mediolano.
47. 1528-33. Hieronymus de Guevara a Neap.
48. 1533-35. Andreas de Miro a Neap.
49. 1535-36. Zacharias a Placentia.
50. 1536-38. Hieronymus de Guevara II.
51. 1538-39. Ioannes Evangelista ab Aversa.
52. 1539-40. Andreas de Miro a Neap: II.
53. 1540-43. Hieronymus de Guevara III.
54. 1543-44. Sigismundus de Brixia.
55. 1544-49. Nicolaus de Punso a Cava.
56. 1549-50. Peregrinus de Mutina.
57. 1550-52. Hieronymus de Guevara IV.
58. 1553-55. Angelus de Faggio a Castro Sangri.
59. 1555-60. Bernardus de Adamo ab Aversa.
60. 1560-63. Bernardus de Jadra.
61. 1563-65. Bernardus de Adamo II.
62. 1565-67. Hadrianus a Neapoli.
63. 1567-68. Adeodatus a Valtellina.
64. 1568-70. Desiderius de Hippolytis a Brixia.
65. 1570-71. Bernardus de Adamo III.
66. 1571-72. Hieronymus Caracciolo a Neap.
67. 1572-73. Bernardus Ferraiolus.
68. 1573-74. Philippus Scannasorce a Cava.
69. 1574-75. Desiderius de Hippolytis a Brixia II.°
70. 1575. Angelus de Faggio a Castro Sangri II.°
71. 1575-77. Desiderius de Hippolytis a Brixia III.°
72. 1577-78. Eleutherius de Belluno.
73. 1578. Petrus Paulus Canosi de Senisio.
74. 1578-82. Nicolaus de Papia.
75. 1582-86. Philippus Scannasorce a Cava II.°
76. 1586. Michael Abriani de Concordia.
77. 1586-88. Tiburtius de Brixia.
78. 1588-92. Victorinus Mansus aversanus.
79. 1592. Theophilus de Mantua.

1592-93. Victorinus Mansus administrator.

80. 1593-97. Ambrosius Bastellinus a Puppio.
81. 1597-99. Zacharias Eusebio de Perusio.
82. 1599-1601. Hilarianus a Busseto.
83. 1601-1602. Gregorius Casamatta a Castro Aretino.
84. 1602-1603. Alphonsus Villagut a Neapoli.
85. 1603. Ignatius de Turturicio.
86. 1603-1606. Alexander de Pochipannis a Neap.
87. 1606. Bernardus Serafini a Perusia.
88. 1606-11. Laurentius Pacificus a Neapoli.
89. 1606-13. Alexander Rodulphus a Neapoli.
90. 1613-14. Fabianus de Lena a Mathera.
91. 1614-16. Severinus Paganus a Cilento.
92. 1616-21. Ignatius Coppola a Neapoli.
93. 1621-22. Petrus Paulus de Mauro ab Aversa.
94. 1622-27. Joseph Vulpicella a Sarno.
95. 1627-30. Angelus Grassus a Fundis.
96. 1630-33. Iulius Vecchione a Castello.
97. 1633-34. Zacharias Chiovarelli a Neap.

98. 1634-36. Sylvester Civitella a Neap.
99. 1636-40. Severinus Fusco a Castroforte.
100. 1640-42. Gregorius Lantieri a Perusia.
101. 1642-47. Victorinus Schirilli a Neapoli.
102. 1647-48. Alexander Cardito a Neapoli.
103. 1648-51. Ioseph Lomellini a Neapoli.
104. 1651-52. Victorinus Schirilli a Neapoli II°.
105. 1652-55. Ignatius Bartilotto a Cava.
106. 1656-61. Flaminius Altomari a Neapoli.
107. 1661-62. Thomas Cesarano a Neapoli.
1662-63. Ioseph de Ravenna, Prior, ad gubernandum deputatus.
108. 1663-65. Maurus Cesarini a Nola.
109. 1665-67. Honorius Scaramuzza a Venafro.
110. 1667-68. Severinus Melazza a Vigiliis.
111. 1668-70. Gregorius Ricciardetti ab Aretio.
112. 1671-77. Severinus Boccia ab Asculo.
113. 1677-82. Augustinus de Amicis a Napoli.
114. 1682-83. Dominicus de Quadra a Neapoli.
115. 1684-90. Jovita Messina a Neapoli.
116. 1690-96. Bernardus Pascha a Neapoli.
117. 1696-98. Ludovicus de Bonis a Neapoli.
118. 1698-99. Petrus Campanile a Cava.
119. 1699-1705. Archangelus Ragosa a Caieta.
120. 1705-11. Iacobus Navarretta a Neap.
121. 1711-16. Placidus del Balzo a Capua.
122. 1717-23. Ioannes Bapt. Pennese a Catana.
123. 1723-29. Maximus Albritio a Neap.
124. 1729-35. Philippus M. de Pace a Neap.
125. 1735-40. Placidus de Puzzo a Neap.
126. 1740-45. Benedictus M. Ambrosio a Neap.
127. 1745-49. Philippus M.ª de Pace a Neap. II°.
128. 1750-56. Bernardus Hodierna a Neap.
129. 1756-63. Iulius Andreas de Palma a Nola.
130. 1763-65. Petrus M. Bergarti a Lucca.
131. 1765-68. Angelus M. de Rossi a Neapoli.
132. 1768-72. Isidorus del Tufo ab Aversa.
133. 1772-78. Caietanus Dattilo a Cosentia.
134. 1778-81. Tiberius Ortiz a Neap.
135. 1781-87. Raphael Pascha a Neap.
136. 1787-93. Alpherius Mirano a Neap.
137. 1793-1801. Thomas Capomazza a Puteolis.
138. 1801-1807. Carolus Mazzacane a Salerno.
1807-18. Extincto a Gallis Monast. interrupta fuit series Abb.
139. 1818-25. Carolus Mazzacane a Salerno.
140. 1825-28. Iulius M. de Amato a Tarento.
141. 1828-29. Aloysius Bovio a Bitunto.
142. 1829-33. Eugenius M. Villaraut a Panormo.
143. 1833-40. Ioseph Cavaselice a Salerno.
144. 1840-44. Aloysius Marincola a Catacio.
145. 1844-49. Petrus Candida a Luceria.
146. 1849-58. Onuphrius Granata a Messana.
147. 1858-59. Ioseph Frisari a Vigiliis.
148. 1859. Iulius de Ruggiero a Salerno.

N. Horum Principuum liberalitatis exemplum exhibet diploma Balduini hierosol: Regis, anno 1181, quo navim Monasterii cavensis pro fratrum necessitatibus, et pro peregrinis (explendi voti causa) in partes Hierusalem navigantem ab omni *Ancoratico* iure exe-

mit, atque eidem navi Monasterii facultatem concessit emendi atque quascumque merces vendendi, nulla pro *Anchoratico* pecunia soluta. Diploma N. 27 Arc. Mag. I. Quid vero pro Anchoratici iure in Oriente solvendum esset ex documentis minime constat; et ex uno tantum Regesto Abbatis Balsami nobis innotescunt Anchoratici tributa, quae pro unaquaque navi appulsa ad Veteris portum intra Salerni sinum et Amalphiae positum, exolvebantur, quaeque hic descripta invenies — 1. De omnibus *navigiis* sive *navibus* quae perveniunt ab aqua Cytharae usque Veterim debet dare Monasterio cavensi pro *Angoragio* tam eundo quam redeundo ex uno quoque tarì IIII — II° De *Sagittis omnibus*, quae perveniunt ab eadem aqua Cythara usque Veterim debet dare eidem Monasterio, tam in eundo, quam in redeundo tarì II, videlicet *Caietanorum*, *Salernitanorum*, *Neapolitanorum*, *Sirrentinorum*, *et Amalphitanorum* — III. De *navigiis* quae honerentur mercimoniis ab ipsa aqua usque Veterim et emunt nucellas, castaneas, lignamina, poma, vel alia per Casalia Monasterii, debent dare eidem Monasterio Sol. tarenorum. VII.° *Navigia* huius Regni vel Siciliae debent dare ana tarì XII. IV Parva vescella undecumque sint, de beat dare de unaquaque uncia si emunt caricum ana tarì I. — V. Si Gaetani vel Isquisani voluerint se apud Veterim concordari de carico cum portulano et voluerint dare XII tarì vel de unaquaque uncia tarì I, possunt bene facere — VI° Si aliquid *Vascellum Neapolitanorum* venerit ab aliqua contrata et voluerit deonerare caricum ab aqua Cytharae usque Veterim et vendet illud, si eorum est, debent dare tarì X — VIII° Si vero *Syrrentinorum* et *Amalphitanorum* debent dare tarì VIII — VIII° — Si vero Gaietanorum debent dare tarì XII; si est *Pisanorum* vel *Ianuensium* aut extra Regnum, sol VI, qualecumque *vascellnm* sit a septem Collis supra IX. Si vero est *Romanorum* debent dare Sol VI. Si autem est *vascellum parvum* a sex collis infra, de quolibet collo debet dare tarì II. — X.° *Scalenses vel Ravellenses* si deferunt aliqua mercimonia et ea volunt dehonerare ab aqua Cytharae usque Veterim de quolibet collo debent dare tarì II — XI.° Et si deferunt ab *Apulia* cum sumeriis aliqua mercimonia et ea per mare a Veteri volunt transmittere debent dare pro unoquoque Sumerio tarì I — XII.° Si aliquod *Vascellum* pervenerit in praedicto loco a *Sicilia* vel *Calabria*, tam pro eundo quam pro redendo debent dare pro falangaggio tarì II — XIII.° Si autem defert mercimonia et vendit in praedicto toco tam in eundo debent dare tarì XII — *Regest. D. Balsami Abb. An. 1222 — 1225 — fol 18 Arca. Magna N. XXXVII.*

Quae autem fuerit navium frequentia in portu Veteris a Duce Rogerio Monasterio concessa sub anno 1085. patet ex ipsius locatione facta saeculo XIII per sex uncias auri. *Reg. D. Balsami Abbatis n. XXXIX* — Posterioribus vero saeculis XIV et XV locatus fuit

per ducatos 28 annuatim — *Ex Regesto D. Ioannis Cardinalis de Aragonia.* tom. II. Portus vero hic Veteris civitatis, hodie *Vietri sul mare*, alienatus fuit inter alia bona a Monasterio circa XV. saeculi finem, pro mensa constituenda Episcopo cavensi.

O. Amalphitani remotionibus saeculis inter mercatores facile principes huc renavigantes, e portubus Orientis inferebant celebrata Damasci arma, byssum ac praecipue seras telas, aliaque huiusmodi; et illuc ex Italiae provinciis deportabant peregrinas merces, quas *Oriens non noverat* ut ait Guiliel. Archiep. tyriens. in suo opere DE BELLO SACRO.

P. Haec me scribentem convenit Marchio Antonius Cavaselice, e necessariis meis vetustissimus, qui, uti me de Codice edendo locutum in proposito retineret, litteras se missurum promisit, quas Carolus Troya anno millesimo octingentesimo quadragesimo secundo, ad fratrem eius D. Benedictum Cavaselice, tunc Tabularii praefectum, scripserat. Tanti pretii documentum inter adnotationes edere constitui, instinctus cum auctoritate scriptoris, tum memoria sodalis carissimi, qui plerisque abhinc annis vita defunctus, opus quod mente volvebat minime aggredi potuit.

Mio rispettabilissimo P. D. Benedetto

Ottimo divisamento è il vostro di voler dare alla luce la Cronica del vostro Monastero, scritta dal de Blasi, che ottenne sì gran rinomanza per la sua Serie dei Principi Longobardi di Salerno « *Fosse piaciuto a Dio* (scriveva il Muratori nel pubblicare le vite dei primi Abati Cavensi) *fosse piaciuto a Dio che tutte le più illustri Badie ci avessero tramandate ciascuna la sua Storia!* Fra le più illustri è certamente la SS. Trinità della Cava: e voi successore del dotto de Blasi nel custodirne l'Archivio, non potete meglio rispondere ai desiderii del gran Muratori, che facendo al pubblico il caro dono dei lavori fatti su quelle pergamene. Quanta utilità per la storia degli ultimi anni della dominazione longobarda in Salerno! E per la storia dei Normanni! Quanta eziandio per la topografia d'alcune provincie del nostro Regno! Ma la vostra impresa non è che la preparazione al più vasto disegno da voi formato di stampare i più notabili monumenti, onde è ricco il vostro Archivio, Longobardi, Normanni, Saraceni e Greci. La vostra raccolta non cederà in pregio ad alcuna delle fin qui divulgate in Italia da un Muratori, un Lupi, da un Fumagalli, da un Fantuzzi e da tanti altri, fra i quali non si vogliono dimenticare i nomi più recenti di quelli che attendono sì lodevolmente alla stampa delle Carte di Lucca e del Piemonte. Quelle

di Salerno contenute nell'Archivio Cavense avranno anzi per molti rispetti un valore maggiore che non le altre di molti Archivii d' Italia, perchè tali carte appartengono a paesi posti su i confini della dominazione Longobarda e della Romana, le quali si vogliono con particolarissima cura studiare.

Coraggio adunque, mio caro P. D. Benedetto. Il sangue degli antichi *Adelingi* ed Ottimati Longobardi, che scorre nelle vostre vene, deve confortarvi nel vostro proponimento. Se i vostri Maggiori, i Guaiferii, i Gisulfi ed i Landoarii Cavaselice, non seppero cercare fuori della spada la gloria, voi mercè le vostre letterarie fatiche, quando le avrete condotte al termine, otterrete una più durevole fama. Già da gran tempo egli è proprietà dei Benedettini d'illustrarsi con simili fatiche. I solitarii di Montecassino, di Bobbio, di Farfa, di Monte Amiata e della Cava conservarono il sapere antico fra le domestiche mura; propagarono indi la luce delle lettere per tutta Europa. I Mabillon, i Quinert, i Montfaucon e la Scuola immortale de' Maurini furono grandissimi promotori della scienza, e però insigni benefattori dell'odierna Civiltà. Dai Maurini uscirono i D. Bouquet e gli altri autori della celebratissima raccolta degli « *Scriptores Rerum Francicarum et Gallicarum*, fino a D. Brial, ultimo dei Maurini di Francia. Nè meno utili furono i Benedettini di Germania, dei quali ricorderò solo il Meichelbech, il Pez, e l' Abate Gotwiceuse, nonchè Martino Gerberto Abate di S. Biagio della Selva Nera, ove scorgevasi non ha guari tempo la insigne Stamperia, che divulgava le opere di lui e dei suoi discepoli Ussermann e Neugart. La rivoluzione pose fine a lavori sì nobili; ma o in quelle medesime contrade o nelle vicine la fortuna e gli studii dei Benedettini risorgono. Invano la dottrina dello scetticismo storico tentò di vilipendere i loro Archivii, quasi o nulla o poco vi si contenesse di vero: dottrina propagata in Francia dagli Arduini e da' Germon, tuttochè dottissimi, e poscia penetrata nel nostro regno, in grazia della quale i Sarno, i Cestari ed i Meo aspirarono sovente alla riputazione di riformatori della patria storia.

Ma il secolo decimonono va tuttogiorno in una contraria sentenza, e da per ogni dove in Europa si cercano ansiosamente le reliquie delle carte dei Benedettini. La splendida raccolta che il Pertz va pubblicando in Hannover dei *Monumenti della Germània*, è una prova novella che la Storia del Medio-Evo non avrebbe potuto avere i suoi cominciamenti e non potrebbe oggi sussistere senza gli Archivii, già tanto altra volta calunniati, dei Benedettini e massimamente di quei di Montecassino e della Cava. E però non pochi dei *Monumenti* del Pertz sono tratti da questi due ultimi. E mi gode l' animo di udire onorevolmente ricordato dall' Autore il nome del Reverendissimo vostro P. Abate Marincola, sì come quello di colui che ha giovato non poco alle ricerche del Pertz. — Sotto gli auspicii di un tale Abate voi non fallirete, mio caro P. D. Benedetto, di condurre a buon fine la vostra impresa. La lode

sarà comune ad entrambi. E così possa il Rmo P. Ab. Marincola stabilire nel suo Monastero una Stamperia per la pubblicazione di tutti i Documenti Cavensi! Allora la vostra Badia della SS. Trinità non avrà che invidiare a quella di S. Biagio della Selva Nera ed all'altra di S. Ambrogio de' Cisterciesi di Milano, dalla quale uscirono in luce importantissimi libri, per opera principalmente dell' Abate Fumagalli — I miei rispetti al Rmo. P. Ab. Marincola, ed i miei più sinceri ed amichevoli augurii a Voi per la buona riuscita della vostra impresa. Coraggio, vi ripeto, coraggio! Credetemi con tutta sincerità pieno di amicizia e di stima

Napoli 14 del 1842

Dev.° obb.° Servo vero ed Amico

Carlo Troya

Al P. D. Bendetto Cavaselice Archivista della SS. Trinità di Cava.

Per copia conforme all'originale lettera, che si conserva nell'Archivio di mia famiglia, e da me oggi stesso comunicato al P. Morcaldi.

Napoli 22 maggio 1872.

Marchese Antonio Cavaselice

TABULA CHRONOLOGICA

PRINCIPUM QUI LANGOBARDORUM TEMPORE

SALERNI IMPERARUNT

A

SICONOLFO AD ROBERTUM DUCEM

EX VETUSTIS

TABULARII CAVENSIS MEMBRANIS

EXCERPTA ET CONCINNATA

a Clarissimo viro D. SALVATORE DE BLASIO Abb. Cassinensi

ADDITIS

PLUTEORUM NUMERIS IN QUIBUS CITATAE CHARTAE

SERVANTUR

BREVE CHRONICON

PRINCIPUM SALERNI

AB ANNO 840 AD ANNUM 1077

chronologicis notis Tabulae Blasianae accomodatum

A. C.		
840.	SICONOLFUS	e Tarento, ubi exul per septennium fuerat, aufugiens primus Salerni Princeps constituitur. Ipsoque anno 849, quo inita iam sub annis 843-844 divisio cum principe beneventano Radelchi solemniter firmabatur ab imperatore Ludovico, moritur; ac filium suum Siconem Petri tutelae creditum successorem ac haeredem relinquit.
849.	SICO	a Decembri dicti anni principatum sumit.
[1]) *Pozzolano* territorium in agro Nucerino.

V.

A. D. 803.

† In nomine domini sextudecimo anno deo propitio principatu domni nostri vir gloriosissimi grimualdi eximius et magno principe dei prebidentia langubardorum gentis mense nobembrio per indictione duodecima. ideo que ego lopolo filius quondam alerissi benumdabit tibi leoni filio quondam aliperti terra mea cum arbusto bitatu in locum qui bocatur terentinola; et ipsa mea binditio abentes fine de uno latere fine roppolli, de uno capu fine leoni quomo metia sepe decerne, de alio bero latere fine audaccari et de capu fine bia: infra iste suprascripte fini mihi qui supra binditori neque ad alios homine nihil reserbabit portione, set in integrum tibi qui supra benumdabit ad possidendum. hunde accepi pretio ego suprascripto binditor a te emtores meo aurum benebentanum solido numero uno et medio solido, fenitum bero pretio, ud a presente dies abea et possedeas tam tu qui supra quam et tuis eredibus, et oc repromicto ego suprascripto binditor et meis eredibus hobligo tibi qui supra bel ad tuis eredibus de ista mea binditione ab omnes homine inantestare et defendere; quit sit menime inantestare potuerimus aut sit nos ipsit forsitans per quolibet ingenio retornare quesierimus, duplo pretio nos bobit conponere promictemu, oc est solidi numero trex; et insuper quod ipsa nostra binditio aput bos remelioratus fuere sub estematione pretio nos bobit restaurare placitamus et cartula vinditionis ud supra firma permanea. te milianu notarium scribere rogabit. acto rota in atrio sancte marie mense et indictione suprascripta feliciter.

signum manus suprascripti lupuli qui anc cartula vinditionis scribere rogabit

† ego sarracinu filiu rianici me teste subscripsi

† ego teudelaupo filio willuli me teste

† ego ranfo me teste subscripsi

† ego aldemari filius maiorissi teste sum

† ego decebele filio pertoaldi me teste

† ego iacobus notarius teste sum

† ego trasari me teste subscripsi

† ego iohannaci notario rogato a suprascripto me teste subscribsi.

VI.

A. D. 816.

† In nomine domini undecimo anno deo propitium principatum domni grimualdi beneventane provincie princeps, mense octubrius decima indictione. ideo que ego roppolo filius quondam tremodi benumdabi tibi boni clerico et filio gaidelli terra mea bacua locum qui bocatur at pesclu [1]; abente fine ista mea benditio de uno latere fine de fili radiperti, de uno capite fine terra da fine terra domneca, de alio latere fine pesclu, de supto capite cumiuntum est at terra tua qui supra boni, set intra isto clausum, sicut supra fini posite sunt, metietatem tibi qui supra boni benumdedi possidendum una cum bece de bia sua et ipsam alia metiotatem at meam reserbabi potestatem, set unde pro anc meam benditionem recepi ego binditor a te hemtori meum auru figuratum quactuor tremissi et tres denari, fenito me dico abere totum pretium, ud a presentes dies abeas et possedeas istam meam benditionem tam tu qui supra boni quam et tuis eredibus, et oc repromicto ego iamdicto binditor et obligo meipso et meis eredibus tibi qui supra boni quam at tuis eredibus ab omnes hominem inantestarem et defendere promictemus ista mea benditio. et quit si nos vobis defensarem non potuerimus, aut per nos ipsi per quolibet ingenium retornarem quesierimus, duplum pretium nos vobis cumponere promictemus, oc est soledi beneventani numero tres; et insuper quod ista nostra benditio aput vos remelioratam fuerit, sub estimatione pretii in duplum nos vobis restituamus et anc cartula benditionis ut supra sit firma. et te landepertum notarium scribere rogabit. actum salerno mense indictione feliciter † signum manus suprascripti roppuli qui an cartula benditionis ut supra me scribere rogabet.

† ego lanfrid filius landepert me teste subscripsi

† ego landefrid filius landeperti me teste subscripsi

† ego leo me teste subscripsi

† ego ucpertu presbiter me teste

† ego scamperissi filius luperissi teste me subscripsi

† ego prandolo me teste subscripsi

† ego aceprando filius raciperti me teste subscripsi

† ego lopo

---

[1]) *Pesclu*, vel *Piesco* vulgari eloquio, sonat *petra*: *al Pescli* idem ac italice *alla Pietra*, latine ad Petram.

† ego carozzio clerico me teste subscripsi

† signum benedicti filii tolomei rispolo et brandolo fili pauli ladolo filii maiuni iuhanne filii domneca . . . . ermecasti mauretano filii domnirisi.

VII.

A. D. 818.

† In nomine domini secundo anno principatum domnis nostri siconi princeps beneventane provincie mense augustum undecima indictione. ideo que ego leo filius quondam piperati venumdabi tibi rattuli filius quondam ferrandi terra et vinea cum ortale unu teniente in locum qui dicitur at sanctus felix abentes fines de unu latum fine iohanni et fine lupi et leoni et cum tuo coniuntum est. infra isto clausus per dexignatas fines totum in integrum tibi qui supra venumdedi possidendum; unde accepi pretium a te hemptores meos aurum beneventanum solidos numero octo, fenitum bero pretium, ut a presentes dies abea et possedea tam tu qui supra et tuis heredibus; unde repromicto me suprascriptum venditorem et meos heredes conligo tibi qui supra et tuis heredibus, de ista mea venditione ab omnis homine defensare. quit si non potuerimus aut si per nos ipsis per quolivet ingenium retornare quesierimus, duplo pretium nos vobis conponere spondimus, hoc est solidi sideci, et insuper quantu aput vos remelioratus fuerit sub estemationem pretii restituamus vobis, et te aceprandus notarius scribere rogabit, sit firme. acto salerni mense indictione feliciter.

† signum manus suprascripti leoni qui hanch cartula scribere rogabit.

† ego iobanne subscripsi

† leo

† ego gaidoald presbiter teste subscripsi

† ego landefrid notarius teste subscripsi

† ego rodoaldo me teste subscripsi

† ego iubene diacunu teste subscripsi

† ego landepertus notarius teste me subscripsi.

VIII.

A. D. 819.

† In nomine domini annu secundu domni nostri siconi sumo princeps langubardorum gentis mense aprile duodecima indictione. ideo que ego godini filius quondam sicundi abitatore arbitana finibus vinundedi tivi iubeni filio quondam florentii terra mea quem abeo ad anzanu, qui coiuntu est de uno latu cum terra sarracini et de uno capu fini terra bonerissi serbi iohanni, et de alio latu coiuntu cum terra luperissi et de alio capu fini terra de sancta sofia. intra suprascripte finis mihi qui supra vinditori neque ad alio homine nihil reserbavi portione, set tivi in integru binundedi possidendum; hunde pro ipsa mea benditione recepi pretiu ego qui supra vindito a te emptori meo auri tremissi quinque, fenitu abeo pretiu, a presentis die abea et possedea tan tu qui supra quam tui heredibus et repromitto ego ipse bindito, hobligo me et mei heredibus tivi suprascripti iubeni et a tui heredibus ipsa mea benditio ab omne homine inantestare et defendere. qui si vovi minime inantestare potuerimus aut si nos ipsi per cohibet ingenio retornare quesierimus, conponere promitemus nos bovi duplu pretiu, ho sunt tremissi dece; et insuper cot apos bos remilioratus fueri sub istimatione pretiu nos vovi restaurare placitamus, et de culludio nos bovi satisfacimu per sagramentu et cartula benditionis in suprascripta ratione si firma. sicu te leone notarium tali tinore scribere rogavi. actu sarno locu barbatianu mensi indictione suprascripta feliciter.

† signu manus godini vinditori qui an cartulam flere rogavit

† ego godini filius silbestri teste subscripsi

† ego leo filio lisaccuni me teste sum

† signu manus auceliuni filii liusprandi et ursoaldo filii godiperti, ermemari filii raciperti, antiperto filii gemoaldi testes.

IX.

A. D. 821.

† In nomine domini in anno quinto intrante in dei nomine principatu domni nostri viri gloriosissimi siconi magno princeps beneventane provincie mense iuliu quartadecima indictione. ideo que Ego sindolo filius quondam tremodi benumdo tibi boni clerico filio gaedelli terra cum biniola et cum arboribus in locum qui dicitur ad monte, habente fine de uno latu fine roppuli como petre ficte sunt; de capite fine bertari media sepe discerni; de alio capu fine leuni sculdais; de alia parte coniuntum est ad fine tua qui supra boni, quem ego ipse tibi de antea datum aboit: henfra isto claoso, sicut supra fini posite sunt, nec mihi suprascripti sinduli neque ad nullo alius homine non reserbabi, nisi totum in integru cum bece de bia sua tibi qui supra benumdo possidendum. hunde pro hanch mea benditione presente accepi pretiu ego suprascriptus benditor ad te hemptore meum aorum beneventanum tremissi dui, fenitu bero pretiu, da presente die abeas et possedeas tan tu qui supra boni quam et tuis heredibus, et hoc repromicto ego suprascripto sindolo benditor et meis heredibus conligo tibi qui supra vel ad tuis heredibus ista nostra benditione ab omnis homine defensare promictemus. quid si non potuerimus et si nos ipsi forsitans per quolivet ingeniu retornare quesierimus, duplo pretiu nos vobi conponere spondemus, hoc est aoru beneventano tremissi quattuor, et in quantu aput vos inmelioratu foere, sub estematione pretii in duplo restituemus vobi et de colludio vobi iuremus. et te ursum notarium taliter scribere rogabi. actum salernum in natalitia sancti salbaturi mense et indictione suprascripta feliciter — † signum manus suprascripti sinduli qui han cartulam benditionis scribere rogabet.

† ego caremanno filio samboli me teste subscripsi

† ego ursu mediqu me teste subscripsi

signum manus benedicti filii tolomei et ladoli filii maiuni testi

signum manus galiopi filii raciperti et aldulli filii aldirisi, blanculi filii cuniperti, risperti et branduli filii paoli testi

signum manus aldiperti filii tremodi.

X.

A. D. 821.

Vetustate penitus abrasa haec carta, vix potest huiusmodi summarium exhiberi.

« † Anno secundo Imperii domni Michaelis, mense Aprili Indictione quarta. [1])

« Quidam Kaloleo habitator Luceriae declarat coram iudice Benedicto se possidere Eccle-
« siae S. Michaelis et hortalis eidem Ecclesiae coniuncti partem, quam a genitore suo Ioanne
« recepit, eamque tribus solidis sotericis seu constantinianis vendit cuidam Potoni filio Poterissi.

— *Finis textus* — Que te maderico clerico et notario han cartulam venditionis hascribere rogabimus qui et interfuit. Actum in civitate lucerie indictione feliciter.

† ego qui supra benedicto iudice

† ego poto teste

† ego trupoaldo teste.

XI.

A. D. 821.

† In nomine domini Secundo anno imperii domno michahil, Mense octubri Undecima indictione.[2]) Memoratorium factum a me domno arnaldo diacono et sum priores in ecclesia sancti iacobi apostoli clarefacimus nos, quia coniunsimus per bona conbenientia cum aldemari filio polcari coram presentia domno iohanne magnifico iudice et aliorumque subscriptorum testium et per bona convenientia dedit et tradidit nobis tota et integra ipsa terra, que est in locum qui dicitur gruzano da ista pars et da illa quantum nobis pertinet per lege per hec finis et mensure, quomodo nobis illa consignavit. De prima vero pars, quod est fine ipsa terra de falco filio petri et quomodo salit de termine in termine sunt passi sexcenti quadraginta et nobe: de secunda vero pars quod ea[3]) fine de ipse terre bacue (*deest nomen*) inde sunt passi, quomodo pergitur de termine in termine

---

[1]) Lege *decima quarta* Indictione, qualis hoc mense recurrebat.

[2]) Indictio errata a notario; lege *decima quinta*.

[3]) *Ea*, scilicet *est a*.

ulter ipso gruzano[1]) usque in ipso vallano[2]) de sancto barbato, quattuorcenti septuaginta et sex: de tertia pars, quod est a fine quomodo descendit ipso ballone de sancto barbato et coniungit se cum ipso gruzano que non est ad passo mensurato, set omni tempore per ipso iamdicto ballone ista fine vocatur et coniunta est usque in prima fine. Tali quidem hordinem dedit et tradidit nobis ipsa iam supradicta terra, ut nos nominato arnaldo diacono ibidem faciamus Cum deo auxilio beneficio, et qualiscumque beneficium ibidem facimus, at cunctis diebus vite mee dominemus illum in nostra potestate et in nostro arbitrio absque omni incenso; et qualiscumque tempore ad me arnaldo diacono deus de isto mundo vocaverit, ut tale beneficium quod post meum obitum inventum fuerit in ipsa hereditate, quod supra declarabimus, ut recipiat prenominato aldemari ipsa medietate aut heius heredes absque omni intentione, et ipsa reliqua medietate de ipso beneficio et de ipse terre remaneat in nostra potestate ad faciendum omnia quod mea fuerit voluntate. Et in ista supradicta conbenientia taliter fecit nobis plaitum, ut da ipso locum, qui dicitur palmule et usque in ipso gruzano ubicumque invenire potuerimus terre et usque in ipso flubio salsula quod ad ipso prenominato aldemari pertinet per lex, ut similiter siad in nostra potestate sicut et istum beneficium, quod supra declarabimus. Unde guadia nobis dedit ipso prenominato aldemari et mediatorem nobis posuit petrus filius romaldi, et obligavit se nobis, vel cui istum brebe in manu paruerit in vice nostra ille nominato aldemari et suos heredes, ut si taliter nobis, quomodo superius diximus, per hordine adimplere noluerit et aliqua intentione nobiscum excitare voluerit tollendum illum de nostra virtute aut dominatione, excepto ipsa supradicta medietate quod supra declarabimus, set ipsa nostra medietate ab omnibus hominibus ab omnique partibus antistare et defendere debeat illa nobis, per inbitis Obligavit se nobis vel suos heredes componere centum quinquaginta aurei solidi et ipsa iamdicta conbenientia omni tempore firma et stabile permanea in eadem guadia et per districtum ipsum mediatorem, qui tribuit nobis ad pignerandum omnia sua pignera, tandiu donec per inbitis adimpleat nobis omnia, quod superius diximus. Quam te iohannes diaconus et notarius hanc cartam conbenientie scribere rogabimus, qui et interfuisti, Actum intra luceriam indictione feliciter.

† ego iohanne iudex

† ego rofrida teste.

[1]) *Gruzano*, et infra *Palmule* et *Salsula* (flumen) in pertinentiis Luceriae.

[2]) *Vallano* vel *vallone*; haec vox vulgaris eloquii idem sonat ac *vallis*.

XII.

A. D. 822.

† In nomine domini annus sextu domni nostri vir precellentissimus siconi principe dei previdentia veneventane provincie princepis, mens nobember prima indictione. Ideo que ego lupo filius quondam iohanni avitator noceria vinumdedi vovis idest palumbi et mauri et leoni germani et filii quondam selberami terra mea qui est castanietu et insetitum, quem abeo da arnuliu in locum agella; abet fine de unu latu fine ribus et de unu capu abet fine terra qui conigitur [1]) et de alio latu abet fine terra bestra qui supra germani et pauliperti, et de alio capu de super fine ipse casine. intra iste suprascripte fini tertia exinde vovis vinumdedi; honde de ipsa tertia nec mihi nec ad alio homine nihil reservavi sortione, set totum in integru bovis qui supra vinumdedi possidendum cum bece de via sua, honde nos andavimus et bos exinde introire debeatis in ipsa mea vinditione. honde pro suprascripta meam vinditionem de presente recepit pretiu ego suprascriptus vinditor ab bos qui supra auri figuratu solidi numero hocto, fenitu exinde abeo totum pretium, ut a presente dies abea et possideas bos et eredes bestri, et hoc repromitto ego suprascriptus vinditor et sic obligo me et meis eredibus vovis qui supra germanis quam et a bestris eredibus de suprascripta mea vinditione ab omnis homine inantistare et defendere promittemus ; et qui sit memine nos vovis inantistare potuerimus, aut si forsitans per colibet ingeniu retornare boluerimus, duplo pretiu nos vovis conponere promittemus, hoc sunt sidici solidi; et insuper cot fuere ipsa suprascripta mea vinditio aput bos remelioratus aut supra factu edificiu, sup estimatione pretiu nos vovis restituamus, et de coludio nos vovis satisfaciamus per sagramenta et cartula vinditionis in suprascripta ratione sit firma. rogimus [2]) te leo notarium in tale tinore scribere. Actum noceria mense indictione suprascripta feliciter — signum manus suprascripti lupi vinditoris qui in an cartulam vinditionis fierit rogavit.

† ego gentile becedominus me teste subscripsi

† ego dacuperto filio dacherisi teste subscripsi

† ego pepino filio maioris me teste subscripsi

† EGO LEOPARDO ME TESTE S̄Ū

† ego filicerni clerico me teste subscripsi

† ego lupo filio filecaidi me teste subscripsi

---

[1]) *Qui conigitur*, idest *cui coniungitur*.

[2]) *Rogimus*, pro *rogamus*.

† ego lupus filio gentili teste subscripsi

† signum manus ursi miri sexti filii leonis et fridichisi filii . . . .

XIII.

A. D. 823.

† In nomine domini in annu septimu principatu domni nostri siconi magni principe venebentane provincie, mense agustu prima indictione. ideo que ego martino filius quondam forti et maio filius eius vinumdabo tive boneperti filio alfani terram nostra cum vinia in locu qui nominatur laniu, qui est de unu capu fine varbaci, de alio capu fine cattiuni, de unu latu fine via publica, de aliu latu fine aiuli; ipsu suprascriptu clausu infra predicte fini in integrum tive vinumdavimus; unde nec novis nec ad alios homine non dicimus remanere portione, set in integrum tive binumdavimus. unde pro anc nostra vinditione accepimus a te qui supra pretiu auru venebentano solidi numero quattuor et duis trimissi: finitum nos dicimus abere totum pretiu, ut a presentis die abea et possedea tu qui supra boneperti etia et tuis eredibus; et oc repromictemus nos vinditores, et obligamus nos et nostris eredibus tive qui supra et at tuis eredibus de ipsa nostra vinditione nos vovis ab omnis homine inantistare et defendere; et si non potuerimus aut per nos ipsi per quavis ingeniu retornare quesierimus, in duplum vovis conponere promictemus pretiu auru solidi nove et unu tremesse, et quod remelioratu fueri, sub stematione pretiu restaorare promictemus et cartula ista manea firme, et sicut te hisoald notarium scribere rogavi. actu salernu mense et indictione suprascripta feliciter. signum manus suprascripti vinditori qui anc cartulam scribere rogavimus.

† ego warniperto filio arnuni me subscripsi

† ego rodeperto filio arnuni me teste subscripsi

† ego faremanno presbiter me teste subscripsi

† ego teoprandus presbiter me teste subscripsi

signum ursi filii rodorici et lupini filii corbuli

† EGO ARNIPERTO ME

XIV.

A. D. 824.

† In nomine domini annu septimu domni nostri vir precellentissimus siconi principe dei previdentia beneventane provincie princeps mense ienoario secunda indictione. Ideo que ego probato filius quondam ademari vinumdedi tivi ermemari filio quondam ursi terra mea qui est arbustu et vitatu, quem abeo in noceria propiu nobara: abet fine de unu latu fine terra nandi, et de unu capu abet fine terra aceprandi germanus tuo, et de alio latu fine terra tua qui supra, et de alio capu abet fine terra mea qui supra vinditor, et mensura in latitudine passi duodici et cubita dua; et ipsa mensura facta est at passu meu qui supra vinditor. intra iste suprascripte fini et comodo mensura decerne, honde nec mihi qui supra vinditor nec ad alio homine nihil reservavit sortione, set totum in integrum tivi qui supra vinumdedi possidendum sceptu bece de via que in mea reserbo potestate et de nepotis mei ad andandum. honde pro suprascripta mea vinditione de presente recepit pretiu ego suprascriptus vinditor a te qui supra auri figuratum solidi numero septe et duo tremissi, fenitu exinde abeo totum pretiu; ut a presente dies abea et possideas tu et erede tuo, et hoc repromitto ego suprascripto probato vinditor; et sic obligo me et meis eredibus tivi predicti ermemari quam et a tuis eredibus de suprascripta vinditione ab omnis homine inantistare et defendere promittemus. et qui sit menime nos vovis inantistare potuerimus, aut sit forsitans per colibet ingenium retornare boluerimus, duplu pretiu nos vovis conponere promittemus, hoc sunt quindici solidi et uno tremisse; et insuper cot fuere ipsa suprascripta vinditio aput bos remilioratus aut supra factu edificiu, sup stimatione pretiu nos vovis restituamus et de coludio nos vovis satisfaciamus per sagramenta, et cartula vinditionis in suprascripta ratione sit firma. rogimus te leo notarium in tale tinore scribere. Actum sarno ad ipsu mercatu at tostatiu [1]) mense indictione suprascripta feliciter. signum manus suprascripti probati vinditoris qui in an cartulam vinditionis flerit rogavit.

† ego godelperto filiu liusperti teste subscripsi
† ego quarniperto teste subscripsi
† ego raudipertu teste subscripsi
† ego ursu filio anescausi teste subscripsi
† ego walfreda filia anescausi teste subscripsi

---

[1]) *Tostatiu* locus ubi furni publici erant, a voce *Tosta*, panis tostus, ut in Gloss: *Du Cange*.

† ego teodici teste subscripsi
† ego qualcari teste subscripsi
signum manus pauli filii sindoni et tindeperti filii protuli testes
signum manus cattiuni filii godescalci testes.

XV.

A. D. 826.

† In nomine domini nonu anno principatu domni nostri siconi magnu princepe mensi magio quarta indictione. Ideo que ego lupo filius pardoli avitator noceria vinudedi vovis idest palumbi et mauri et leoni germani filii selberami due sortione mea de terra qui est locilletu [1]) et urtatu, quem abeo in locu agella; ipsa una pectia qui est nocilletu abet fine de unu latu et de unu capu abet fine terra tua qui supra, et de alio latu abet fine terra domnerisi, et de alio capu de supto abet fine terra alderissi ; et ipsam alia pettia qui est vitatu, quem abeo ubi dicitur at pettiola . . . . abet fine de unu latu fine terra ursi, et de alio capu abet fine terra bestra qui supra, et de alio latu abet fine terra domnerissi, et de alio capu abet fine ipsu pratu domnicum. intra iste suprascripte finis de ipse due pectiole ubi de mihi at bennere [2]) sortione de mea sortione nec mihi nec a germanus meus nomine barontio nec ad alio homine nihil reservavit sortione, set totu in integrum . . . . . vovis qui supra ipsa sortione mea vinudedi possidendum hondo pro anc vinditionem de presente recepit pretiu ego suprascriptus vinditor a bos qui supra auri figuratu solidi numero tres et duo tremissi, fenitu exinde abeo totu pretiu, ut a presente dies abea et possidea bos et filii bestri; eam ratione obligo me et meis eredibus vovis predicti palumbi et mauri et leoni bel a bestris eredibus de suprascripta vinditione ab omnis homine inantistare et defendere promittemus. et qui sit menime nos vovis inantistare potuerimus aut sit forsitans per colibet ingenium retornare boluerimus, duplo pretiu nos vovis conponere promittemus, hoc sunt septe solidi et unu tremisse; et insuper cot fuere ipsa vinditio aput bos remelioratus aut supra factu edificio, sup stimatione pretiu nos vovis restituamus, et de coludio nos vovis

---

[1]) *Locilletu* pro nocilletu.

[2]) *Bennere* idest vendere : vernacula vox.

satisfaciamus per sagramenta, et cartula vinditionis in suprascripta ratione sit firma. rogimus te leo notarium tali tinore scribere: Actum noceria mense indictione suprascripta feliciter.

signum manus suprascripti lupi vinditoris qui in an cartula vinditionis flerit rogavit.

† ego ilprandus presbiter me subscripsi

† ego gaido filio gaidemari teste subscripsi

† ego landemari diacono teste

† ego totelprando filio leoni teste subscripsi

† ego dacuperto filio dacherisi teste subscripsi

† ego lupo filio filecaidi me teste subscribsi

† ego ursu filio ildirisi me teste subscripsi

† ego domniperto filio domnini me teste

† ego quala teste subscripsi

† ego reodoaldo teste subscripsi

† EGO LEOPARDO ME TESTE SU—

† ego autecari me teste subscripsi.

XVI.

A. D. 835.

† In nomine domini quinto anno principatus domni nostri sichardi dei previdentia beneventane provincie princeps mense magio quartadecima indictione. ideo que ego willus filius quondam luperissi qui sum havitator nuceria vindedi tivi leoni filio selberami terra mea qui est corte quem habeo in ipso locum : . . . . . . habent finis de uno latu fine terra raduli, et de uno capu fine terra tua qui supra leo, et de alio latu fine terra mea qui supra vinditor et gisuli fratri meum, sicut parietes et tabolatum decerne . . . . casa nostra, et de alio capu fine via et a mensura per longu passi sex et pede unu et per largum passi tres et gubitu unu ad ipsa mensura ad passu iohanni filii secundi: infra hec predicte finis et quomodo ipsa mensura dicta est nec mihi qui supra vinditor nec ad alteris homine nihil remansit portionem, set tivi suprascripto in integrum vindedi possidendum una cum . . . . et una cum inferioribus et superiusque suo. unde pro suprascripta mea venditione recepit pretium a te suprascripto leone emptore meum auro beneventano solidum unu, finitu vero pretium eam rationem, ut ammodo

et semper tus et heredes tuis predicta mea vinditione in integrum habere et possidere valeatis; et unde me repromittos et heredes meos conligamus tivi suprascripto leoni et at tuis heredibus exinde ab omnes homine inantistare et defendere. quid si menime nos vobis exinde que inantistare potuerimus vel sit nos ipsi per quodlibet ingenio retornare voluerimus, dupplo pretium ipso nos vobis conponere promittos, et quod aput vos remeliorata parueris ipsa mea vinditio in quadlibet parte, sub estimationem pretium in integrum nos vobis restituamus, et de colludiu si vos volueriti per dei ministeria nos vobis satisfaciamus per sacramenta. sicut te gaidepertu notarium taliter ut scribere rogavit. Actum tostatio in ipso mercatu mense et indictione suprascripta feliciter.

† signum manus suprascripti willi qui hanc cartam fieri rogavit
† ego leo filio acemundi teste
† ego spenteo filio radici teste subscripsi
† ego domniperto me teste
† ego liuspertu teste subscripsi
† ego gaidelfreda filia gaiduni teste subscripsi
† ego quarniperto teste subscripsi
† ego leo teste sum
† EGO LEOPARDO ME TESTE $\overline{SU}$
† ego walfreda filia anescausi teste subscripsi
† ego rodoaldo teste subscripsi.

XVII.

A. D. 837.

† In nomine domini sexto anno principatu domni nostri sichardi mense septembrio prima indictione. ideo que ego radipertus filius quondam ladiperti dum sum inbalidas infirmitate, dum erecte me loquere posso et recordatu sum bonu serbitiu, quas mihi factu abuit arnipertus filius quondam tindoaldi, modo mea bona bolumtate dono adque per an cartula cedo tibi nominati arniperti dues pettie de terra in locum qui dicitur iobi [1]) abente fine una de ipse pettie de binea

[1]) *Iobi* est pagum prope Salernum. Giovi.

de tribus parti fine bia et de alia parte fine lopoaldi, quomo medio refaneo [1]) discerni: alia terra cum cannietulu et arboribus suis in predictu locum qui abet fine de una parte de super fine bia pulbica quomo forcati [2]) ficti sunt, de alia parte fine de sancta maria quomo forcati ficti sunt, de supto fine capite et de uno latu fine raciperti quomo petre ficte sunt in frusta. amba clausa, sicut supra fini posite sunt, totu in integrum cum bece de bia sua ibi introendi tibi qui supra donabit possidendum, unde mihi nec cuilibet non dico remanere. unde pro suprascripta mea donatione ante omnia inputabit mihi tuo bonu serbitiu quas mihi factum abit [3]); et insuper suscepi a te launegild westa una, ea ratione, ut amodo et semper tu tuis eredibus suprascripta nostra donatione abere possidere baleatis, de quibus me repromicto et meus erede conligo tibi qui supra et tuis eredibus desta nostra donatione ab omnis homine defensare promictemus. quit si menime potuerimus aut si per nos ipsi per quolibet ingeniu retornare quesierimus, secundu lege de launegildo bobis prosolbamus iustitia quod est ferquidum, et quale iste nostro dono in die illi parueri de conludio bobis iuremus. et te roppertus notario scribere rogabit. Actum salerno mense indictione feliciter. — signum manus suprascripti radiperti qui an cartula scribere rogabit.

signu manus gaideperti filii firmosaci
signu manus troppoaldi et trudepaldi filii lopoaldi
signu manus lopoaldi filii lupi
signu manus miteperti filii ladiperti
signu manus ropperti filii antiperti.

XVIII.

A. D. 837.

Membrana haec ita undique erosa tineis, ut vix eiusdem dare liceat summarium.

« † Sexto anno principatus Domni Sichardi, mense Decembri, indictione prima. Emptio novem « terrarum cum vinea et quercietu in loco, qui dicitur Felline, facta per Maionem Gastaldum « filium Nandichis a Lambaiaro filio Nandi.

---

[1]) *Refaneo* vel *Refene*, sepes. Deest haec vox in Du Gange, qui tantum vocem *refenere* habet, pro includere.

[2]) *Forcati* idest *terminus* — Deest in Du Gange.

[3]) *Abit* pro habuisti.

Finis textus = Sicut te ragemprandum notarium scribere rogavi — Actum salerni mense indictione suprascripta feliciter.

Venditionis pretium = auro beneventano solidi quadraginta.

Sequuntur firmae :

† ego qui supra lambaiari filio nandi me subscribsi

† ego radolfo filio ermecausi teste subscripsi

† ego scamperissi notarius testi sum

† ego lupu filio gadoini me teste subscripsi

† ego cusso filio ermemari teste subscripsi

† ego aldo filio allorissi me teste subscripsi

† ego iamprando filio iohanni teste subscripsi

† ego trasari filio lupi teste subscripsi

† ego radoaldo filio ermecausi

† ego iosep filio leoni teste subscripsi.

XIX.

A. D. 840.

† In nomine domini dei salvatoris ihesu cristi. Concessimus nos vir gloriosus radelchis dei previdentia langobardorum gentis princeps per rogu maionis abbatis dilecti filii nostri vobis ragenaldo abbati nostro et scildusa germanis omnes res lambaiari cum servis et ancillis, peculiis et cum omnibus suis pertinentiis, sicut legibus pro eius culpa [1]) et merito ad nostram evenit potestatem, in ea videlicet ratione, ut amodo et deinceps per hoc nostrum roboreum preceptum predicta omnia, que superius legitur, vos et heredes vestri possideatis et a nullo ex nostris iudicibus, idest comitibus, gastaldeis vel a quibuscumque agentibus habeatis aliquam requisitionem, sed perpetuis temporibus possideatis. Quod vero preceptum concessionis ex iussione suprascripte potestatis

[1]) Haec quidem verba innuunt populares tumultus, quibus hoc et sequentibus annis universus Beneventanus Principatus ita commotus fuerat, ut Siconolfus, Sicardi principis Beneventi frater, Tarento aufugiens, ubi a Radelchi detinebatur captivus, Salernitis et Amalphitanis auxiliantibus, Salerno potiri potuit novumque Principatum constituere.

scripsi ego theodericus. Actum beneventi primo anno principatus mense iunio tertia indictione feliciter. [1])

XX.

A. D. 842.

† In nomine domini tertio anno principatu domni nostri Siconolfi, mense martio quinta indictione. ideo qu ego antipertu et arnipertu germani filii quondam cuniperti per oc escriptu promictemus tibi leoni filio quondam silberami de ipsa terra cum arbustu quem abemus in loco trabi, ubi dicitur agella ubi nos modo resedimus, hunde modo per cartulam medietate vobi binumdedimus ipsa medietate quem ibi abuimus, da modo per nullis modi ipso ubiqua demus nec bindere neque tingare, neque in sanctis locis offerire, nec per nullo ingenio ubiqua ipso demus, nisit quando ipso daturu abuerimus nos et nostri heredibus, vobi ipso demus et ad bestri heredes ad iustu pretium quem fuerit adpretiatu per tres homines bono doctos de loco; et quando ipso daturum abuerimus, faciamus bos sapere per tertiam bicem usque in dies beginti vobi demus spatio, et se vos menime fueritis cum pretiu parati ipso a nos emere, pos ipsi beginti dies abeates licentia ipso dare ubi volueriti; nam se ante ipso suprascripto constituto ubiqua dare presumserimus per quavis modi, primis omnibus ipsa terra firme abeates per istu scriptu, sicut per cartulam benditionis, et insuper beginti solidi nos vobi cumponere spondemus. et te cumpertu notarium scribere rogavit. actu noceria mense indictione suprascripta feliciter.

† ego raudipertu teste subscripsi
† ego lupini teste subscripsi
† ego conprando filio lupi teste subscripsi
† ego maio filio probati teste subscripsi
† ego saracino teste subscripsi
† ego lioprando filio persi teste subscripsi
† ego adelpertu filiu antiperti teste subscripsi
† ego walfreda filia anescausi teste subscripsi

---

[1]) Exhibemus huius diplomatis fac-simile non vero ectypi sigilli cerei, quod vetustate comminutum deperditum est.

† ego walfreda teste subscripsi
† ego ladipertu teste subscripsi
† ego lupus teste subscripsi.

XXI.

A. D. 842.

† In nomine domini domno michail dibina gratia imperator augusto deo propitio quinto anno imperii eius mense september sexta indictione. Ideo que nos sumus viri petro filius balsami, et roffrit filius iohanni, et falco et petro veri germani et filii madelfrit qui sumus commorantes intus cibitate luceria, declarati enim sumus intus in anc prephatam urbem luceria coram presentia iohanni magnifico iudice et aliis nobiliores hominibus qui hic supter conscripti sunt, quia pertinentem nobis abemus ex predictis genitoribus nostris uno molino in escla ista pars flubio perticata in vicum qui dicitur ad ipso badobado larinensi, que ante hos anno aput parentibus nostris cecidit in desertum; qui his dicto molino pro magnis nostris necessitatibus peragendum nobis vindere congruum est et nostra congruitate exinde perficiendum. Quam ego mulier nomine alferada, que sum uxor suprascripti petri et filia quondam (*deest nomen*) et sassa, que sum uxor predicti roffrit et filia quondam domnici et traselgarda uxor iamdicti falki et filia quondam maioni, declarate enim sumus, quia in die copulationis nostre de omnibus rebus et facultatibus eorum quartam partem nobis emiserunt per eorum scriptum murgincap ab illis nobis firmatum. Set audientes nos eahque in edicti continet pagina, quod mulier sine notitia iudici aut sine consensu parentum suorum vel illi, in cuius mundio fuerit, de rebus suis nichil stabile facere poterit; pro hoc opsecrare cepimus eundem viribus nostris quam et adelmanno imperialis comes et filium iohanni et atenolfo filium ermegnardi et iohanne filium tracconi, qui sunt parentibus atque mundoal nostris, ut nobis predicte mulieri iusta legem sieret consentientes, at illi nobis consentientes fuerunt. Interea unas cum ipsis et cum eodem viribus nostris coram prephato iudice et alios idoneos subscriptos testes per hanc quoque videlicet cartulam venundedimus potoni filio poterisi et radempoti filio gautii integrum et funditus ipso iamdicto molino cum aliquantulum de terra bacua iusta eamdem molino incipiente primo per ec fines. De prima pars quod est ab ipsa via puplica et ipso bado de predicto flubio perticata et vinea rodelgardi filii bertini, inde sunt passi ad iustum mensuratum hominis mediochis persona, qualiter in ipsa porta uius predicte cibitatis consignatum est, numero decem et septem. De secunda namque pars quod est a

fine ipsa vinea magi plesbiteri et amandi, inde sunt in longitudo passi quadraginta sex. De tertia vero pars quod est a predicto flubio perticata, inde sunt usque in prioras fines passi sexaginta quinque. Inter iste namque finis et mensure, que superius legitur et cernitur de ipso predicto molino et de ipsa iamdicta terra bacua de fine in finem quantum infra claustrum est, unde nec nobis nec ad redibus nostris neque ad nullum quempiam hominem ibi aliqua portio reserbabimus requirendi; Set qualiter edificiata est eam dicta terra una cum ipso predicto molino cum legitima ingressa et regressa sua et cum inferius et supterius et superiusque suis et cum suis omnibus pertinentiis integrum, velut prelegitur, ipso iamdicto molino et ipsa terra venundedimus vobis superius dicto emtori nostro possidendum. De quo pro constaviliscendam vobis atque confirmandam hanc nostram vinditionem manifesti sumus, quod a presentem recepimus a bobis predictis emptoribus nostris unum aureum solidum sclifato vonum per caput: finitum est enim, ea videlicet ratione, ut amodo et semper eamdem nostram vinditionem integra, velut prelegitur, abere et possidere baleatis et faciatis exinde quemammodum vobis vel ad vestris eredibus placuerit sine nostra et de nostris eredibus requisitione. Unde guadia tibi dedimus et mediatorem vobis posuimus iohanne filio petri, et obligamus nos et nostros eredes vobis cuius dicto emptori nostro nostrisque obligamus eredibus, ut hanc nostram vinditionem integram, velut prelegitur, nos vobis ab omnibus hominibus ab omnique partibus antistare et defendere debeamus; quod si noluerimus, aut si nos ipsi per quabis ingenium hanc nostra vinditione vobis retornare aut remobere quesierimus, primis omnium questio et causatio nostra inde sint bacua et decem aurei solidi constantiniani vobis vestrisque eredibus componere placitamus, et quicquit remelioratam esse paruerit per vestrum laborem, sup estimationem hominum pretium vobis restituamus: de colludio autem, si a bos pulsati fuerimus ad sancta dei misteria, vobis satisfaciamus ita, ut nostrum non sit colludium per eamdem guadia et iamdictum mediatorem, qui se tribuit vobis ad pignerandum omnia pignera sua legitima, tamdiu donec per invitis adimpleamus vobis iusta uius testum cartule. Et hanc cartam nostre vinditionis aput vos omni tempore firmam et stabilem permaneat. Quem te deusdede diaconum et notarium hanc cartulam nostre vinditionis asscribere rogabimus. Actum in civitate lucerie qui et interfui Mense et indictione superscripsi feliciter.

† ego iohanne iudex

† ego trupoaldo teste

† ego poto teste.

XXII.

A. D. 843.

† In nomine domini domno michaiyl divina gratia imperator augusto deo propitio quinto anno imperii eius mense haprilis sexsta indictione. En ego mulier nomine risa, filia cuidam rossemanni et uxor hadelardi filii cuiusdam ottoni et sum commorantes intus civitate lucerie, declaro me una terrata habere clausa et cohopertam foras iusta ipso muro uius predicte cibitatis lucerie had ipsa pusterula, que dicitur ursoaldi pertinentem michi ex predictum genitorem meum, et per ipsa munimina mea, quod inde aput me firmam retineor; modo vero congruum michi est illam vindere et exinde mea congruitate perficiendum secundum scriptum est in lege langobardorum « si qua mulier res suas vindere boluerit, non in absconso nisi in presentia seniori seu iudici et duo vel tres parentes suos secum habeant » Ideo feci exinde notitiam honixi filio alerisi et musandi filio dauferi propinquioribus meis, et una cum ipsis et cum eodem viro ac mundoaldus meus presentia urso clericus et iudex ibimus et eum rogavimus, ut nobis vindendi licentiam preberet iusta legem. At ipse iudes dum me vidit, diligenter me inquisivit ne aliqua in quacumque parte pateret violentiam; ego autem protessa sum ei, ut nullam pateret violentia, set benditricem me esse indicavit et bona mea patefeci esse volumtate bindendi. Cumque ipse iudex habsque ullam violentia me esse inbenit et tantum me benditricem esse agnobit; Ideo enim rogare cepit, ut michi consentiret; ille autem iusta lege michi consentiit. Quapropter nos qui supra nomine risa filia rossemanni quam et ego adelardus qui sum viro eius, dum nobis congruum esse videtur, vona etenim nostra bolumtate hante urso iudice et halios idoneos testes et michi predicte mulieris iusta legem consentientem eodem viro ac mundoaldus meus, in cuius mundium me subiacere cognosco, per hanc quoque videlicet cartam han vero unanimiter parique consensu vindedimus tivi poto filio poterisi integra ipsa terrata nostra, qualiter esse videtur in uno teniente ex omni parte per hos fines. de prima pars quod est av ipsa terrata bacua hambrosii filii petri, inde sunt per latitudo pedes viginti et tres; de secunda pars quod est hav ipsa via publica que recte pergit had ipsa labandaria, inde sunt per longitudo pedes quinquaginta; de tertia namque pars, quod est hab ipsa platea et fine ipsa predicta pussterula, inde sunt per latitudo pedes decem et septem et uno semmisse; de quarto autem kapite quod est av ipso muro uius predicte cibitatis lucerie, inde sunt per longitudo pedes iustum mensuratum ominis mediocris persona usque in prioras fines pedes quinquaginta et uno semmisse. intra iste namque finis et mensure, que superius cernitur et legitur de fine in fine quantum infra claustrum est et per girum mensuratum, unde nec

nobis neque ad heredibus vestris verum etiam neque ad heredibus nostris nec ad nullum quempiam ominem ibi aliqua potio[1]) reservavimus requirendi, set qualiter edificiata est ipsa terrata cum biis et anditis suis et cum legitima ingressa et regressa sua et cum inferius et superiusque suis cum suis omnibus pertinentiis, integra ipsa terrata vindedimus tivi superius dicto poto emtori nostro possidendum. de quo pro constaviliscendam tivi adque confirmandam hanc nostram vinditionem manifesti sumus, quod a presente recepimus a te prenominato poto emtorem nostrum tribus aurei solidi voni scifati: finitum dicimus aput nos receptum abere ipsum pretium. ea scilicet ratione, ut hamodo et semper eadem nostram vinditionem integram, sicut supra legitur, habere et possidere baleatis et faciatis exinde queammodum tivi tuisque eredibus placuerit sine nostra et de nostris eredibus vel cuiuscumque alteris ominibus requisitione. Unde guadia tivi dedimus et mediatorem tivi posuimus musando filio dauferi, et oblligamus nos et nostris eredibus tivi nominato poto emtori nostro tuisque eredibus, ut hanc nostram vinditionem, uti prelegitur, nos vobis ab omnibus ominibus ab omnique partibus antistare et defendere debeamus eam vobis per invitis; quod si noluerimus, aut si nos ipsis per quobis ingenium ilam vobis tornare aut remobere quesierimus, primis omnium questio nostra inanis et tacita sint et biginti aurei solidi voni scifati penam bobis vestrisque eredibus nos et nostros eredes componere oblligamus, et in antea taciti et confusi maneamus per invitis; et quicquit aput vos remeliorata esse paruerit per bestrum laborem, sub estimatione ominum pretiu bobis restituamus in eadem guadia, et ipsum vestrum mediatorem qui se tribuit bobis ad pignerandum omnia illius pignera legitima et illegitima, tamdiu donec perbeniatis ad beram finem; de colludio autem si a bos pulsati fuerimus ad sancta dei misteria, legibus vobis satisfaciemus, ita ut nostrum non sit colludio, et unc brebem firmum permaneat omni tempore. Quia pro commemoratione unc brebem vinditionis scripsit ego desyderyo notarius qui et ibidem fuit. Actum in civitate lucerie indictione feliciter.

† ego urso clericus et iudex

† ego musando

† ego iohanne.

---

[1]) *Potio*, lege portio.

XXIII.

A. D. 843.

† In nomine domini quinto anno principatu domni nostri Siconolfi mense decembrio septima indictione. Ideo que ego erfulu filius quondam ermerissi, abitator sum in noceria, bindo tibi leoni filio quondam selberami terram meam qui est castanietum in locum qui dicitur a super terme: finis abentes terram ipsam de uno latu et de uno capu fine terra acefrede filio maiuni et de alio latu fine tuntuli, et peressit fine predicti acefrid, et de alio vero capite fine carozzi, intras [1] autem finis tantum exinde discepto biam ad andandum supra dicti carozzi erga fine acefrid; nam de illo alio intra predicte finis nec mihi qui supra bindetori neque a nullus hominem nihil reserbabit portionem, set in integrum clauso ipso tibi qui supra bindo possidendum una cum bia sua carraria, unde nos semper introibimus et bos inde debeatis ibique introire. unde pro suprascriptam meam benditionem in presentes recepi a te fenitum pretium auro beneventano numero solidos biginti, eam rationem, ut amodo et semper tu tuisque heredibus aberem et possidere baleatis; de quibus repromitto ego suprascripto erfulu benditor et conligo me et meis heredibus tibi qui supra leoni et ad vestris heredibus de suprascripta meam benditionem ab omnis homine inantistarem et defendere promittemus. quid si menime potuerimus, aut si per nos ipsi per colivet ingenio retornare quesierimus, duplo suprascripto pretium nos bobis cumponere spondimus. hoc sunt solidos numero quadraginta; ed insuper quantum aput bos remelioratum fuerit suprascriptam meam benditionem in quacumque parte, sub stimationem pretii nos bobis restituamus. et de conludio bobis iuremus. iterum deprecor ego suprascriptus erfulu, si pos igitur meum discessus remanserit antiperga uxor meam qui fuet filia montani, et in ista suprascriptam meam benditionem intraberit, et quartam exinde tulerit et parutum fuerit qua heredes meus per nullis modis ab ipsa bos menime defensare potueri, sic bobis anteponimus, ut per istam cartulam liceas bos et bestris heredibus intrare in ipsam terram meam cum arbustum ubi resedeo, et per adpretiatum exinde appare [2] tantum abere et tollere, quantum bobis exinde ipsam uxor meam tulerit. et per istam cartulam firme abere, tamquam si da os diem cartula benditionis fuisset; et cartula benditionis ut supra una cum largietatem natali presbiteri et filio iohanni scribere rogabit. actu noceria mense indictione feliciter. tamen te barbatus notarius scribere rogabit.

---

[1] *Intras*, seu intra has per synaerisin, quae in scripturis illius temporis frequentissime occurrit; ut *desta* pro de ista — *an cartulam* pro hanc chartulam etc:

[2] *Appare* vel *ad pare*: pari ratione.

† ego qui supra natale presbiter me subscripsi
† ego ildepertus teste subscripsi
† ego ursu filio ilidirisi me teste subscripsi
† ego confreda filiu lupi teste subscripsi
† ego odelperto presbiter teste subscripsi
† EGO LEOPARDO ME TESTE S͞U
† ego grisio filio leoni teste subscripsi
† ego iacob me teste sum
† ego iohanne filio lademari me teste subscripsi
† ego aldemari clerico me teste subscripsi.

XXIV.

A. D. 844.

† In nomine domini quinto anno principatu domni nostri Siconolfi mense ianuario septima indictione. Ideo que orsa filia quondam alcoli et sum uxor arniperti filii cuniperti, dum benior in presentia brunenguni bicedomini et ab ipso interrogata bel inquisita sum diligenter, ne aliquas biolentia patere da suprascripto viro meo, ibique deklaravit, ut nulla biolentia patere da predictu biro meo neque da nullos homines, nisit largita sum mea bona bolumtatem et mihi consentiente iohanne germano meo et godulo filio rodeperti propincos parentes meo, et unaque pari consensum et cum notu de suprascripti iudices; ideoque ego ipsa orsa quam et ego ipse arnipertu viro eius unianimiter bindo tibi leoni filio quondam silberami terra mea, qui est arbustu bitatu et pomifera, et casa lignitia qui supra positâm est; abentes finis de uno latu cum bestro qui supra iuntum est, et de uno capu fine terra domnica et peradiunge in terra grausoni, et de uno latu fine terra letuli, et de alio capu fine bia. infra has predicte finis de nostra sortione de terra et casa et palmentu et pila et puteum, hunde nec nobi qui supra binditori neque ad alio homines nihil reserbavimus portione, set totum in integrum exinde nostra sortione tibi qui supra bindo possidendum cum bece de bia sua: hunde pro hanc nostra sortione hanc binditione de presentes recepimus a te qui supra finitum pretium aurum beneventanum solidi numero quactuordeci; eam ratione, ud amodo et semper tu et tuique heredibus abere et possidere baleates. de quibus nos obligamus et nostris heredibus tibi suprascripto leoni et tuis heredibus, ut ipsa nostra binditio ab omni homines antestare et defendere promictemus; et qui sit menime potueri-

mus, aut per nos ipsi per colibet ingenio retornare quesierimus, duplo suprascripto pretiu nos vobi cumponere spondimus; hoc est solidi beginti hocto; et insuper quod fuerit aput vos milioratu in quabis parte aut super factu edificio, sub istimatione pretiis nos vobi restituare spondimus et de culludio vobi iuremus, et han cartulam ut supra sit firme; et te cumpertu notarium scribere rogavit. actu tostatiu in ipso mercatu.

signum manus suprascripti orse et arniperti binditores

signum manus suprascripti iohanni et goduli consentienti

† ego qui supra bruningo me subscripsi

† ego walperto filio ramiperti teste subscripsi

† ego ildepertus teste subscripsi

† ego alderissi teste subscripsi

† ego maio filio probati teste subscripsi

† ego nandipertu filio iohanni teste subscripsi

† ego gaidelfreda filia gaiduni teste subscripsi

† ego saracino teste subscripsi

† ego lupus teste subscripsi.

XXV.

A. D. 845.

† In nomine domini domno michayl dibina gratia imperator agusto deo propitio septimo anno imperii eius mense haprelis hoctaba indictione. Ideo que ego vir nomine petrus filius ... (*decst nomen*) et alfarana filia que sum uxor suam, qui sumus commorantes intus cibitate luceria, declaratus sum enim intus predicta cibitate luceria coram presentia benedicto magnifico iudice et haliis nobiliores hominibus, qui hic supter conscripti sunt, quem i nos ipsis cogitare cepitmus ea deo disponente, et que remedium et salbationem anime nostre vel parentum nostrorum qui hoc seculo transierunt, qualiter ad eterna bita perbenire mereamus; dum hec i nos ipsis cogitantes, subito compulsi sumus de dibina omnipotentis dei misericordiam, et pro remedio et salbatione anime nostre et offeruimus nos et tradimus nos ipssis per capillos capitis nostris in ecclesiam sanctorum apostolorum filippi et iacobi in congregatione sancta, ubi abbate franco et presbiter cum suis fratribus regimen tenere esse bide

tur. In primis offeruimus nos et tradidimus nostris persones, et tribus petie de binee, et una casa, et uno lecto cum lena et colcitra et plumateo plenisque de plumis, et una bote da bino mittendum et una zapa, quod modo habemus, et omnia et in omnibus nostris supstantiis stabilem vel mobilem, quamtum modo habemus et quantum in antea parare et conquirere potuerimus diebus bite nostre; et quod hic habemus et ubicumque poteritis probare, ut nostros fierit tam de ipso nostro quam de ipse nostre persone, potestate habea ipsa sancta ecclesia comprehendere nos et omnia nostra supstantia; eo tinore, ut si aliquando habenientis tenpore ego supradictus petrus et alfarana uxor eius, aut per monitas, aut per qualiscumque ingenium illo retornare, aut exire boluirimus de ipsa sancta hecclesiam totum quantum offerimus, totum et integrum remaneat in ipsa sancta hecclesiam. Unde ego petrus pecator et alfarana serbi sanctorum apostolorum filippi et iacobi deprecor et postulo deum omnipotentis creator celi et terre et ipsi sancti apostoli, cuius nos pecatoris tradidimus et offeruit, et anahema pono prima i nos, ut qualiscumque homo de hanc re, quod nos in ecclesiam sancta offeruimus, retornare aut remobere voluerimus, aut ad usum suum tollere boluerit, aut suptraere boluerit de ipsa sancta hecclesiam aut de manus de ipso supradicto abbas et de fratribus nostris vel congregatione sancta tollere voluerit, a deo celi fiat anahematus binculo nudatos et perditos et alienatos in die domini nostri ihesu cristi; maledictus vero fiat a trecenti decem et hocto patres sancti; partem habeat cum dathan et habiran, qui cum corpus et anima descenderunt in infernum, et partem habeat cum iudam traditorem domini et magistris suis, extorrens et alienatus ab omni ingressum in ecclesiarum, et numquam a corpus domini presumserit hacedere; et qualiscumque homo in aiutorium de ipsa sancta ecclesiam extiterit, partem habeat cum beata et sancta dei genitrice maria mater domini nostri ihesu cristi et mereat audire cum is electis dei, qui a dextera dei positi sunt et boce evangelica dicentem: benite benedictis patris meis percipite rengum quod vobis paratum est ab origine mundi, et recipiat mercedem omnium bonorum operum hic et in futuro. Quem te adelferi notarium taliter abscribere rogabimus eo quod una nobiscum interfuisti — Actum in civitate lucerie indictione feliciter.

† ego qui supra benedicto iudice

† ego teudelgardo teste subscripsi

† ego poto teste subscripsi.

XXVI.

A. D. 845.

† In nomine domini sexto anno principatus domni nostri sinocolfi mense iuliu octava indictione. ideo que ego fredemperga filia feluni congruum havea vindere in alequantulum de res meas, sicut intellexit ut lex contine, quot femina res suas vendere non possit nisi cum notitia de propinquo parentes suos et cum habsolutione de iudice.........rassisi filios meus et rodegari filii radtiperti, qui est consobrinus meus, ud modo nobis esset consentiens. ipsi edenim nobis consentibus pariter perreximus ante isenbardo gastaldeo, cui nostra vona esset vindendi disfamavimus [1]) volumtatem, et hobserbabimus eum interesset frimitatem et largietatem nobis vindendi distribuere una cum habsolutionem de predicto gastaldeo, qui me vindetrice loquente sine violentia esset connovit, quam et cum notitia de predicti parentis meis. igitur rem ego nominata fredemperga, sicut lex me absolsit, meaque bona volumtas vindedi tibi aienprandi filio aiuni in integrum ipso casale meus, quas habeo in rotalo, cum qui ad piru cupantur [2]) cum casilis et curtis, ortalis, arbustis, castanieta, habellaneta, terris cultis non cultis, in plano quam etiam et in montibus, et casa mea, quas habeo intu beneventanam cibitatem noba ad porta qui vocatur da flubio sapatu [3]); et mihi que supra fredenperge pertine prenominato casale et casa haba ansfrid, qui fuet viro meu, quas mihi per morgincapu in die nuptiarum datum habuit, sit in integrum, sicut ipse morgincaput meum continem, quem a supradicto viro meo ansfrid de quartam pars de supradicto casale eius et de prenominata casa datum haveo, sit in integrum ipsa quartam pars de predicto casale et de nominata casa una cum inferiu et supiusque uis [4]) ed aquis et finibus suis vindedit possidendum; unde ubi nec mihi que supra fredenperge vindetrici nec ad alius homine, de que superius legitur, nullam reserbabit, set tibi qui supra aiemprandi emtori, sicut superius dixit, totum in integrum vindedit havendum et securo nomine possidendum. unde per istabiliscendum anc mea venditionem pro confirmandum cartula suscepi ego, que supra fredenperga vindetrice a te aiemprandu emtore fenito pretium biginti benebentanos solidos de ipsi veteri de domnu sicardu; ea ratione, ud amo-

---

[1]) *Disfamavimus voluntatem*, idem sonat ac palamfacere voluntatem vel voluntati satisfacere « E se la mia ragione non ti disfama » Dante Purg. 15-76.

[2]) *Cupantur*, idest nuncupantur.

[3]) *Flubio Sapatu*, hodie flumen Sabato.

[4]) *Supiusque uis* pro superiusque suis, erat formula, qua utebantur notarii in describenda domo.

do et semper habeatis et possideati ista suprascripta mea venditio. tam tu qui supra aiemprande emtor quam etiam et tuisquem heredibus. de qua repromidto ego que supra fredemperga vendetrice me ed eheredes meos conligo tibi prenominato aienprandi emtori ed ą tuis heredibus ex ea vobis hab omnis homine inanteestare et defendere debeamus; quis si non potuerimus, aut si nos ipsi per quabis ingenium retornare quesierimus, duplo pretium, quem ha te acepi nos vobis conponere placitamus, et quot aput vos melioratum parueri au edificio factum fuerit, suv estimationem pretii restaurarem placitamus; de conludio, si a vos pulsatis fuerimus per dei misteri nos vobis satisfaciamus, quot nostru non sit conludiu. et te grasulfus notarius rogatu a suprascripta vendetrice et de mandato a supradicto gastaldeo anc cartula escripsi. actum castello ad sancta agathe.

† ego qui supra rassisi me subscripsi
† ego qui supra rodegari me subscripsi
† ego qui supra isenbardo gastaldeus me subscripsi
† ego madelgaudus teste
† ego benedictus filius lopardi teste subscripsi
† ego gradolfu filius grasolfi teste
† ego ursu teste subscripsi
† ego donelhisi filius doneperti teste
† ego iohanne filio pozzoni teste sum
† ego berenardu filio radeprandi teste subscripsi
† ego rodelgrimo filius roderissi teste subscripsi
† ego comoaldu teste.

XXVII.

A. D. 847.

† In nomine domini octabo anno principatu domni nostri siconolfi mense sectembrio undecima indictione. ideo que ego ermepertu filius bone memorie liusperti declaratu sum tibi lupi filio polcari, quia per cartulam emtum abeo da orsa filia lupi, qui est uxor sapatini filii gaiduli, integram ipsam quartam qui eidem pertinet de quodam lupu, qui fuet anterior vir eius, de ipsam terram de locum campu de sortem tuam prenominati lupi quem ibi abuisti: modo vero benimus in bona con-

benentiam pro hunc scriptum relaxabit tibi prenominati lupi integram ipsam quartam, quam da prenominatam orsa cum sapatino viro suo per cartulam emtam abeo, et cartulam ipsam tibi in defensionem dedit in eo tinore, ut omni tempore tu et tuos heredes terram et cartulam ipsam firme abeatis in nostram bicem pro defensionem. unde in tali tinore conligo me ego suprascripto ermepertu et meis heredibus tibi qui supra lupi et ad vestris heredibus, ut si quacumque tempore per nos ipsis aut per summissam nostram personam de predictam quartam, sicut cartulam ipsam continet, quam bobis dedit in defensionem, bobis causatione mittere presumserimus, aut exinde de ipsam cartulam sortem quesierimus, ante omnia de questio nostram exinde taciti et bacui maneamus, [1]) et bos ipsam cartulam firme abeatis; nisi, si post scriptum isto nobis aut ad nostris heredibus ostensum fuerit et posteam exinde bobis causationem mittere presumserimus, biginti beneventanos solidos nos bobis cumponamus et taceamus. et unc scriptum ut supra te barbatus notarius scribere rogabit. actu noceria mense indictione feliciter.

† ego qui supra ermepertu me subscribsi.

† ego dacuperto teste subscripsi

† ego liuspertus notarius testis sum

† ego leomari teste subscripsi

† ego confreda filiu lupi teste subscripsi

† ego walfreda filia anescausi teste subscripsi

† ego maio filio probati teste subscripsi.

XXVIII.

A. D. 848.

† In nomine domini nono anno principatu domni nostri Siconolfi mense magio undecima indictione. ideo que ego roda filia quondam iubentini et sum uxor ursi filii quondam luperissi, dum benior in presentiam alderissi sculdais et ab ipsum interrogata sum diligenter, ne alicod biolentiam da suprascripto vir meum paterem, ecce in eius presentiam declarata sum, cod nullam biolentiam da suprascripto vir meum vel a quacumque homine pateor, nisi bona mea bolumtatem largita sum una cum suprascripto vir meum subscriptam rem bindere pro qua ibi

[1]) *Bacui maneamus* — bacuus hic valet omnino rationibus carens — hoc sensu deest in Du Gange.

quartam abeo et secundum legem consintientes mihi duos mei parentis, idest ursileo filium meum et ermemari filium quondam ursi. pro ideo ego suprascripta roda quam et ego suprascripto ursu biro eius bindedimus bobis ermeperti et leoni germani et filii ermemari terram nostram, qui est arboribus bitatum et pomiferis in locum qui dicitur nuceriam et propiu bocatur nobaria; finis abentes terram ipsam, de uno latu et de uno capu fine ermemari genitori vestri, et de alio latu fine terra qui fuet nandi gastaldi, et de alia parte via pulbicam. intras [1]) autem finis manifesto sum quia per equaliter medio ipso clauso per cartulam tibi datum abemus, et illo medietate nobis reserbabimus et modo bobis ipso bindo: exinde nobis nec ad alius hominem, aut cuilibet nihil reserbabimus portionem, set in integrum per equaliter medio ipso clauso cum superius et inferius et cum bece [2]) de bia sua, tibi qui supra bindo possidendum. unde pro suprascriptam nostram benditionem in presentes recepimus a te fenitum pretium auro beneventano numero solidos biginti septe, eam rationem, ut amodo et semper bos qui supra et vestris heredibus aberem et possidere baleatis; de quibus repromitto ego suprascripto ursu et roda bindetori, et conligamus nos et nostris heredibus bobis qui supra ermeperti et leoni et ad vestris heredibus de suprascriptam nostram benditionem ab omnis homine inantistare et defendere promittemus. quid si menime potuerimus, aut si per nos ipsi per colivet ingenio retornare quesierimus, ante omnia de questio nostram inde semper taciti et bacui maneamus et duplo suprascripto pretium nos bobis cumponere spondimus, hoc sunt solidos numero quinquaginta quattuor; ed insuper quantum aput bos in quacumque partem remelioratum fuerit, sub stimationem pretii nos bobis restituamus et de conludio bobis iuremus, et cartula benditionis ut supra te barbatus notarius scribere rogabit. actu tostattiu in ipso mercatu mense indictione feliciter.

† ego ursu notarius teste subscripsi
† ego qui supra alderissi me subscribsi
† ego teoprando teste subscripsi
† ego lupini teste subscripsi
† ego ursu filio iliderisi me testi subscripsi
† ego airisi presbiter
† ego alipertus teste subscripsi
† ego bario filio domnini teste sum
† ego bruningo teste subscripsi

[1]) *Intras*, pro intra has.
[2]) *Cum bece*, idest bice vel vice.

† ego radiperto filio wasconi teste
† ego gaidepertu notarius teste sum.

XXIX.

A. D. 848.

† In nomine domini nono anno principatus domni nostri siconolfi mense magio undecima indictione. ideo que ego lupo filius quondam maioni benumdo tibi iosep medicos terra mea cum arbustu bitatus et cum pommiferis in locum qui dicitur malianu[1]); habentes fini de uno latu fine bia pulbica, de supto pede fine bia, de alio latu coniuntu est ad fine tua qui supra quod abit da rodenandu, et desuper capite coniuntu est ad fine tua qui supra quod abit da iohanne. clauso isto. sicut supra fini posite sunt, nec mihi suprascripto binditori nec cuilibet non dico remanere, set inferius superius totu in integrum tibi qui supra iosep bindo possidendum cum bia sua. quam et ego todelperga qui sum uxor supradicti lupi, declaro quia a predictu biro meu traditu abuit morgincapu quartam parte des omnibus rebus eius; modo congrugu[2]) est mihi ipsa quarta mea bindere, benior in presentia leoni sculdais et ab eo interrogata sum, ne aliquas biolentia a predictu biro meu patere, nisi mea bona bolumtate et secundu lege mihi consentiente duos propincos parentes, idest stefano genitor meu et casteleo filius castuli; et per notitia de suprascripto iudice ego nominata todelperga una cum suprascripto lupu biro meu benundo tibi suprascripto iosep integra ipsa quarta mea de suprascripto clauso, sicut legibus esinde quarta tollere debeo. in integru ipsa quarta tibi qui supra bindo possidendu. unde pro suprascripta nostra binditione cum ipsu biro meu in comune recipimus fenitu pretiu auru solidi sexsaginta et quinque; ea ratione, ut amodo et semper tu tuis eredibus suprascripta nostra binditione abere possidere baleatis. de quibus me repromicto et meus erede conligo tibi qui supra et tuis eredibus de sta nostra binditione ab omnis omine defensare promictemus. quit si menime potuerimus, aut si per nos ipsi per quolibet ingeniu retornare quesierimus, duplo suprascripto pretiu nos bobis conponere spondimus; et insuper quantu aput bos remelioratus fueri, sub estimatione pretii bobis restituemus de conludio bobis iuremus. et te roppertus notario scribere rogabimus. salerno mense indictione feliciter. signum manus suprascripti lupi et todelperge qui an cartula scribere rogabit.

---

[1]) *Malianu* vel *Malliano*, hodie *Magliano Vetere*, in Vallo Lucaniae Prin: Cit.
[2]) *Congrugu*, pro congruum.

† ego qui supra leo notarius me subscripsi
† ego qui supra stefano me subscripsi
† ego ursu filio ermemari teste subscripsi
† ego leocardo filio lupi me subscripsi
† ego lupu TESTE
† ego ragimeus teste subscripsi
† ego barbatus notarius teste sum
† ego antibaro me teste sum
† ego ragemprandus notarius testis sum
† ego warno me teste
† ego adelperto filio amimperti me teste
† ego wanpertus notarius teste
† ego leo me teste subscripsi
† ego andrea filius ropperti teste
† ego ermemar me teste subscripsi.

XXX.

A. D. 848.

† In nomine domini nono anno principatu domni nostri Siconolfi mense agustu hundecima indictione. Ideo que ego adelgari filius quondam aldemari habitator sum noceria, bindo tibi persoaldi filio quondam forti terra mea qui est arbustu bitatu et ensetetu, in loco que dicitur clusura subtu ipsa matruniana; abentes finis de uno latu terra donasdei et cum bestro qui supra emtori coniuntum est, et de uno capu fine terra dacuperti, et de alio latu cum meo qui supra binditori coniuntum est, quomo termiti ficti sunt, et de alio capu fine aqua correntes. klauso istu, quatenus fini posite sunt, hunde nec mihi neque ad nullus homines nihil exinde reserbabi portione, set totum in integrum, sicut ego ipso emtum abuit da trasipertu et wadari, tibi qui supra bindo possidendum cum bece de bia sua. hunde pro hanc mea binditione de presentes recepi a te qui supra fenitum pretium aurum beneventanum solidi numero beginti et dui; eam ratione, ud amodo et semper tu et tuique heredes ab eredibus abere et possidere baleates; de quibus me obligo ego qui supra adelgari et meus heredes tibi qui supra persoaldi bel ad tuos

heredes, ut ipsa nostra binditio ab omni homines antestare et defendere promictemus; et qui sit menime potuerimus, aut per nos ipsi per quolibet ingenio retornare quesierimus, duplo suprascripto pretiu nos vobi cumponere spondimus, hoc est solidi quadraginta quactro [1]); et insuper quod fueri aput vos milioratu in quabis parte aut super factum edificiu, sub istimatione pretiis nos vobi restituare spondimus, et de culludio vobi iuremus et han cartula ut supra sit firme. et te cumpertu notarium scribere rogabit. actu noceria mense indictione suprascripta feliciter.

† ego walperto filio ramiperti teste subscripsi
† ego lioprando filio persi teste subscripsi
† ego leo teste subscripsi
† ego dacuperto teste subscripsi
† ego andrea filio lupi teste subscripsi
† ego ragimpertu teste subscripsi
† ego adelbertu teste subscripsi
† ego walfreda filia anescausi teste subscripsi
† ego liuspertus notarius testis sum
† ego adelpertu filiu antiperti teste subscripsi
† ego otelgari clericus teste subscripsi
† ego iacob filio deodati teste subscripsi
† ego alfanu teste subscripsi
† ego rodericus presbiter teste subscripsi.

XXXI.

A. D. 848.

† In nomine domini nono anno principatu domno nostri siconolfi mense octuber die dominico duodecima indictione. memoratoriu factu a me rodepertu scarionis, eo quod in presentia de subscripto teste.........rospolo filio racemundi et seipse sibi medium exibe querere de re in ipsu casalem bracilianu [2]) qui fue de filio iamerisi. que datum abuerunt grimoald gastaldeo...........

[1]) *Quactro*, idest quatuor.
[2]) *Bracilianu*, hodie *Braciyliano* prope S. Severinum finibus Salerni.

scario in balle sancti biti et tennero ipsa curte, et ipso laborare et salbus facere dum in mea potestate fueri; et si non bolueri ipso laborare aut salbus facere, dum fueri in mea potestate, au si de ipso casale se substraggere [1]) boluere dum in mea fueri potestate, in qualecumque locum eum inbenire potuerimus au misso nos . . . . ipsu suprascripto rospulu, licientias abeamus sine omne calumne ipsu pignera semper . . . . et in omnia et prindere et ipsu casale rebocare et conponere mihi beginti benebentanos solidos; et si de presu [2]) au de pigneratione ipse au eius eredes mihi au da meis eredibus causatione miseri, quale iustitia nos ei facere debuimus, tale iustitia vobis facere expode [3]), et de questio suorum taciti permanere.

† ego davipertu filiu pauliperti me teste subscripsi
† ego trasari filio andre me teste
† ego dabicisi teste subscripsi
† ego raidolfu filio cumperti teste subscripsi
† ego airolfo filio ildeprandi me teste
† ego pardo presbiter teste sum
† ego iacob teste
† ego aimo teste sum
† ego antibaro me teste
† ego david presbiter testes sum
† ego leopardo diacono teste sum.

XXXII.

A. D. 848.

† In nomine domini nono anno principatu domni nostri siconolfi mense nobembre duodecima indictione. ideo que ego wiseltruda filia radiperti et uxor sum ildeprandi filii ursi, interrogata bel inquisita sum diligenter da maione bicedomino filio probati, ut ne aliquas biolentia patere da predictu biro meo aut a quabis homines, nec nullo homo me cotgentes aut suadentes,

---

[1]) *Se substraggere*, idem sonat ac se subtrahere vel abire.

[2]) *De presu*, idest prehenso.

[3]) *Expode*, pro spondere — deest in Du Cange.

set largita sum mea bona bolumtates et mihi consentientes wisenolfo biro frates meo et lupo barbanes[1]) meo filio longuli, i sunt propinquioris meis parentis, unaque pari cumsensum et notitia de suprascripto iudices ego ipsa suprascripta wiseltruda una cum ildeprandu birum meo unianimiter adque pariter bindimus tibi roderici filio mauri ipsa sortione mea de terra et case cum circoitum, cortibus et ortalibus, quantum mihi in ipso locum pertine per ipsa quarta morgincapu meum, cot michi radeprando anterior biro meo in dies numtiarum traitum abuit ubi compotamus noceria[2]); abentes finis de uno latu fini terra de filii leoni et de uno capu fini bia publica, et de alio latu fini terra cuniperti et de alio capu fini terra iohanni filii secundi. intre iste finis integram ipsa quartam de terra et ipse case cum sedimen sua absque mobile de intro case et alie terre per singulas locam, quem mihi reserbo mea potestates, set de ipsa terra, et se nec nobis qui supra binditores, neque ad alterius homines nihil reserbabit portione, set tibi suprascripto roderici ipso in integrum bindo a possidendum cum bice de bia sua. unde pro suprascripta nostra binditione recepi a te qui supra hemtori meis pretium aurum benebentanum solidi numero beginti, heam ratione, ut amodo et semper tu et tuique heredes predicta nostra binditione in integrum abere et possidere baleates; de quibus nos repromictemus qui supra binditores, et nostris heredes colligamus tibi suprascripto hemtori et tuis heredibus, ut ista nostra binditio ab omnis homines inantestare et defendere promictemus. et qui sit menime inantestare potuerimus, au per nos ipsi per colibet ingenio retornare quesierimus, dupplo suprascriptum pretium nos bobis cumponere spondemus; oc sunt solidi quadraginta, et quod aput bos remelioratus fuerit ista nostra binditio in quabis parte aut super factum edificio, sub istimationem pretiu nos bobis restituamus, et de culludio bobis iuremus et cartula binditionis in suprascripta ratione sit firme. et te ursu notarium scribere rogabit. actu tostattiu in ipso mercatu mense indictione suprascripta feliciter. signum manus suprascripte wiseltrude et ildeprandi biro eius, qui an cartulam fierit rogabit. signum manus suprascripti wisenolfi et lupi consentientis.

† ego qui supra maio bicedominus me subscribsi

† ego lupu filio boniperti

† ego andreas filius moises teste sum

† ego dacuperto teste subscripsi

† ego erchenperto filio ermeperti teste subscripsi

† ego radiperto filio quasconi teste.

---

[1]) *Barbanes* vel *barbanis* aut *barbanus*, idest patruus: ut in Gloss: Du Cange.

[2]) *Compotamus*, idest dicimus vel vocamus.

† ego iacob me teste sum

† ego adelpertu filio waldiperti teste sum.

XXXIII.

A. D. 849.

† In nomine domini primo anno principatu domni nostri Siconi filii siconolfi magno principis mense decembre tertiadecima indictione. ideo que ego leo quondam iohanni habitator sum noceria, bindo tibi ermetrude filia quondam barbandaci et iohanni et leomperti et angelperti germani filii quondam leoni terra mea qui est arbustu ꝑitatu in eodem loco; abentes finis de uno latu et uno capu bia plubica, et de alio latu et alio capu cum terra mea qui supra binditor coniuntum est, et ad mensura per longu passi nobe, et per latu de subter pede erga bia passi sex et gubita dua, et de super capite passi quinque et gubita trea [1]) ad passu ragimperti filii dacuperti. klauso istu quatenus fini posite sunt et mensura contine, hunde nec michi qui supra binditori neque ad nullus homines nihil reserbabi portione, set totum in integrum tibi qui supra bindo possidendum cum bece de bia sua. hunde pro hanc mea binditione de presentes recepi a te qui supra fenitum pretiu aurum benebentanum solidos numero quactro; eam ratione, ud amodo et semper vos et vestri heredes abere et possidere baleates, de quibus me obligo ego qui supra leo et meusque colligo heredes vobi qui supra emtori bel ad vestri heredes, ut ipsa nostra binditio ab omni homines antestare et defendere promictemus; et qui sit menime potuerimus, aut per nos ipsi per quolibet ingenio retornare quesierimus, duplo suprascripto pretiu nos vobi cumponere spondemus, hoc est solidi hocto; et insuper quod fueri aput vos milioratu in quabis parte, sub istimatione pretiis nos vobi restituare spondemus et de culludio vobi iuremus, et han cartula, ut supra sit firme. et te cumpertu notarium scribere rogabit. actu noceria mense indictione suprascripta feliciter.

† ego petrus teste subscripsi

† ego raudipertu teste subscripsi

† ego stefano teste subscripsi

† ego ildepertus teste subscripsi

---

[1]) *Trea*, pro tres.

† ego radipertus presbiter teste subscripsi
† ego truppoaldo teste subscripsi
† ego erchenperto filio ermeperti teste subscripsi
† ego richardo teste subscripsi
† ego berenardus presbiter teste subscripsi.

XXXIV.

A. D. 850.

† In nomine domini primo anno principatu domni nostri Siconi filii bone memorie domni siconolfi summo princeps mense martio tertiadecima indictione. ideo que ego leo filius quondam iohanni abitator sum in noceria, bindo bobis, idest iohanni et leonperti et angelperti germani filii leoni quam et ermetrude uxor genetrices vestra et mainoaldi filio florentiani, terra mea, qui est arbustu bitatu et pumifera sua quem abeo in ipso locum ubi abitamus: abentes fini de unu latu fini bia publica, et de unu capu fini terra iohanni filii secundi, et de alio latu fini terra vestra qui supra iohanni quem da meipso hemtum abetis, et de alio capu fini terra mea qui supra binditor; et ad mensura per longu da ipsa bia passi sidici [1]) et gubita trea et pede unu, et in metium locum semiliter per longu passi sidici et gubita trea et pede unu, et da ipsa fini bestra passi sidici et gubita dua et pede unu, et per latu da ipsu capu da fine mea qui supra binditor passi quindeci et gubita trea ad passu lupi filii parduli, quatenus fini possite sunt et mensura contine; unde nec mihi qui supra binditori neque ad alterius homines nihil reserbabit portione, set bobis qui supra hemtori ipso in integrum bindo una cum bia sua ad possidendum. unde pro suprascripta mea binditione recepi a bos qui supra hemtori meo pretiis aurum benebentanum solidos numero sidici: da te qui supra mainoaldu solidos octo, et da bos qui supra iohanne et leompertu et angelpertu seum ermetruda genetrices vestra alii octo solidos; fenitum bero abeo pretium heam ratione, ut amodo et semper bos qui supra emtori et vestris heredibus predicta mea binditio in integrum habere et possidere baleatis, de quibus me repromicto ego qui supra leo et meos heredes colligo bobis qui supra hemtori et vestris heredibus, ut ista mea binditio bobis ab

---

[1]) *Sidici*, vox vernacula valet sexdecim, uti saepissime legitur in instrumentis *trea* pro tres, *cinque* pro quinque, *dicceseptc* pro decem et septem, et alia huiusmodi.

omnis homines inantestare et defendere promictemus. et qui sit menime inantestare non potuerimus, au per nos ipsi per colibet ingenio retornare quesierimus, primis homnium de questio nostra taciti et bacui maneamus et dupplo suprascripto pretium nos bobis cumponere spondemus, hoc sunt solidi treginta et dui : tibi suprascripto mainoaldi metietates, et bobis qui supra metietates; et insuper cot aput bos remelioratus fuerit ista suprascripta mea binditio in quabis parte au super factum edeficio, sub estimationem pretiis nos bobis in dupplo restituare spondemus, et de culludio bobis iuremus. et iterum repromicto me qui supra leo bobis qui supra hemtori quam et vestris heredibus, ut si nures mea aut quabis homo intraberit in ista mea binditione et sorte bobis exinde tulerit per quabis modi, liceam bos intrare in ipsa terra mea qui cum ista mea binditione iuntum est, et tollere exinde quantum de ista mea binditione perdederitis, et damodo ipso non abeamus licentia bindere au donare seum in quabis modi exinde dandum, nisi in ista suprascripta mea binditione permanea; si ipso ad alio homines bindere presumserimus aut in quabis modi ipso dederimus, et bobis ipso demus ad iustum pretium quantum exinde remanent sine ipso, cot bobis obligatum abeo in suprascripta mea binditione, et si ipso ad alio homines dare presumserimus, per ista cartula ipso firmiter abeates, et cartula binditionis in suprascripta ratione sit firme. et te ursu notarium scribere rogabit. actu noceria mense indictione suprascripta feliciter.

signum manus suprascripti leoni qui an cartulam fierit rogabit.

† ego conprando teste subscripsi
† ego grisio filio leoni teste subscripsi
† ego confreda filiu lupi teste subscripsi
† ego stefano teste subscripsi
† ego ansfreda teste subscripsi
† ego petelgar teste subscripsi
† ego leomari teste subscripsi
† ego teodelaupo filiu teodici teste subscripsi
† ego ermepertu teste subscripsi
† ego ramipertus notarius teste subscripsi
† ego barbatus notarius teste subscripsi
† ego gaidepertu notarius teste subscripsi
† ego qualdiperto clerico teste subscripsi.

XXXV.

A. D. 852.

† In nomine domini tertio anno principatus domni nostri siconis et domni petri rectori eius principis mense martius quintadecima indictione. ideo que ego teodericus filius leonis bona quidem mea volumtatem venumdedit tibi waiferio filius bone memorie dauferi terram meam cum arbusto vitatum et cum castanietum seu quertietum, hec sunt tribus clausa; ipsa terra cum arbusto vitatum abet finis de uno capite fine de filii potelfrid et pertange in fine iacob et peresse in fine bonebarbe et pertange in ipsa. . . . . . . quomodo arbusto discernit, de uno latere fine biliantii et pertange in fine ildeprandi et indeque in fine bonebarbe et ferrandi et gattoni, et de alia pars fine ildeprandi et rodelaupi, de alio vero capite fine rodenandi et rodelaupi et perexiet in fine gattoni; ipsa pettia cum ipso castanietum et quertietum de pede et de uno latere fine bonebarbe, et de alio latere fine rodenandi, et de alio capite fine bia trabersa; tertia vero pettia qui est idem castanietum et quertietum abet finis de pede fine rodenandi et rodelaupi et fermosacii et de uno latere fine fermosacii et fili, de alio bero latere fine de filii iudecausi, et de uno capite fine bia trabersa. infra predicte omnes finis sortionem meam integram, quod mihi ex genitorem meum pertinuit sibe aut per comparationem vel undecumque mihi infra dicte finis sortionem mihi pertinentem est, totum in integrum meam sortionem tibi qui supra venumdedit possidendum cum bice de bie sue qui est in locum sianum finibus rotense; sive et ubique de portionem meam inbentus fuerit tam in montem et in plano , ut dudum diximus , integram portionem meam cum sortionem meam de casis que ibique posite sunt et cum omnes pomiferis et inpomiferis arboribus suis et cum inferius superiusque suis, unde portionem meam neque mihi neque aliis hominibus reserbo, sed integram meam portionem tibi venumdedit possidendum. unde manifestus sum, quod iam abeat a te receptum pretium solidos triginta, et modo de presentem recepit a te finitum pretium idem biginti solidi quod fiunt quinquaginta solidi, eam rationem, ut amodo et semper predicta nostra vinditio tu et heredes tuis habere et possidere valeatis; de quibus repromitto ego et meisque heredibus obligo tibi vel ad tuis heredibus hec nostra vinditio nos vobis ab omnis homine inantestare et defendere promittimus. quid si menime potuerimus, aut si forsitan nos ipsis per quolibet ingenium retornare quesierimus, questio nostra sint vacuo et duplum suprascriptum pretium nos vobis componere promittimus; et insuper quod ipsa nostra vinditio apud vos remelioratum fuerit, sub estimationem pretiis vobis restituamus, et de colludio si a

vobis pulsatis fuerimus per dei misteria vobis satisfaciamus. quod vero tenore te totonem notarium ut scribere rogavit. actum salernum mense indictione suprascripta feliciter.

signu manus suprascripti teoderici qui hoc fieri rogavit

† ego maio filiu nandichis teste subscripsi

† ego grimoald me subscribsi

† ego imetancu filio teupi teste subscribsi

† ego trasenandus me subscrissi

† ego petrus abbas rogatus ut supra me subscripsi

† ego benedictus filius atitioni teste

† ego sico referendarius teste subscripsi.

XXXVI.

A. D. 853.

† In nomine domini quartu anno principatu domni nostri Siconi et domni petri rectori eius principi mense aprilis prima indictione. ideo que nos leodelghisi et sabelgardus clerici uterini iermanis filii leonis dum taliter veniens ipse suprascripto leo ienitori nostro presentiam subscriptorum iudicibus et tribuit nobis licere, ut cum conssenssum et volumtatem eius et comvenientiam fierent inter nos et waiferius comes et stavilis esset: dum datam nobis qui supra iermanis abssolutionem ienitori nostro presentiam is dicti iudicibus, postmodum novis ab ipsum recepimus largietatem, nos leodelghisi et sabelgardus clerici cum conssenssum et bolumtatem eius bicariabimus tivi qui supra waiferius comes filius bone recordationis dauferi integram ipsam casam nostram lingnitiam, qui in solarium est positam quot emtam abemus ab a nandechis filius maioni qui fuet gastaldus et ab a angilpertus de tosscianum [1]) filius casurtii, una cum ipsa terram vacuam ante ipso solarium, quot emtam abemus ab a audonem filius cattioni et a palatium expetutum [2]) abemus intus ec nobam salernitanam civitatem subtu plateam sub ipsa fistulam publicam, fine aventes ipsa casam et terram nostram de uno capitem fine ipsa casam ursi filius lupi, de uno latere fine ipsa casam vestram que fuet iohanni portarii quot emtam abetis a dauferi co-

---

[1]) *Tosscianum*, vel *Tosciano* prope Salernum, ubi proprie *Battipaglia* dicitur.

[2]) *Expetutum*, pro expetitum, recuperatum.

mite nepotem vèstrum, de alio capitem fine plateam sub ipsa efistulam publicam, de alio laterem finem ipsa casa, qui fuet causari filius luperissi ubi modo resedit nantelgari notarius, et perconiunientem in supradictas priores finis, et est per menssuram a finem suprascripti ursi usque in suprascripta platea sub ipsa efistulam in longitudo passi obto, et in latitudo da fine da ipsa casa qui fuet suprascripti iohanni portarii usque in finem de casa qui fuet suprascripti causari sunt passi tres et medium, at passum iustum de ominibus menssuratum. de is dictam casam et terram, qualiter finis disscernunt et sicut menssuratum est, neque novis qui supra iermanis [1]), neque cuilivet ominibus nihil ivique reservabimus sortionem, set, sicut diximus, cum terram ipsam, ubi ex ac casam edificatam est et cum suis propriis tabuliciis [2]) et cum tecto suo de ipso solarium, et cum proprie glutte [3]) de ipso solarium in sua terram cecidentem, et cum inferius superiusque suis et cum proprio andito suo, unde in ipsa casam et terram introire deveatis, sicut nos ivique introibimus et vos introire et degredere et ingredere deveatis, in integrum, ut supra diximus, tivi qui supra waiferi vicariabimus at possidendum. unde in presentem pro ista nostram vicariationem in presente recepimus nos a te in vicariationem integram casam vestram terraneam fravitam [4]) cum terram vacuam qui est ante ipsa casa et coniunie in ipsa casa quem abuistis similiter ec salernitanam civitatem a plateam, qui pergit intus curtem sagri palatii super casis eadem monasterii sancti ieorgi: finitum est nostram bicariationem in ea vero rationem, ut amodo et semper te tuosque eredes suprascriptam nostram bicariationem avere et possidere baleatis. de quibus nos repromictimus et eredes nostros colligamus vobis qui supra waiferi et at vestris eredibus, quot eadem nostram vicariationem nos vobis av omnibus ominibus inantestare et defendere promictimus. quit si menime potuerimus, aut si nos ipsis forsitans retornare quesierimus, ec omnia a nostram partem stavile sit et alia tantam terram in eodem locum nos vobis demus; et quot amodo in eadem terram fuerit edificium factum, sicut in illis diebus paruerit ipse edificio, sub estimationem pretiis nos vobis restituemus, et de colludio iuremus, et a partem vestram et de vestris eredibus de amplie calumnie soluti maneamus. Sicut te lopenandu notarium tali tenore scribere rogavimus. Actum salerno.

† ego qui supra leodeghisi me subscripsi.

† ego sico referendarius me subscripsi

---

[1]) *Iermanis* idem ac germanis: litera i pro g. saepenumero utitur, ita in eadem charta invenies. *coniunie* pro coniungit, *Ieorgi* pro Georgii.

[2]) *Tabuliciis*, pro tabulatis.

[3]) *Glutte*, idem ac subgrundiae.

[4]) *Fravitam*, idest fabricatam.

† ego qui supra sabelgardus me subscripsi
† ego dauferi comes me subscripsi
† ego madelfrid
† ego audoaldo filio aldemari teste subscripsi
† ego maienolfus filius roffridi
† ego adelratu teste subscripsi
† ego sichardu teste sum
† ego madelmo filio maioni teste subscripsi
† ego ragemprandus notarius testis sum
† ego rotthardus teste sum
† ego radechis comis me subscripsi
† ego nanteigari notarius testis sum
† ego liopertus filius leoni teste sum
† ego ragemprandu filio trasenundi teste sum.

XXXVII.

A. D. 853.

† In nomine domini quartu anno principatus domni nostri siconi et domni petri rectore eius principis mense septembri secunda indictione. ideo que ego ermeperga filia ermemari interrogatas et inquisita sum da lupu sculdais filio dacoaldi, ut ne aliqua violentia a viro meum nec a nullo homine ego patere, set in eius presentia declarata sum pura et sinceras volumtate mea et una cum ragenfrid viro meum filio radiperti et cum ursu filio fermosaci et boni filii ursiperti propinquiori mei parentis et mundoaldi meis, qui mihi consentientes sunt secundum legem in edicti pagine contine, una cum suprascripto viro meu et una per absolutione suprascripti radiperti genitor et sociro nostro, vindedimus vobis, idest maurici et lamedfrid germani fili leomari, terra mea cum arbustu vitatu, quem habeo super bicum de locum barbattianu et propiu locum nominatum ad arbustu; habent finis de uno latu fine terra de fili ermerissi et de fili aoderami, et de uno capu fine terra alerissi fili aoderami, et de alio latu fine terra grisimperti et de fili lupi, et de alio capu fine via pluvica. infra iste predicte fines quartam pars mea exinde vobis qui supra germanis vindedi, qui mihi pertine de meum morcincaput de quodam dacipertu primu

anteriore viro meum filio pertoaldi; unde de nominata quarta pars nec mihi qui supra vinditrici nec cuitlibet nihil remansit portione, set vobis germanis in integrum vindedimus possidendum una cum inferiore et superiore suo. unde pro suprascripta nostra vinditione una cum suprascripto viro meum recepimus finitum pretium a duos suprascripti emptori mei auro beneventano solidum unu et tremisse; eam ratione, ut ammodo et semper vos et heredes vestri predicta mea vinditionem in integrum habere et possidere valeatis: et unde nos repromittimus qui supra vinditoris, et heredes nostris conligamus vobis suprascripti emptoris nostri et ad vestris heredibus exinde ab omnes homine inantistare et defendere. quid si minime nos vobis exindeque inantistare potuerimus, vel sit nos ipsi per quodlibet ingenio retornare voluerimus, dupplo pretiu ipsu nos vobis conponere promittimus, et quod aput vos remeliorata parueri ipsa nostra vinditio in quadlibet parte, sub estimatione pretium in integrum nos vobis restituamus similiter in dupplo, et de colludiu inde nos vobis iuremus ad dei evangelia. et iterum ego que supra ermeperga una cum suprascripto viro meum dedimus vobis suprascriptis germanis emptori nostri et leoperti barbane vestro ipsa cartula vinditionis, quam marinu filio ermemari ipsa cartula vinditionis emissa habui pertoaldi filio tauri de ommnia rebus substantia sua tam de movile quam et inmovile omnia et in omnibus; et ipsa cartula scripta est per cumpertu notarium in tertio anno principatu domni sichardi mense aprili tertia decima indictione et roborata per scripturi a testibus manibus sui edone[1]) persone; eo tenore vobis qui supra dedi ipsa cartula pro vestra defensione ad abendum in vestra potestatem ammodo et semper securo nomine. sicut te gaidepertu notarium taliter ut scribere rogavimus. actum barbattianu mense et indictione suprascripta feliciter.

signu manus suprascripte ermeperge et suprascripti viro eius qui ahnc cartulam fieri rogavi.

† ego qui supra lupu me subscribsi

† ego leo filio lunari teste sum

† ego ermefreda presbiter teste sum

† ego sindelpertus presbiter teste sum

† ego rappertu filio mauriperti teste subscripsi

† ego ramipertu filio contari teste sum

† ego rappertus filio altemundi teste subscripsi.

---

[1]) *Edone*; seu idoneae.

XXXVIII.

A. D. 854.

† In nomine domini quinto anno principatu domni nostri Siconi et domni petri rectori eius quam primo anno dommi ademari principibus mense februario dies beneris secunda indictione. memoraturium factum a nos lupus et lanpertus et amipertus diaconus et walpertus germani filii boneperti, et radeprandi filii raduli et adelprandi filii ragimperti, quomodo ante bonorum hominum qui subter scripti sunt, retradidit nobis waaldipertus filius adelperti de murtula [1]) ipsa terra campense quem abuimus propio sancta. . . . . qui cum terra ipsius waldiperti iuntum est, et de unu latu fini terra sancte marie, et de unu capu de filiis rapperti, et de alio capu fini bia publica. de ipsa terra abuimus intentionem cum ipsu suprascripto waldipertus ecce modo nobis ipsa terra tradidit, sicut de ante os anno nostra fuit, et manifestabit ipse suprascriptus waldipertus, ut da modo de ipsa terra per nullis modi nec per nullo ingenio nobiscum exinde contendere au casare [2]) de ipsa suprascripta terra. factum est in tostattiu in ipso mercatu, et ursu notarius interfui.

† ego raudipertu teste
† ego giso filio leoni teste
† ego adelfreda teste subscripsi
† ego leomari teste subscripsi
† ego totelgisi teste subscripsi.

XXXIX.

A. D. 854.

† In nomine domini quinto anno principatu domni nostri siconi et domni petri, et primo anno domni ademari principibus mense octubrio tertia indictione. ideo que ego cussiperga filia

---

[1]) *Murtula,* idest muris cincta — In Gloss: habetur tantum *murtus* pro parvo muro.

[2]) *Casare*, pro causare iuxta consuetam formulam, scilicet litigare.

liosperti et relicta fuit quondam raginpertu filio arniperti et ab issu biro meo traditu abuit morgincapu quartam parte de omnes res sua; modo congrugu est mihi de ipsa quarta mea bindere, benior in presentia ragenprandi sculdais et ab eo interrogata sum, ne aliquas biolentia a quabis omine patere; set mea bona bolumtate et secundu lege mihi consentiente duos parentis meis idest rospertu germanos meum et magipertus filius ursi, et per notitia de suprascripto iudice ego nominata cussiperga benumdo tibi teoderici filio iubini ipsa quarta mea, quam legibus tollere debeo de ipsa res quod tu teni, quod ante os tempu arnipertu socero meu bindutu [1]) abuit suprascripto iubini genitori tuo et genculi et quandoni germani, seo et de quantu da suprascripto raginpertu biro meu conparatu abuistiti ipsa quarta esinde legibus tollere debuit, in integrum tibi qui supra cum finibus et bia sua bindo possidendu. unde recipi a te fenitu pretiu tremissi quattuor ea ratione, ut amodo et semper tu tuis eredibus suprascripta nostra binditione abere possidere baleatis; de quibus me repromicto, et meus erede obligo tibi qui supra et tuis eredibus desta [2]) nostra binditione ab omnis omine defensare promicto mictemus. quit si menime potuerimus, aut si per nos ipsi per quolibet ingeniu retornare quesierimus, duplo suprascripto pretiu bobis conponere spondimus, et insuper quantu aput bos remelioratus fueri sub estimatione pretii bobis restituemus; iteru et ipsa quarta tibi dedi pro defensione. et te roppertus notario scribere rogabi. salerno mense indictione feliciter.

† ego qui supra ragemprandus me subscripsi
† ego rapperto filio aliperti teste subscripsi
† ego wampertus notarius testi subscripsi
† ego leocardo filio lupi subscripsi
† ego leonprandu filio leopardi teste subscripsi
† ego ursu filio tassiloni subscripsi.

XL.

A. D. 855.

† In nomine domini sex anno principatu domni nostri siconis et domni petri et secundo anno domni ademari principibus mense magio tertia indictione. ideo que ego locerna religio-

[1]) *Bindutu*, valet venditum.
[2]) *Desta*, pro de ista.

sas femina filia quondam santiperti, et relicta fuit quondam gennari filio optimi, hab issu [1]) biro meu in die nuttiaru traditum habuit mihi morgincapum des omnibus rebus substantie sue; dum ipse bir meum defuntus est, congrugu est mihi pro mei necessitatibus de ipsa quartam mea bindere, benior in presentia radoaldi sculdais, et ab eo interrogata sum, ne aliquas biolentia ha quabis hominem patere, in eius presentia me declarabit, quod nulla biolentia ha quabis omnine pateor; nisi pro mei necessitatibus, et bona mea bolumtatem, secundu lege mihi consentientes iohanne filio meo et atrepaldo filio iohanni et per notitia de suprascripto iudice, ego nominata locerna et per absolutione prenominatus filios meu benumdo tibi iosem medico terra mea cum bineas et pommiferi in locum, que dicitur andrelle [2]) propinco ecclesie sancti genuari: abentes fini de uno latu fine bia et de pede fine bia pulbica, de alio bero latere fine de filii ermenandi, sicut petre ficte sunt, de super capite coniuntu est ad fine tua qui supra iosem medico, cod da bonipertu emtu abit. clauso sto, sicut supra fini posite sunt, de quarta parte una parte esinde tibi qui supra bindedi, quod est quartam mea de meu morgincapu ipsa quarta mea, sicut supra diximus, circo fine tua tibi qui supra in integrum benumdo possidendu cum bece de bia sua. unde pro suprascripta mea binditione recipi a te esinde fenitum pretiu auru solidos tregintacinque [3]) ea ratione, ut amodo et semper tu tuis eredibus suprascripta nostra binditione abere possidere baleatis: de quibus obligo me et meus erede tibi qui supra et tuis eredibus desta nostra binditione ab omnis omine defensare promictemus. quit si menime potuerimus, aut si per nos ipsi per quolibet ingeniu retornare quesierimus, duplo suprascripto pretiu nos bobis conponere promictemus, oc est solidi septuaginta; et insuper quantu aput bos remelioratus fueri, sub estimatione pretii bobis restituemus, de conludio bobis iuremus. et te roppertus notario scribere rogabi. salerno mense indictione feliciter. signum manus suprascripte locerne et ioanni et atrepaldi qui ac cartula scribere rogabimus.

† ego qui supra radoaldo

† ego toto notarius testis sum †

† ego ursu filio iohanni teste

† ego radolfus filius leoni testis sum

† ego antipertu sculdais me subscripsi

† ego ramperto teste subscripsi

† ego wisenolfu teste subscripsi

---

[1]) *Issu*, vox vernacula pro ipso.

[2]) *Andrelle*, locus extra Salernum cis flumen Lyrinum, ubi Ecclesia erat S. Ianuarii.

[3]) *Cinque*, italica vox, latine quinque.

† ego radoaldo filio leoni teste
† ego lupu filio iohanni teste
† ego trudelpertu me subscripsi
† ego leocardo filio lupi me subscripsi
† ego sindo filio gentili teste subscripsi
† ego modericus filius ilderici
† ego radolfo filio ermecausi
† ego adelperto filio lupi teste subscripsi
† ego auprando filio radolfi teste subscripsi.

XLI.

A. D. 855.

† In nomine domini sexto anno principatus domni petri et secundo anno principatus domni ademari principibus, mense octuber quarta indictione. ideo que nos i sumus teodi et cunipertus germani filii pauliperti abitatori sumus noceria, et una per largietate et absolutione walperti filii waliperti et aliperti filii wale et ipsi stante vinumdamus tibi benenati filio biati terra nostra qui est arbustu bitatu, quem abemus in locu qui dicitur puteum regente et proprio ad aiella [1]) bocatur, quem per cartule emtum abuimus da armogeni et ursu filiis cintioni: abet finis ipsa terra de uno latu et de uno capu fine terra aliperti filii fusculi, et peresset in terra rapperti filii fusculi, et peresset in terra rapperti filii arniperti, et de alio latu fine terra forterami filii fusoaldi et terra tua qui supra emtori, et de alio capu bia publica. infra has autem finis, unde nec nobis qui supra binditori, neque ad alterius homines nihil reserbavimus portione, set totum in integrum tibi qui supra benenati bindimus ad possidendum cum superiores et inferiores et cum bice de bia sua. unde pro ipsa nostra binditione recepimus a te qui supra emtore nostro finitum pretium aurum solidi treginta dui, eam ratione, ut amodo et semper tu et heredes tuis ipsa nostra binditio abere et possidere baleatis; eo tinore colligamus nos qui supra teodi et cuniperto et heredes nostros colligamus tibi qui supra benenati et ad tuis heredibus. ut ipsa nostra binditio nos vobis ab omnis homines inantistare et defendere promittimus. et qui sit minime

[1]) *Puteum regente et proprio ad Aiella* : *Pozzo regente* vel *Agella*, in Nuceria.

inantistare non potuerimus, aut per nos ipsi per quolibet ingenio retornare quesierimus, dupplo supradicto pretium nos vobis componere spondimus, oc sunt solidi sexaginta quattuor: et insuper quod remelioratum paruerit sub estimatione, pretiu nos vobis restituare placitamus, et de colludio vobis iuremus, et hoc insuper ipse cartule, quod exinde firmate abemus, ipse tibi in defensione dedimus, in talis vero ratione, ut quando novis aut ad nostris heredibus necesse fuerit, ipse nobis adpresentatis et semper redea ad vestra potestate et de vestris heredibus omni tempore ad abendum et conserbandum, et han cartula ut supra sit firme. et te liuspertus notarius scriberis rogabit.

† ego qui supra alipertus me subscripsi
† ego wiselgari teste subscripsi
† ego aitio teste subscripsi
† ego nandipertu teste subscripsi
† ego adelpertu filiu antiperti teste subscripsi
† ego lupu filio boniperti
† ego ermepertu filius iohanni teste subscripsi
† ego totelgisi teste subscripsi
† ego teoprando teste subscripsi
† ego audemari teste subscripsi
† ego wisenolfu teste subscripsi.

XLII.

A. D. 855.

† In nomine domini septimo anno principatu domni nostri petri et tertio anno domni ademari principibus mense decemvrio quarta indictione. ideo que ego leodempertus filio miteperti pura et sincera mea bona bolumtate bindedimus tivi siconi filio tancomari terram meam cum bineam et suis pomiferis, quem abeo il locum [1]) qui dicitur iovi finibus salernitanis: fine abentes ista meam vinditionem, de super capite finem bia publicam, de uno latere fine vestra qui supra emtori, et perconiunge in fine roffrid et deducit usque in ribus, de subto pede fine terram epi-

[1]) *Il locum*, *il* pro *in*.

copio salernitano, sicut medio ribus discernit, de aliam partem fine radiperti sicut termiti ficti sunt, et per ipso latere perdeducit usque in ipso ribus. clauso isto per designates finis metietatem in integrum iusta te preendendum cum ipsa media casa qui ivi est posita, tivi qui supra bindedimus possidendum cum inferius superiusque et cum abiacentiis [1]) et coerentiis et cum usu aquarum: ipsa metietate, de sicut diximus, in integrum tivi qui supra bindedimus at possidendum, nominata illa alia metietatem in mea reservo potestatem. unde pro ista mea vinditione in presente recepimus a te qui supra emtorem nostrum, oc est pretius auri beneventani solidi beginti et uno veteri de domno sichardo, finitum est ea vero rationem, ut amodo et semper te tuisque eredibus suprascriptam mea vinditionem avere et possidere valeatis. unde de quibus nos repromictimus et eredes nostros colligamus tivi qui supra et at tuis eredibus, de is dicta mea vinditione av omnibus omnibus inantistare et defendere promictimus. quit si menime potuerimus. aut si nos ipsis forsitans retornare quesierimus, duplum suprascripto pretium nos vobis conponere esspondimus, oc sunt solidi quatdraginta et duo; et insuper quantum ista nostra vinditio aput bos remelioratum fuerit, sub estimationem pretiis nos vobis restituemus et de colludio nos vobis iuremus. iterum et repromictimus tivi et at tuis eredibus, quot si ego et eredibus meis ipsa suprascriptam metietatem quot mihi reservavit, bindeturum abuerimus, at nullus quemquam ominem ipso vindamus aut in quacumque partem exinde demus, de sicut conclusum est, nisi tivi qui supra et at tuis eredibus bindamus, at iusto pretium quot per doctos omines atpretiatus fuerit; et si alii hubique exinde datum paruerit, securiter per istam cartulam ebeniat in vestra potestatem at semper abendi nomine sine mea vel eredibus meis aut cuiuslivet contradictionem, simulque et anteponimus tivi de supradicta clusam de illos quod mihi reserbavit. quot si in ec mea vinditione aut genetrices mea bel uxor meam intrare volueris at quarte sue inde tollendum, de quantum per illas vobis exinde tultum [2]) esset, in alio tantum liceat vos, de sicut diximus, in supradicta clusa introire in is qui exinde mihi reliquit, et per estimum de vonis omines ex ipso tollatis et securiter per ista cartulam possideatis. sicut te lopenandu notarium tali tinore scribere rogabimus. Actum salerno feliciter.

† ego ademari me subscripsi

† ego ermenandu filio ermemari teste

† ego ropperto filio ildeperti teste

† ego walperto filio ildeperti teste

† ego lupuini filio lupi teste

---

[1]) *Abiacentiis*, idest adiacentiis.

[2]) *Tultum*, part: a tollere pro sublatum.

† ego benedictu filio boni teste
† ego adelperto filio lupi me subscripsi
† ego iosep notarius teste
† ego raginpertu notarius teste
† ego ragemprando teste subscripsi
† ego cuffelga teste
† ego lambaiari teste subscripsi.

XLIII.

A. D. 856.

† In nomine domini tertio anno deo propitio principatu domni ademari mense februarius quarta indictione. ideo que ego roffrida filius quondam ropperti binundabo tibi siconi filio tancomari terra mea cum bineis et quertietus in locum qui nominatur iobis: abentes fines ex ipsa mea binditio de uno capites fine bia, et de alium capites fine ballones [1]) qui discerni da terra episcopii et de alie omnes partis coniuntu ad bestro qui supra: infra anc finis nec mihi qui supra bindetoris nec walpoli germanis mei, nec culibet nulla reserbabimus, set infra finis in integrum da inferioribus et superioribus suis bovis qui supra bindedimus possidemdum cum bia sua. unde pro hanc mea binditione recipi a te qui supra entoris meo fenitum pretium auro beneventano solidos trigintas eam ratione, ut amodo et semper tu tuisque redibus suprascriptam nostram binditionem abere et possidere baleates; de quibus repromictemus nos qui supra binditores et meisque colligo eredes tibi qui supra et ad tuis eredibus ex ipsa suprascripta nostra binditione ab onnis homine defensare spondimus. qui si menime potuerimus, aut per nos ipsi per colibet ingenium retornare quesierimus, dupplo supradictos pretium nos bovis cumponere spondimus; et insuper cot suprascripta nostra binditio aput bos in quabis partem sub estimatione pretiis restituaamus bovis et de colludiu bovis iuremus. unde te wanpertus notarius scribere rogabit. actu salerno mense indictione feliciter. signu manus suprascripti roffridi qui ascribere rogabit.

† ego radolfus filius ermecausi
† ego adelhisi filio wilemundi testi

---

[1]) *Ballones*, vox vernaculi eloquii idest valles.

† ego wandelhisi filio wamperti teste
† ego balericus notarius
† ego toto notarius testis sum
† ego leonprandu filio leopardi teste sum
† ego nandelghisi filius nandi testis sum
† ego benenato filio fortenati teste
† ego orseprandu filio ursi me subscripsi
† ego teodorico filio dardarici testes
† ego casteleo filio leuni me teste
† ego desideri filio ursiperti me subscripsi.

XLIV.

A. D. 856.

† In nomine domini tertio anno principatu domni nostris ademari mense aprilis quarta indictione. ideo que ego radechis comes filius moncolani declaro quia ante os annos vindedit tibi waiferi comiti filius dauferi terra plantata arboribus et baciba uno tenientem circo carbonario propinquo civitatem salernitanam, quod epmtum abuit ab hominibus atranensis et da ermengari filius ermechis: tali ordine tibi vindedit, ut si quicumque homo tecum aut cum tuis heredibus causare infra ipse fini, qualiter in illa cartula benditionis de ipsa terra ad ipso anglone da super circo ribus pastini quantum ibidem fuit derosulu clerico quod ipse ermengari mihi vindedit, et per legem et iustitiam ipso derosulu convincere potere sacramenta secundum legem tibi persolbere, ut nostro non esset conludio, et reddere tibi ego aut meis heredibus solidos triginta de domno sichardo, sicut inde accepi, amplius non vobis de ipso derosulu circo ipso anglone, sicut supra legitur, iustitiam persolbere. modo vero mea vona voluntas per hanc cartula confirmo in possessionem tuaque waiferi predictam terram, que supra legitur, in integrum. quod ermengari mihi vindedit qui fuit derosulu, ut ego et meis heredibus adversus te waiferi et tuos heredes semper inde taceamus et ab omnibus hominibus vobis ipso inantestare et defendere debeamus omni tempore; et si nos inde causaberimus, vel si ab omnibus hominibus vobis ipsos defendere non potuerimus, ante omnia nos inde taciti maneamus et sagramenta vobis inde persolbamus, ut nostro non sit conludio, et insuper duplo pretio vobis conponamus quantum ipso

derosulu quod mihi ipse ermengari vindedit, in die illo fuerit balientem, ita ut per illa anteriore cartula de ipso derosulu nullam nobis intentionem mittatis, sed illo alio per eadem cartulam abeatis, sicut continet. simulque per hanc cartula dono tibi predicti waiferi terram ipsam in ipso mercatum a super carbonario, qui est in capite de ipso arbusto tuo secus ipso ballone in longitudinem pedes octoaginta et in latitudinem pedes viginti sex, hubi tu casam edificastis qui est a parte de ipso arco: tali ordine tibi ipso donabit, ut ego et meis heredibus adversus te et tuis heredibus semper inde taceamus. et si per nos cuicumque datum paruerit esset beraciter, nos vobis ipso defensemus; et si nos inde causaberimus, vel si per nos datum paruerit et non ipso vobis defensaberimus, dupla terra in eodem loco vobis dare promittimus, qualis ista nostra donationem in die illo paruerit; si alter quicumque homo vobiscum inde causaberit, nullam vobis inde defensori siamus nisi tantum sagramenta vobis persolbamus secundum legem, ut nostro non sit conludio, et in isto tinore recepi a te launegildum manicios pario uno. verumtamen hec omnia, que supra legitur, sic repromitto adque confirmo, ut hubi hec cartulam ante iudices publicos per duas vices ad heredes meos ostensam et relectam fuerit et posteam inde causaberit tecum aut cum tuos heredes, sic vobis culpabiles sit et omnia vobis persolbat, sicut supra legitur. sicut te ragemprandum notarium scribere rogavi. actum salerno mense indictione feliciter.

† ego qui supra radechis comes me subscripsi
† ego drogo filius roderissi teste subscripsi
† ego rodelchis me subscripsi
† ego rodelgardus filius radelchis teste sum
† ego roderissi filius rodelchis teste subscripsi.

XLV.

A. D. 856.

† In nomine domini tertio anno deo propitio principatu domni nostris ademari mense iulio quarta indictione. ideo que ego rappertus filius quondam mauriperti habitator sum in barbattianu, dono adque per hanc cartula cedo tibi waiferi comiti filius dauferi terras cum arbusto et bacibu, hoc sunt pettie [1]) due, una ex ipse est in locum qui dicit casa amabile acto sarnense: abet

---

[1]) *Pettie*, pro glebae.

fini de una parte tuaque waiferi quod tibi retradidit rappertus, de capu fine via, de alia parte fine terra quod tenet lupu filio decorusi et peresset in fine lopari, de pede fine lupi filius romari; est per mensuria in longitudo passi centum sessaginta nobe, in capu latu passi quinquaginta sex, in medio passi quinquaginta octo, in pede passi triginta sex. ipsa alia pettia in locum qui dicit angre in eodem acto sarnenses abet fines, de uno latu mea que rapperti, et de uno capu bia, et de alio latu fine ecclesia sancti sisti, et de alio capu fine padule; est per mensuria in longitudo passi centum octoaginta et in latitudo passi viginti quattuor et gubita dua. clausa ista ambas, qualiter ut supra fini et mensurie posite sunt, totum in integrum tibi nominati waiferi una cum inferius et superius suis et viis suis donabit possidendum, unde nec mihi neque alteri hominibus vel cuicumque nullam exinde reserbabit. et pro confirmandam hanc mea donationem, de presentis recepi a te launegildum manicios nuscinii [1]) pario uno ea rationem, ut amodo et semper tu nominatus waiferi et heredibus tuis suprascriptam mea donatione in integrum habere et possidere valeatis; de quibus me repromitto et heredes meos hobligo tibi et heredibus tuis ex ipsa mea donationem ab omnis homine inantestare et defendere. quid si non potuerimus, aut si nos ipsi forsitans per quodlivet ingenio retornare quesierimus, dupla et simile rem in eadem loca vobis dare promittimus, qualis ista nostra donationem in die illo paruerit; si vero a parte palatii quicumque homo vobiscum exinde causaberit et per legem ipso a pars palatii conviceri, sacramenta vobis exinde persolbamus cum duodeci aidos nostros, ut nostro non sit conludio, amplius vero a parte palatii nullam vobis inde persolbamus. sicut te ragemprandum notarium scribere rogavi. actum salerno in sacro palatio feliciter. signum manus suprascripti rapperti qui hanc cartula scribere rogabit.

† ego madelfrid
† ego dauferi comes me subscripsi
† ego grimoald me subscribsi
† ego petrus marepais teste subscripsi
† ego rodelchis me subscripsi
† ego gaido me subscripsi
† ego ragimbertus teste
† ego sico referendarius me subscripsi
† ego madelmo teste
† ego radechis comis me subscripsi.

---

[1]) *Manicios nuscinii*, idest chirotecas cum fibulis.

XLVI.

A. D. 856.

† In nomine domini tertio anno principatus domni nostri ademarii magnus princeps mense augusto quarta indictione. ideo que ego leoprandus filius bonecausi benundedit tibi ursi filio iacob terra mea que est arbustu bitatu, quas abeo in cirasulu actu rotense: que abet finis ipsa terra de uno latu fine terra tua qui supra ursi emtori, de uno capu fine bia, de alio latu fine terra teoderici filii causoaldi, de alio capu similiter fine sicut bia discerne. infra has autem finis, unde nec mihi qui supra binditori neque ad alius homines nihil seserbabimus portiones, set totum in integrum cum inferius superius ipso tibi benundedimus ad possidendum cum bice de bia sua. unde pro confirmandam hanc mea binditionem, de presentes recepit a te pretium aurum solidos benebentanos numero nobe, finitum est totum pretium in ea bidelicet ratione, ut ipsa nostra binditio abere et possidere valeatis, et hoc repromitto ego nominatus leoprandus et heredes meos colligo tibi iamdicti ursi et ad tuis heredibus, ut ipsa nostra binditio ab omnis homines inantistare et defendere promittimus. quid si defendere non potuerimus, aut si nos ipsi per quolibet ingenium retornare quesierimus, duplum pretium nos vobis componere spondemus, hoc sunt solidi decem et octo, et quod aput vos remelioratum paruerit in quacumque parte aut super factum edificium. sub stimatione pretii nos vobis restituamus; de culludio vobis iuremus et hanc cartula binditionis, ut supra sit firma. et te liuspertus notarius scriberis rogabit.

ego qui supra leoprando me subscribsi
† ego lupini teste subscripsi
† ego truppoaldus teste subscripsi
† ego urso teste subscripsi
† ego ramipertus notarius teste subscripsi
† ego teotardo teste subscripsi
† ego maio filio probati teste subscripsi
† ego raginpertus subscripsi
† ego ermepertu teste subscripsi
† ego richardu teste subscripsi.

XLVII.

A. D. 856.

† In nomine domini quartu anno principatu domni nostri ademari principe mense decembrio quinta indictione. ideo que ego lupo filius quondam maioni benumdo tibi iosep medico terra mea cum binie et cum omnes arboribus de pommiferi et cannietu et salicetu [1]) in locum que dicitur malianu [2]) qui est bidetur a super flubio lirinu ; habentes fini de una parte fine antiperti sculdais, como [3]) metia sepe discerni et termiti ficti sunt, de super latere fine bia pulbica, de alia parte fine metia sepe, qui discerni da fine de rede [4]) gaidenardi comite, quod ego ei ante os die bindutu abuit, de supter latere fine aqua de flubio lirinu. infra as autem fini metietate predicta terra cum metia casa et metiu palmentu et medio susceturio [5]) et cum bece de bia sua ipsa metietate in integrum tibi qui supra benumdo ad possidendum ; unde de ipsa metietate, sicut superius legitur, nec mihi suprascripto binditori, nec alteri omini non dico remanere, set inferius superius tibi qui supra in integrum bindedimus possidendum: reliqua illa alia metietate in nostra reserbabimus potestate. unde pro suprascripta nostra binditione recipimus a te fenitu pretiu auru solidi quinquaginta boni beteri de domnu sicardo, ea ratione, ut amodo et semper tu tuis eredibus suprascripta nostra binditio abere possidere baleatis; de quibus obligo me et meus erede tibi qui supra et tuis eredibus de sta nostra binditione ab omnis omine defensare promictemus. quit si menime potuerimus, aut si per nos ipsi per quolibet ingeniu retornare quesierimus, duplo suprascripto pretiu nos bobis conponere spondemus, et insuper quantu aput bos remelioratus fueri, sub estimatione pretii bobis restituemus, de conludio bobis iuremus. iteru si uxor mea aut nore me aut quicumque omo de sta suprascripta binditione bobis tollere bolueri, liceat bos intrare in ipsa metietate quas mihi reserbabit, et alio tantu per estimo de boni omini tollere et per an cartula firmiter abere, et amodo quantu ipsa octaba et quarta fueri de ipse femine de ipsa rem in nullis partibus ipso dare possamus, set amodo per an cartula tibi ipso antepono quam et ipso brebe quod da petru clerico filio gaidenardi comite emissu abeo, quod mihi absolutione dede suprascriptam rem bindere, pro qua gaidenardi genitori eius esinde obli-

---

[1]) *Cannietu et salicetu*, idest arundinetum et terra salicibus plantata.

[2]) *Malianu*, territorium prope Salernum.

[3]) *Como*, italice *come*, latine quomodo.

[4]) *De rede*, pro haerede.

[5]) *Suscelurio*, idem ac susceptorium receptaculum.

gatu fui, ut ei ipsos bindere et modo mihi ipse petru filio eius absolutione dede [1]), et ipsu brebe tibi dedi pro tua defensione. et te roppertus notario scribere rogabit. Salerno mense indictione feliciter.

† ego antipertu sculdais me subscripsi
† ego ragemprandus notarius testis sum
† ego ermenandu teste subscripsi
† ego leocardo filio lupi me subscripsi
† ego lopenandu notarius testis sum
† ego aldo filio alloni me teste subscripsi
† ego paulus
† ego ragemprandus testi subscripsi
† ego ragimpertus filius balerici testis sum
† ego leonprandu filio leopardi teste subscripsi
† ego modericus filius ilderici teste
† ego rottelmannu filio romani teste
† ego teupu filio teuperti teste subscripsi
† ego iohanniperto teste subscripsi
† ego lupuin filio lupi teste
† ego radolfus filio leoni teste.

XLVIII.

A. D. 856.

† In nomine domini quarto anno deo propitio principatu domni ademari mense decenbrius quinta indictione. ideo que ego roctruda filiam quondam arniperti et uxor sum leodemperti filii mitiperti, dum da ipsu bir meus traditum abeo in die cuniuntionis nostri morgincapus, cot [2]) est quartam partem dex onnibus rebus suis; modo bero dum congrigum esset ipsius bir meus aliquantulum terra bindere siconi filio tancomari. et mihi qui supra roctrude pariter cum ipso pro

[1]) *Dede*, valet dedit.
[2]) *Cot*, pro quod.

quas ibidem quartam abeo, sicut supra disximus. propterea interrogata bel inquesita sum ego nominata roctruda da radoaldus sculdais, ne fortasse de anc binditione ab ipsu bir meus aut a quabis homine alicot biolentia patere, set ante presentia ipsius sculdais ego nominata roctruda me manifesta sum, ut con [1]) summa mea bona bolumtatem largita sum subiscripta rex bindere, et secundum lex consentientes nobis qui supra rappertus presbiter germanus meus et rappertus filius cicini ipsi mihi consentientis et cum notum drodem iudices, ego nominata roctruda et leodemperto bir eius berum comites binundabimus tibi siconi filio tancomari terra nostram cum bineiis et arboribus suis et cannietus in locum qui nominatur iovis; abentes finis ex ipsa nostra binditio de subter comu medio ballo [2]) disccrni da fine episcopiis, et de aliam parte fine radiperti, et de aliam partem coniuntum ad tuo qui supra, et de super fine mea qui supra, comodo uno pirus signatus est et termiti ficti sum , et peresset fine mea qui supra como termiti ficti sum et perdeduce fine bia. infra anc finis posite sum cum duabus adplictora [3]) de ipsa casa infra finis, in integrum tibi qui supra bindedimus possidemdum, et alio uno adplicto de casa ipsa mihi reserbamus. unde pro anc nostram binditionem recipimus a bos entoris nostro auro solidos dece et nobe, cam ratione, ut amodo et semper tu tuisque redibus suprascriptam nostra binditionem abere et possidere baleates; de quibus repromictemus nos qui supra bindetoris et nostris eredibus obligabimus tibi qui supra et ad tuis eredibus ex ipsa supradicta nostra binditione nos bovis ab onnis homine defensare spondimus. qui si menime potuerimus , aut per nos ipsi per colibet ingeniu retornare quesierimus , dupplo supradicto pretium nos bovis cumponere spondimus; et insuper cot suprascripta nostra binditio aput bos in quabis partem remelioratas fuerit, sub estimatione pretiis restituamus bovis, et de colludium bovis iuremus. unde te wampertus notarius scribere rogabit. actu salerno mense indictione feliciter. signum manus suprascripti leodemperti et roctrudes et rapperti qui ascribere rogaberunt.

† ego ildeperto filio martini
† ego qui supra radoaldo
† ego qui supra rapperto me subscrisset
† ego ursu filio lupi me subscripsi
† ego radipertu teste
† ego adelperto

---

[1]) *Con*, vulgaris eloquii vox, latine cum.

[2]) *Comu medio ballo*, idest quomodo media vallis.

[3]) *Adplictora* vel *applicium*, valet diversorium, hospitium.

† ego adhelisi filio wilemundi teste
† ego walpertus filius wali teste
† ego wiso notarius teste
† ego paulus
† ègo costantinus teste
† ego voso filio walperti teste subscripsi
† ego iohannes filius ioanniperti me teste subscripsi.

XLIX.

A. D. 857.

† In nomine domini quartu anno principatu domni ademari summo principe mense magio quinta indictione, ideo qu ego lupu filius quondam ileprandi abitator sum in noceria una cum cresentia ancella dei monasticam beste genetrices mea, qui ipso in bibendam abui frugio de ipso castanietum, indeque uno tinorem bindedimus tibi ractiperti presbitero filio ractemundi terra nostra cum arbustu bitatu, et castanietu, et insetitu seum quertietu et pumifera sua, quem abemus suptu monte lebinu ubi pucianu vocatur; abentes fini de unu latu fini terra tua qui supra ractiperti presbiteri et peresse [1]) in terra radeprandi, et de unu capu terra de heredes quondam lupi et de heredes quondam decurusi et aceprandi, et de alio latu cum tuo qui supra ractiperti presbiteri iuntum est et perconiungi in terra radiperti presbiteri, et de alio capu fini bia quatenus fini possite sunt. de istu klausum tertiam portionem tibi qui supra ractiperti presbitero in integrum bindimus una cum predicta cresentia genetrices mea quidquid me, qui supra lupu da germani mei sortionem tetigi abere quodo [2]) in ipso klausum termiti ficti abemus, ubi in metio locum mihi sortionem prensi, et de ipsa tertiam portione mea in predictu klausum nec nobis qui supra binditori neque ad alius homines nihil reserbabimus portionem, set tibi suprascripti ractiperti presbitero ipsa tertiam portionem in integrum bindimus una cum inferius et superius et bicem de bia sua ad possidendum. unde pro suprascripta nostra binditione recepimus a te qui supra hemturem nostrum pretium aurum benebentanum solidos numero treginta quinque;

[1]) *Peresse*, eodem sensu ac pergere.

[2]) *Quodo*, pro quomodo.

fenitum quem abemus totum pretium heam rationem, ut amodo et semper tu et tuique heredes predicta nostra binditione abere et possidere baleates; de quibus nos repromittemus nos qui supra binditori et nostris heredes colligamus tibi suprascripto hemturi et tuis heredibus, ut ista nostra binditio vobis ab omnis homines inantestare et defendere promittemus. et si menime potuerimus, au per nos ipsi per colibet ingenio returnare quesierimus, primis homnium questio nostra taciti maneamus et dupplo suprascriptum pretium nos vobis cumponere spondimus: oc sunt solidi septuaginta; et quod aput vos remelioratus fuerit ista nostra binditio in quabis parte, sub estimationem pretiis nos vobis restituare spondimus, et de culludio vobis iuremus et an cartula binditionis in suprascripta rationem sit firme. et te ursu notarium scribere rogabit.

Actu noceria indictione feliciter

signum manus suprascripti lupi et cresentie qui an cartulam fleri rogabit

† ego petelfreda filio dacuperti teste subscripsi

† ego petrus filius dacuperti teste subscripsi

† ego conprando teste subscripsi

† ego sadelpertus teste subscripsi

† ego confreda filiu lupi teste subscripsi

† ego richardu teste subscripsi

† ego iohannemari presbiter teste subscripsi.

L.

A. D. 857.

† In nomine domini quartu anno principatu domni nostri ademari summo princeps mense sectembere sexta indictione. ideo qu ego urso filius quondam ileprandi abitator sum in noceria, bindo tibi ractiperti presbitero filio ractemundi terra mea cum arbustu bitatu et quertietu et arbori de castanie et alia fructifera sua, quem abeo in pucianu supto monte lebinu: abentes fini de unu latu cum terra tua qui supra ractiperti presbiteri iuntum est quem ipso hemtum abi da lupu germanus meo, et de unu capu cum terra mea qui supra ursi iuntum est, et de alio latu fini terra radiperti presbiteri et perconiunge in terra tua qui supra ractiperti presbiteri, quem ipso hemtu abi da suprascripto radipertus presbiter, et de alio capu fini bia carracia [1]); et ad mensura per

---

[1]) *Carracia* vel *carraria*, via qua carrum vehi potest.

longu passi nonaginta ad passu meum qui supra ursi, quatenus fini possite sunt et mensura continem, unde nec mihi qui supra binditori neque ad alius homines nihil reserbabi portionem, set tibi suprascripti ractiperti presbitero ipso in integrum bindo una cum bicem de bia sua ad possidendum. unde pro suprascripta mea binditione recepi a te qui supra hemtore meum pretium aurum benebentanum solidi numero sidici: fenitum quem abeo pretium heam rationem, ut amodo et semper tu e tuique heredes predicta mea binditione abere et possidere baleates; de quibus me repromicto ego qui supra urso et meos heredes colligo tibi suprascripti ractiperti presbitero et tuis heredibus, ut ista nostra binditio vobis ab omnis homines inantestare et defendere promictemus. et si menime potuerimus, au per nos ipsi per colibet ingenio retornare quesierimus, primis homnium de questio nostra taciti et bacui maneamus et dupplo suprascripto pretiu nos vobis cumponere spondimus, oc sunt solidi triginta dui; et quod aput vos remelioratus fueri ista nostra binditio in qualbis parte, sub estimationem pretiis nos vobis restituare spondimus et de culludio vobis iuremus, et an cartulam binditionis in suprascripta ratione sit firme. et te ursu notario scribere rogabit.

actu noceria indictione feliciter.

† ego qui supra ursu me subscribsi

† ego andrea filius lupi teste subscripsi

† ego aitio teste subscripsi

† ego confreda filiu lupi teste subscripsi

† ego petrus filius dacuperti teste subscripsi

† ego petelfreda filio dacuperti teste subscripsi

† ego radelhisi teste subscripsi

† ego conprando teste sum

† ego richardu teste subscripsi.

LI.

A. D. 857.

† In nomine domini quartu anno principatus domni nostri ademari magnum princeps mense hoctubri sexta indictione. ideo que ego ildeprandus filius quondam ursi qui sum havitatur in locu ubi dicitur angre, vona mea volumtate vindedi tivi waiferi comite filio bone memorie dauferi terra mea qui est arbustu vitatum, quem habeo in locu nominato casamavile [1]): habent fi-

[1]) *Casamabile*, casalis olim positus inter Sarnensis civitatis et Angri fines.

nis ipsa mea vinditio de unu latu fine terra radeprandi et teupi germani filii dominici, et de unu capu fine terra lupi filii degurusi et coniuctum est cum terra sancte marie episcopium staviane [1]) finibus, et de alio latu fine terra domnica, et de alio capu fine padule. infra has predicte finis nec mihi qui supra vinditori nec cuitlibet nihil remansit portione, set tivi suprascripto waiferi totum in integrum vindedi possidendum una vicem de via sua, unde vos in ipsa vinditione mea intrare debeatis exire in via pluvica [2]). unde pro suprascripta mea vinditione in persona vestra qui supra waiferii emtore meum recepit finitu pretium da walfusu clerico filio walfridi auro beneventano solidos quinque, eam rationem, ut ammodo et semper tus et heredes tuis predicta mea vinditione in integrum habere ét possidere valeatis; et unde me repromittos et heredes meos conligamus tivi suprascripto emptori meu et at tuis et heredes exinde ipsa mea vinditione ab omnes homine inantistare et defendere. quid si menime nos vobis exindeque inantistare potuerimus, vel sit nos ipsi per quodlibet ingenio retornare voluerimus, primi omnium questio nostra exinde adversum vos esset tacita, et dupplu pretiu ipsu nos vobis conponere promittimus; et quod aput vos remeliorata parueri ipsa mea vinditio in quadlibet parte, sub estimatione pretium in integrum nos vobis restituamus similiter in dupplu, et de colludiu nos vobis iuremus ad dei evangelia cum parenti mei. sicut te gaidepertus notarius taliter ut scribere rogavit. actu barbattianu in corte sancti polisti mense et indictione suprascripta feliciter.

† ego bruningo teste sum
† ego iohannes presbiter testes sum
† ego waldipertu testes
† ego rappertus filio altemundi teste
† ego iohannes presbiter teste sum
† ego radelchisi filio ragenolfi teste sum
† ego ursileo presbiter teste sum
† ego iohannes teste sum
† ego iustemari teste sum
† ego ramipertu filio contari teste sum
† ego agenardu filio spendei teste sum
† ego natale presbiter testis sum
† ego mauru presbiter teste sum
† ego rappertu filio mauriperti teste subscripsi.

---

[1]) *Staviane*, scilicet civitatis *Stabiae*, hodie *Castellamare di Stabia*.

[2]) *Pluvica*, idest publica.

LII.

A. D. 857.

† Quartu anno principatu domni nostri ademari magno princeps mense hoctubri dies beneris sexta indictione. memoratoriu factu a me walfusu, quatenus ante subscripto testes wadia mihi dedi leomari filius boni et mediatorem posui rodegari filium borre in tale ordine, ut mihi dare integram suam sortione de ipsa rebus territorie, quam abuit in loco qui dicitur casa amabele de quid quantum in eodem loco casa amabele ei pertenueri, in integrum ipso mihi dare et cartula firmare, ut ipso firme abere possat, et ego ei dare exinde pretio sicut adpretiatum fueri; et se nolueri ipso mihi dare et causatione miseri per quabis modi beginti solidi mihi cumponere spodi [1]) per ipso mediatore. et hunc brebe scribsi ego cumpertu notarius et interfuit.

† ego rappertus filio altemundi teste

† ego cusso sculdais teste

† ego giso filio leoni teste subscripsi

† ego wisenolfu teste subscripsi

† ego adelfreda teste subscripsi.

Eadem pergamena continet aliud documetum sequentis tenoris »

† Quarto anno domni ademari mense hoctubri dies beneris sexta indictione. memoratoriu factu a me walfusu, quatenus ante subscripto testes wadia mihi dedi iohanne et romanu germani filii lupi et mediatorem posuero rodegari filium borre in tale ordine, ut dare in cambio [2]) per scriptu waiferii comitis ipsa terra sua qui dicitur ad casa amabele; qui abet finis de uno latu benedicti, et de uno capu fine ipsius waiferii, et de pede fine padule; et alia pettia in ipso loco abet finis de uno latu leomari, et de uno capu fini ipsius waiferi, et de pede fine padule, et per mensura passi quadraginta dui per latu, et per longitudo passi hoctoaginta dui. klausa ista, sicut finis discerne et mensura contine, in integrum ipso dare in cambio ipsius waiferi, qui est terra ipsa cum arbustu bitatum et terra campense; et iterum se ipso nolueri dare in cambio ipsius waiferi et causatione miseri per quacumque ingenio, beginti solidos mihi cumponere placitabi per ipso mediatore et ipso per dare inbitis. ego cumpertu notarius ita nobi.

---

[1]) *Spodi*, idest spondeo.

[2]) *Dare in cambio*, vox vulgaris eloquii pro commutare.

† ego ragimpertu teste subscripsi
† ego lupini teste subscripsi
† ego adelbertu teste subscripsi
† ego lupus teste subscripsi
† ego iohannes presbiter teste sum
† ego cusso sculdais teste.

LIII.

A. D. 857.

† In nomine domini quinto anno principatus domni nostri ademari mense decemberio sexta indictione. ideo que ego raginperto filius lupini, sum habitator noceria ubi puteum regente bocatur proprio aiella, vinumdo tibi benenati filio biati terra mea cum castanietu et insetetu, quem abeo in loco ad arenola et in parieti bocatur: abet finis ipsa terra de uno latu fine terra aliperti filii fusculi et tuo qui supra emtori, et de uno capu fine terra tua qui supra benenati, et de alio latu fine terra armogeni et pertange in terra tua de ipse casis. infra has autem finis metietate tibi qui supra exinde bindo; unde de medio ipso clausu nec mihi qui supra binditori neque ad alterius homines nihil reserbavit portione, set totum in integrum tibi qui supra emtori bindo ad possidendum cum superiores et inferiores et cum bice de bia sua. unde pro ipsa mea benditione recepi a te qui supra emtore meo finitum pretium aurum solidos octo, eam ratione, ut amodo et semper tu et heredes tuis ipsa mea binditione abere et possidere baleatis, eo tinore colligo me qui supra raginperto et heredes meis colligo tibi qui supra benenati et ad tuis heredibus. ut ipsa mea binditione nos vobis ab omnis homines inantistare et defendere promittimus. et qui sit minime inantistare non potuerimus, aut per nos ipsi per quolibet ingenio retornare quesierimus, dupplo supradicto pretium nos vobis componere spondimus, oc sunt solidi sidecim; et insuper quod remelioratum paruerit, sub estimatione pretium nos vobis restituare placitamus, et de colludio vobis iuremus et han cartula ut supra sit firme. et te liuspertus notarius scriberis rogabit.

† ego wisenolfu teste subscripsi
† ego teodardo teste subscripsi
† ego raginpertus teste subscripsi
† ego sindo teste subscripsi

† ego richardo teste subscripsi
† ego lupini teste subscripsi
† ego teodelaupo filiu teodici teste subscripsi
† ego giso filio leoni teste subscripsi.

LIV.

A. D. 858.

† In nomine domini quinto anno principatus domni nostri ademari magni princeps mense aprilis sexta indictione ideo que nos hi sumus germanis maio et adelgisi flli quondam trasari declarati sumus, quia dum congruum fui nobis vindere terram ipsam cum arbusto bitatum.et aliis arboribus suis et pomiferis in locum qui de messaru dicitur rotense finibus ubi campo saiuli vocatur, qui mihi maioni de successione genitori nostro atque et ex dibisionem fratri nostro pertenuit et ego adelgisi da hoc comparatum abeo per emtionis cartula ipsa quartam portionem da anselgisa uxorem istius maionis germano meo coram iamprando sculdais consentientes illi maino et draguneo germanis illius mulieris, scripta namque cartula illa per magelpotonem notarium, in qua ipse maino et draguneo et ipse iamprandus cum ceteris aliis testibus manibus sunt scripti, quod coram hic testibus ostedi et relecta est cartula ipsa; tunc per absolutionem wiselperti diaconi filii wisonis et lupi idem germani eius, quibus ego maio obligato fuit, ut alteri exinde vindere ausus non esset nisi ipsorum, et illi autem illos emere noluerunt et vindendum mihi absolutionem tribuerunt, ut aliquando illi nec suis heredibus adversum nos contendendum de vinditionem ista non aberet vigorem. post hec omnia factum, vone nostre voluntatis ego qui supra maio vindedit tibi ermengari filio quondam induli predictam terram meam cum arboribus vitatum in suprascripto loco, qui campu saiuli vocatur, cum omni pomifera sua per absolutionem suprascriptorum germanis; abentes fines de uno latere de filii wisonis qualiter termiti discernunt, de alio latere fine predicti adelgisi germani mei qui a nobis illi in portionem evenit, de uno capite fine bia publica, de alio vero capite fine de heredes arniperti. infra finis iste neque mihi neque nulli homini portiones reserbabit, preter quartam ipsa que genetrix mea tibi de ista clusuria venumdatum abes quod per illius vinditionem tenes, et ipsa quartam que de hoc pertenuit anselgise uxori mee quod supradicti adelgisi germano vindedi et ille idem tibi modo venditurus es; nam, ut dixi. nullam mihi exinde portiones reserbabit, set cum inferius superiusque suis et bia sua tibi qui

supra venumdedi possidendum; et ego qui supra adelgisi idem de clusam ista venumdedit tibi nominato ermengari integram ipsa quartam portionem, que predicte anselgise uxori eiusdem maioni germani mei pertinere debuit quod ab ipso in die votorum traditum abuit quod per suprascriptam cartula emtum abui, unde nullam infra finis hec de ipsa quartam ipsa cuilibet reserbo portionem. unde recepimus a te finitum pretium auri figurati solidi ex monetis domni sicardi veteri; ego maio triginta tres et ego adelgisi solidi octo, eam rationem, ut amodo et semper suprascriptam nostram vinditionem tu et heredes tuis habere et possidere baleatis; de quibus nos repromittimus et nostris heredibus obligamus tibi vel ad tuis heredibus vinditionem ista nos vobis ab omnis hominibus inantestare et defendere promittimus. quid si menime potuerimus, aut si forsitan nos ipsis per quolibet ingenium retornare quesierimus, questio nostra sint vacuo et duplum suprascripto pretium, quod accepimus, vobis componere promittimus; et insuper quod hec nostra vinditio apud vos remelioratum fuerit, sub estimationem pretiis vobis restituamus et de colludio, si a vobis pulsati fuerimus per dei misteria, vobis satisfaciamus: in simul autem et venumdedimus tibi ipsa casam qui intus positam cum omnis lignamen suum et qualiter edificata est, unde non alteri reserbabimus portionem ad suprascripto pretium et per suprascriptam obligationem. quod vero tenore te totonem notarium ut scribere rogabimus. actum salernum mense et indictione suprascripta feliciter.

† signu manus suprascripti maionis et adelgisi vinditori qui hanc cartula fieri rogaberunt
† signu manus suprascripti lupi qui suprarcriptam absolutionem dedi
† ego qui supra wiselperto diaconus me subscripsi
† ego sindo filio gentili teste subscripsi
† ego rodericus filio gentili testis sum
† ego lupuin filio lupi teste
† ego ramperto teste subscripsi
† ego ongardo filio radoaldi me teste
† ego radolfus filius leoni teste
† ego iohanne filio ursi teste
† ego teodorico filio dardarici teste
† ego maio filio grimoaldi teste subscripsi
† ego landeradi me subscripsi
† ego wacco filio pandoni teste subscripsi
† ego alderissi filio tindoni teste subscripsi
† ego samso testi sum.

LV.

A. D. 858.

† In nomine domini quinto anno principatus domni nostri ademarii mense septembrio septima indictione. brebe emissa a nos grimuald comes, qualiter venerunt nostram presentiam madolo vestararius superius domni nostri et lupipertus filius lupi libertus quondam domni audeperge; tunc ipse madulus ostedit brebe sigillatum repetitionis, quomodo a suprascripta potestate concessa fuissent illi omnes res et pertinentia que fuit iohanni filio rapperti libertus hermenaldi episcopi, qui dicebat esse in loco qui vocatur lanium salernitane finibus. post relectum brebem ipsum interrogabimus ipsum lupipertum, quod ad hec respondere vellet: ipse enim statim ostedit cartulam, qualiter suprascripta domna audeperga donasset rem suprascripti rapperti ipsius lupiperti et angeli fratri eius. relecta cartula ipsa, dixit ipse madulu: ego non quero sortem rapperti, sed quero sortem iohanni filii eius, sicut mihi a suprascripta potestate concessa est. nos quidem comes interrogavimus suprascriptum lupipertum, si ipse prefatus iohannes fuit filius ipsius rapperti vel si post mortem ipsius rapperti ipse suprascriptus iohannes filius eius remansit; at ipse manifestus est dicens, quod ipse iohannes filius fuisset ipsius rapperti et post mortem ipsius rapperti remansisset ipse iohannes filius eius. nos quidem comes taliter audientes manifestationem suprascripti lupiperti iudicabimus, ut ipse nominatus madolo secundum suum brebe securiter suprascriptam rem ipsius iohanni possidere absque ipsius lupiperti vel de eius heredibus requisitionem perpetuis temporibus, et proinde hunc brebe emisimus, ut in posterum recordetur. hoc factum est in sacro salernitano palatio mense et indictione suprascripta feliciter.

† ego grimoald ita novi.

LVI.

A. D. 859.

† In nomine domini sexto anno principatus domni nostri ademari mense februario septima indictione. ideo que ego walpertus filius rapperti accepi a te ermengari filio indoli aurum solidos quinque; propterea per unc scriptum dabo tibi qui supra ad frugiandum medietatem de sortem

framperti germani mei quas abuit in locum que dicitur poltianu rotensis finibus, que est terra cum arvustis bitatis et fine abentes de duobus pars fine de filii maioni referendarii et qualiter fine flubio decurrit, et de alia pars fine de aput montisi, et de alia parte fine tua qui supra. infra as suprascripte finis de suprascriptam medietatem suprascripti germani mei, ubi sortem tu eligerit, in integrum ipso abere et laborare et fruere debeatis amodo et usque ad annos duos; et si in is anni duo ipse germanus meus regressus fuerit et voluerit ex isdictam sortem suam firmitatis cartulam emittere, tu autem eis adiungere debeatis super os quinque solidos alios solidos quinque; et si non voluerit oc adinplebere ipse germanus meus in is duobus annis, ego vero reddere tibi promitto suprascripti quinque solidi boni betiri de domno sicardo. nam si post duobus annis regressus ipse fuerit et in oc non voluerit permanere, ut dictum est, ego autem tibi firmam cartulam emittamus de alias rebus mea in suprascripto loco ubi tu volueritis per adpretiatum, sicut in diebus illis ipsam sortem, ut dictum est, de iamdicto germano meo valuerit, et qualiter tu tuoque eredes firmiter ipso possideatis, et tantum a vos recipiamus pretium suprascripti quinque solidi quod iam recepit, et adiungere mihi debeatis alios quinque solidos: si talia, que supra legitur, ego aut meis eredibus tibi tuisque eredibus non adinpleberimus, ante omnia biginti solidi vobis componamus et omnia, sicut superius legitur, vobis compleamus. sicut te nanteigari notario scribere rogabit. actum salerno feliciter.

† ego teupu filio teuperti teste subscripsi
† ego godini filio lupi teste subscripsi
† ego godelbertu filio godini teste subscripsi
† ego ermemari teste subscripsi
† ego desiderì filio ursiperti teste subscripsi
† ego wacco filio pandoni teste subscripsi
† ego wandelhisi filio wanperti teste
† ego rampertus notarius testis sum
† ego aodeberto filio maiorini teste
† ego nandelghisi filio nandi testis sum.

LVII.

A. D. 859.

† In nomine domini sexto anno principatu domni nostri ademari magno princeps mense maio septima indictione. ideo que ego ursu filius quondam ileprandi binumdedi tibi rattiperti presbitero filio quondam rattemundi terra mea, qui est castanietu et ensetetu et quertietu uno teniente in loco qui dicitur pupianu subto monte libinu [1]): abentes finis de uno latu cum tuo qui supra emtori coniuntum est, quem abuisti da radipertu presbitero, et de uno capu semiliter cum tuo iuntum est, quem ante hos die tibi ego ipse dedi, et de alio latu semiliter cum tuo coniuntum est, quem abuisti da lupu germano meo, et de alio capu fine terra leoni filio decorusi. clauso isto, quatenus fini posite sunt, hunde nec mihi qui supra binditori neque ad nullus homines nihil reserbabi portione, set totum in integrum cum superius et inferius et cum bece de bia sua tibi qui supra in integrum bindo possidendum. hunde pro hanc mea binditione de presentes recepi a te qui supra fenitum aurum beneventanum solidos numero decem et septe, eam ratione. ud amodo et semper tu et tuique heredes abere et possidere baleates; de quibus me obligo ego qui supra ursu et meus heredes tibi suprascripto rattiperti presbitero et tuis heredibus, ut ipsa nostra binditio ab omni homines antestare et defendere promictemus. et qui sit menime potuerimus, aut per nos ipsi per quolibet ingenio retornare quesierimus, duplo suprascripto pretiu nos vobi cumponere spondimus, hoc est solidi treginta et quactuor; et insuper quod fuerit aput vos milioratu in quacumque parte, sub istimatione pretiis nos vobi restituare spondimus. et de culludio vobi iuremus et han cartula ut supra sit firme. et te cumpertu notarium scribere rogabit. actu noceria.

† ego qui supra ursu me subscribsi
† ego grimo filio ermeperti teste sum
† ego richardo teste subscripsi
† ego iohanne subdiaconus teste subscripsi
† ego adelgrimu teste subscripsi
† ego lispertus filius raudiperti teste subscripsi
† ego wiselgari teste subscripsi
† ego sadelpertus teste subscripsi
† ego iochardu teste subscripsi.

[1]) *Libinu* vel *Levino*, mons prope *Pucciano* intra Nucceriae fines.

LVIII.

A. D. 859.

† In nomine domini sextu anno principatu domni nostri ademari magno princeps mense hoctubrio septima indictione [1]). ideo que ego winepertu filius quondam iohanni habitator sum in angre, binumdedi tibi waiferi comes et filius bone memorie dauferi terra mea, qui est arbustu bitatu et terram baciba uno teniente in loco subto casa amabele; qui abet finis de uno latu terra maurini, et de uno capite cum vestro qui supra coniuntum est, et de alio latu fine leomari et de nepoti eius, et de subter pede peresse [2]) in padule. clauso istu, quatenus fini posite sunt, hunde nec mihi qui supra binditori neque ad nullus homines nihil reserbabi portionem, set totum in integrum superius et inferius et cum bece de bia sua tibi qui supra bindo possidendum. hunde pro hanc mea binditione de presentes recepi fenitum pretium in persona vestra da walfusu clerico filio walfrid solidos quactuor, eam ratione, ud amodo et semper tu et tui heredes abere et possidere baleates; quam ed ego leomari filius boni et bonitu filius boniperti unianimiter bindimus tibi predicti waiferi in ipso loco terra nostra cum arbustu bitatu abentes aute finis, de uno latu terra rode, et de uno capu et uno latu cum tuo qui supra waiferi coniuntum est, et de subter pede fine ipsa peresset in padule. infra has predicte finis, hunde nec nobi neque ad nullus homines nihil seserbabimus portione, set totum in integrum cum superius et inferius et cum bece de bia sua tibi qui supra bindimus possidendum. hunde pro hanc nostra binditione in presentes recepi in persona vestra da suprascripto walfusu fenitum pretium aurum solidos quactuor, eam ratione nos obligamus ego suprascriptus winepertu et leomari et bonitu et nostri obligamus heredes tibi suprascripto waiferi comes et ad vestri heredes, ut ipsa nostra binditio ab omni homines antestare et defendere promictemus. et qui sit menime potuerimus, aut per nos ipsi per quolibet ingenio retornare quesierimus, duplo suprascripto pretio nos vobi cumponere spondimus, hoc est solidi sideci; et insuper quod fueri aput vos milioratu in quabis parte, sub istimatione pretiis nos vobi restituare spondimus, et de culludio vobi iuremus et han cartula ut supra sit firme. et te cumpertu notarium scribere rogabit. actu tostatiu in ipso mercatu.

† ego liuspertus notarius testis sum

† ego wisenolfu teste subscripsi

† ego giso filio leoni teste subscripsi

---

[1]) Lege : *octava Indictione.*

[2]) *Peresse*, eodem sensu ac pergere.

† ego ursu teste subscripsi
† ego iosep filius iacob teste subscripsi
† ego toto notarius testis sum †
† ego modericus filius ilderici teste
† ego bruningo teste subscripsi
† ego iohanniperto teste subscripsi
† ego wiselgari teste subscripsi
† ego nandi teste subscripsi
† ego petrus teste subscripsi
† ego arnipertu teste subscripsi
† ego lupini teste subscripsi
† ego richardo teste subscripsi.

LIX.

A. D. 860.

† In nomine domini septimo annu deo propitio principatu domni nostri ademari magnus princeps, mense magius octaba indictione. ideo que ego iobeni filius quondam hinseperti, abitator sum in popilli nocerina finibus, per an cartula benumdabo bobis ragimperti et ursi germani filii radeprandi terra mea cum arbustu bitatum, quem ego abeo in locum qui dicitur nobara similiter nocerina finibus; abet fini de uno latu fine de fili maioni qui fuet gastaldus et fine terra de fili radichisi gastaldi et peresset in fine terra madelmi comitis, de uno capite fine mauri et peresset in fine terra supradicti madelmi, de alio latu fine suprascripti madelmi et fine arniperge et peresset in fine suprascripti madelmi et fine radeprandi et fine suprascripti madelmi, et peresset in bia et inde perbade [1]) in fine terra radichisi comitis et filii moncole, de alio capite fine cumprandi et peresset in fine terra ursi et usque in fine terra de filii suprascripti maioni gastaldi. intra isto clauso, quatenus fini decerno, de medietate nec mihi qui supra binditori neque ad alius omine nihil reserbabit portione, set totum in integrum ipsa medias clausuria infra supradicte fini

[1]) *Perbade*, idem ac pergit.

bobis qui supra emtoris mei benumdedit in omnibus possidendum et faciendum quit bobis placuerit cum inferioribus et superioribus suis et cum propie finibus et bece de bia sua. unde pro suprascripta mea binditione de presente recepi pretio a te emtores meus auro beneventano solidos numero treginta trex, fenitum est eam ratione, ut amodo et semper tu et tuisque eredibus suprascriptam nostram binditionem abere et possidere baleatis; de quibus me repromicto ego qui supra binditor et obligos me et meis eredibus bobis qui supra emtoris mei et ad tuis eredibus, ut de ista suprascripta nostra binditione ab omnis omine inantestare et defendere promictemus: quit si non potuerimus, aut si per nos ipsi forsitans per quolibet inienium retornare quesierimus, primis omnibus de questio nostro exsinde tacitis maneamus et dupplo suprascriptu pretio bobi conponere spondimus, oc est solidi sexsuaginta sex ; et insuper quot ipsa suprascripta nostra binditio remelioratus paruerit in quabis parte, sub estimatione pretio bobis restituemus et de colludio bobis ad ebanielia per sagramenta satisfaciamus cum parentis nostris; et quando at debisione bennerit suprascripta terra inter nos et bos, liceas bos exsinde sorte prindere de quale parte bobis placuerit, nisi tantu iterum dico ego suprascriptus binditor, ut si forsitans uxor mea aut quiunque alios omo bobis de suprascripta nostra binditione quartam aut quolibet sorte tullerit cum qualecunque sua rationem sit, amodo anteponimus bobis ipsa alias medietate suprascripta terra, qui nobis infra suprascripte fini remanset, ut sine omne calumnie liceas bos ibidem in ipsa terra nostra intrare et ad pare tantu et tale per adpretiatu exsinde tolliti, quantu ipsa uxor mea aut quicunque alios omo bobis tullerit de suprascripta nostra binditione, et per ista cartula ipso firmiter possideatis per suprascriptam obligationem et suprascriptu pretio in omnibus ipso a nos et nostris eredibus defensatu bobis et ad bestris eredibus, quam et suprascripta terra suprascripto ienitor meo per cartulam emtum abuet da teoprando et trudpoldu filio teodelaupi, et an cartula in suprascripta ratione firma permanea. te ursipertu notario scribere rogabit. acto noccria mense indictione feliciter. signum manus suprascripti iobenii qui an cartula scribere rogabet.

† ego totelgisi teste subscripsi
† ego lupu filio boniperti
† ego ursu notario teste subscripsi
† ego lioprando filio persi teste subscripsi
† ego teodelaupo filiu teodici teste subscripsi
† ego leomari teste subscripsi
† ego adelbertu teste subscripsi
† ego liuspertus notarius testis sum
† ego deodato teste subscripsi

† ego nandipertu teste subscripsi

† ego giso filio leoni teste subscripsi.

LX.

A. D. 860.

† In nomine domini septimo anno principatus domni nostri ademari, mense nobember nona indictione. ideo que ego lupus filius fredelperti, dum mihi te bonetruda filia lupi in meo sociabis coniugio, tunc in alia dies nuptiarum ante amici et parentis nostri do adque per unc scriptum alibellum et a testibus roboratum tradidi tibi, que supra uxor mea, morgincapu, idest quartam pars ex omnibus rebus sustantie mee, hoc sunt de case intrinsecum case, curtis, territorie, arbusta, castanieta, habellanieta, in montis quam et in planum, serbis et ancille, peculia, res mobile adque inmobile, de omnia et in omnibus de quit quantum modo abeo bel cod in anteas aiungere potuero ; de totum in integrum ipsa quarta tibi que supra coniugis mee tradabi semper ad abendum eam ratione, ut neque a me suprascripto biro tuo neque a meis eredibus neque a nullos quempias ominum numquas abeis [1]) requisitione de ipsam quarta meam traditionem , set in perpetuo tempore securiter et firmiter abeis a faciendò quit bolueri sequenter lex. te ioanne notario scribere rogabet. actu rota mense indictione feliciter.

† ego rodeprando teste

† ego adelprando teste

† ego maurus teste

† ego fromerico teste

† ego ragenprando teste

† ego wilecauso teste subscripsi

† ego angelprando teste.

[1]) *Abeis*, pro habeas.

LXI.

A. D. 865.

† In nomine domini quarto anno principatus domni nostri waiferii magni principis mense iunio tertia decima indictione. ideo que ego antipertus filius trudiperti pro salutis anime mee offero in ecclesia beati sancti maximi confessoris, qui a nobo fundamine a suprascripto domno nostre waiferio dedicata est intus hec noba cibitatem salernitana a super ipsa fistula, ubi nunc amipertus presbiter rector esset videtur, ipsum aquarium, qui modo badit per terram nostram iuxta flubio lirinum da fine de filii alerissi usque in fine rem iamdicte ecclesie introendum ipsa aqua ad minandum ipso molinum[1]), que iamdictus presbiter in iamdicta rem prefate ecclesie qui a iosueb medico ibi offertum fuit edificatur, ut diximus, amodo et semper per ipso aquario, qualiter nunc factum est, liceat iamdicto presbiterum vel posteribus illius per ipso aquarium da fine de iamdicti filii alerissi usque in finem ipsius ecclesie rem ipsa aqua semper deducerent ad minandum ipso molinum absque nostra vel de nostris heredibus requisitiones. et si quis aliquis ipsum aquarium da fine alerissi usque in fine iamdicte ecclesie tibi vel ad posteres tuis contrare voluerit, nos nostrisque heredibus illum defendamus; et si distulerimus, aut si ego aut meis heredibus aquarium ipsum, qualiter supra legitur, ad portandum ipsa aqua pro ipso molinum minandum contrare presumserimus post hunc scriptum nobis aut nostris heredibus ostensum vel relectum, si talia agere presumserimus, decem solidi penam subiaceamus componendum ad rectores iamdicte ecclesie, et qualiter supra legitur, sic liceat pars iamdicte ecclesie per iamdicto aquarium ipsa aqua deducerent absque nostra nostrisque heredibus requisitiones, et quomodo super legitur. sic ipso aquarium ad portandum ipsa aqua vobis perdefensemus. et tali tenore te totonem notarium ut scribere rogabi. actu salerno mense et indictione suprascripta feliciter.

† ego qui supra antipertu me subscripsi

† ego maio filio borre me teste subscripsi

† ego adelghisi teste subscripsi

† ego odelrico ita nobis

† ego iodelmanno filio cussoni teste

† ego rodelgrimo teste subscripsi

---

[1]) *Aqua ad minandum ipso molinum*: vernacula locutio, qua molinatores significare volunt cataractas, quibus pistrini rotae agitantur. Verbum *minare*, sensu quo supra , deest in Du Cange.

† ego madelmo filio maioni teste subscripsi
† ego grimperto filio teoperti teste.

LXII.

A. D. 866.

† In nomine domini quinto anno principatu domni nostri waiferi magno princeps mense februario quarta decima indictione. ideo que nos, hi sumus germani ursu et lupu germani filii ileprandi per unc escriptu promictemus tibi rattiperti presbitero filio quondam ractemundi de ipsa terra cum arbustu bitatu in loco pupianu subto monte lebinu, quem tibi radiperti presbitero filio ante hos annos per cartulam de quid quantu mihi qui supra lupi de ipsa terra pertine de predictu genitore meo, et ego qui supra ursu de semiliter de quantu mihi de ipsius genitore meu pertine, quam et de ipsa sortione iohanni filii liuprandi germano meo de ambas due sortioni ego qui supra ursu tibi in integrum relaxabit, et ego qui supra lupu unam sortione, quod mihi de ipsius genitore meo mihi pertine, in integrum ipso tibi relaxabit. hunde pro hanc mea relaxatione de presentes recepi a te qui supra ego qui supra dues portione ursu, et ego qui supra lupu unam portione de ipso pretio, hoc est in simul tremissi quactuor ; eam ratione obligamus nos et nostri heredes tibi suprascripto rattiperti presbitero vel ad tuos heredes tibi vel cui ipso dederitis, eam ratione, ut ipso vobi defendamus de nos et de nostri heredes, et ego qui supra ursu da nos et da iohanne filio ipsius liuprandi vel de eius heredibus. et qui sit menime potuerimus, aut per nos ipsi per quolibet ingenio retornare aqquesierimus, nos qui supra ursu de partibus nostris dece solidos et ipso vobi per inbitis defendamus, et nos qui supra lupu quinque solidos vobi cumponamus et ipso vobi per inbitis defendamus. et hunc escriptu, ut supra sit firme. et te cumpertu notarium scribere rogabit. actu salerno in eadem cibitate.

† ego qui supra ursu me subscribsi
† ego benedictus teste subscripsi
† ego sadelpertus teste subscripsi
† ego madelbertu teste subscripsi
† ego lupini teste subscripsi
† ego airisi presbiter
† ego lupus teste subscripsi
† ego aitio teste subscripsi
† ego adelghisi teste subscripsi

† ego lioprando filio persi teste subscripsi

† ego richardo teste subscripsi

† ego petrus teste subscripsi.

LXIII.

A. D. 866.

† In nomine domini quinto anno principatu domni nostri waiferii mense februario tertia decima indictione [1]. ideo que ego cunari filius quondam maurisculi, abitator sum in estabi [2] propio locum ad binea, bindo tibi iohanni filio leoni ipsa sortione mea de ipsa terra campense, quem abemus in casa padule [3] supter ipsa forca: abet finis de unu latu cum mea qui supra iohanni et de germani mei iuntum est, et de unu capu fine aqua de padule, et de alio latu et alio capu fine audoaldi et magiperti et pertangi in padule, quatenus fini decerno. de ipso clausum quartam pars tibi exinde integram bindo, sicut ipso hemtum abemus da wilemari et gaidone filio boniti; unde predicta mea sortionem in ipso klausum nec mihi qui supra cunari nec ad alius homines nihil reserbabi portione, set tibi suprascripti iohanni ipso in integrum bindo una cum bicem de bia sua ad possidendum. unde pro mea binditione recepi a te qui supra fenitum pretium aurum tremisse de principe unu de moneta domni arechis, heam ratione, ut amodo et semper tu et tuis heredes ut ipsa mea binditio vobis ab omnis homines inantestare et defendere promictemus; et si menime potuerimus, au per nos ipsi retornare quesierimus, bel si ipso vobis noluerimus defensare, primis homnium de questio nostra taciti maneamus et dupplo suprascripto pretium nos bobis cumponere spondimus; et quod aput bos remelioratus fueri ista binditio in quabis parte, sub estimationem pretiis nos vobis restituare spondimus et de culludio vobis iuremus, et an cartula ut supra sit firme. te ursu notarium scribere rogabit. actu in ipso mercatu sub monte lebinu indictione feliciter.

† ego rappertu filio mauriperti teste subscripsi

† ego lupus teste subscripsi

† ego raginpertu teste subscripsi

---

[1]) Indictio errata a notario: lege quartadecima.

[2]) *Estabi* vel *Stabi* vel Stabia, hodie Castellamare di Stabia.

[3]) Padula, prope Stabiam.

† ego ragenfreda teste subscripsi
† ego magelfreda teste subscripsi
† ego odelperto teste subscripsi
† ego leompertus teste subscripsi
† EGO ADEAELMANNO ME —
† ego ramipertus notarius teste subscripsi.

LXIV.

A. D. 868.

[1]) † In nomine domini dei salvatoris ihesu cristi regnante domno lodoyco imperatore agusto Anno deo propitio eius imperii vicesimo mense novembris secunda indictione. Ego Guayferius divina gratia princeps filius bone memorie dauferi, divino auxilio me adiuvante, intus hanc salernitanam civitatem a super ipsa fistula propinquo casa mea a fundamine usque ad culmen ecclesia dei edificavi in honore et vocabulo beati sancti maximi confessoris domini nostri ihesu cristi. Nunc autem quoque dominus largitus est michi ipsius ecclesie per hanc offertionem devote mentis offerre desidero, unde credimus ad dei omnipotentis misericordiam pervenire. Primum quidem offero ipsius ecclesie ad deserviendum et laudem domini reddendum pueros hos, qui subter legitur: hi sunt nomina eorum, iohannes diaconus filius ursiperti de balentino [2]), et alius iohannes subdiaconus filius leonis, liusprandus subdiaconus de liburie [3]) filius liuperti, emepertus clericus filius sindeperti, ursus filius mauri de saltu [4]), lupus clericus quem datum habui da filii aunefrit, et amipertus clericus de liburie filius carunci. In simul et de rebus meis ibi obtuli, que

---

[1]) Huius Diplomatis originale Guaiferii forte corrosum Abbas Cavensis Monasterii anno 1118 ostendit iudici Petro, qui in suo authentico instrumento religiose trascriptum reliquit, qualiter a nobis typis demandatur. Instrumentum Petri ita incipit: † *In nomine domini dei eterni et Salvatoris nostri ihesu cristi anno ab incarnatione eius millesimo centesimo octavo decimo. Temporibus domni nostri Guilielmi gloriosi principis et ducis mense octobri duodecima indictione. Dum in monasterio Sancte et individue trinitatis, quod constructum est foris hanc salernitanam civitatem in loco metiliano, cui domnus petrus gratia dei venerabilis abbas preest, essem Ego Petrus Iudex in eadem presentia iussu ipsius domni abbatis ostensa est una cartula que continebat:* — Sequitur ut supra Guaiferii Diploma.

[2]) *Balentino*, hodie *S. Valentino*, pagus intra Nuceriae et Sarni fines.

[3]) *Liburie* vel *Liguria*, Campania (*Terra di Lavoro*).

[4]) *Saltu*, finibus Salerni.

subter legitur, idest terram per circuitum ipsius ecclesie et case, qualiter modo edificate sunt cum curte sua, et terra baciva a super ipsa ecclesia uno teniente, que habet fines da subtus erga pariete de ipso viridario nostro duos pedes ab eodem pariete cessante, et perexiente in platea que deducit ad portam de rispizzii [1]); abinde saliente a capite de ipsa casa, quod gualpertus servus noster ibi edificavit per latere erga ipsa via, que deducit ad casa de rotense, et ceteris qui illuc habitant, quomodo ipse terminus discernit, et saliente sub casa de filii auderami, et

---

[1]) Ad maiorem intelligentiam topograficae descriptionis perantiquae Salernitanae Civitatis, prout in hoc diplomate habetur, huc adducimus, quas recolligimus ex una vel alia charta, notitias de eiusdem structura deque portis eius praesertim, ac de earumdem denominatione: Haec erant:

I. Porta de Respizzi—Ex Diplomate Guaiferii Principis anno IX mense Novembri, VII Indictione. A. C. 870— *De ipso viridiario nostro . . . . exiente per Plateam, quae ducit ad Portam de Respizzu.*

II. Porta S. Fortunati, vel Elini etiam dicta — Ex Instrumento XII Anni Ioanni Principis et VII Guaimarii eius filii, VIII Indictione. A. C. 995 — *Terra cum casa fabricata intus civitatem Salerni ad hortum magnum subtus plateam, quae deducit ad portam S. Fortunati quae modo clamatur Elini.*

III. Porta de Palma — Ex Instrumento A. C. 1062. . . . . . . *et casam quae fuerat Petri clerici filii quondam Alfani posita intra hanc civitatem* (Salerni) *prope portam quae dicitur de la Palma.*

IV. Porta Rotensis — Ex Instrumento anni XXIV Princ: Gisulfi A. C. 1065 — *In Ecclesia B. Matthei Apostoli et Evangelistae super ipsam Portam Rotensem sita.*

V. Porta de Mari — Ex Instrumento Anni 1065 — *Intra hanc Civitatem . . . . et prope Portam quae de Mari dicitur.*

VI. Porta Nova — Ex Diplomate Rogerii Ducis anni 1087.— *Concedimus in patronatus Ecclesiae S. Gregorii de Porta nova.* Et ex alio Instrumento An: 1212 habetur — *Intra Civitatem Salerni in Portanova ante Ecclesiam S. Petri, quae de Grisonta dicitur.*

VII. Porta de lu Furnaru—Ex Instrumento An: 1165. . . . . . . *Terra cum casa fabricata solarata intra hanc Salernitanam civitatem prope portam quae dicitur de lu Furnaru.*

VIII. Porta Pusterula, vel Portella, vel Porticella. — Ex Instrumento A. C. 1111, mense Decembri — *Terra cum parietibus ipsi Ecclesiae S. Mariae pertinens intra hanc Salernitanam Civitatem inter murum et muricinum . . . . a parte septemtrionis, quae deducit ad portam, quae dicitur Pusterula.*

IX. Porta de Radeprando—Ex Diplomate Guaimarii Iufuni Domini A. C. 1091. *Supra quam Ecclesia S. Andreae inter muros duplices civitatis constructa est.* Eadem et *Prandi* dicebatur, ut patet ex Instrumento An: 1128. *Leo . . . . . . et Abbas Ecclesiae S. Andreae Apostoli, quae constructa est intra hanc civitatem a super et prope portam, quae Prandi dicitur.*

X. Porta Nucerina—Ex Instrumento An: 1142. *Intus hanc Salernitanam Civitatem a super et non longe a platea deducente ad Portam, quae olim dicta est Nucerina prope Ecclesiam S. Bartholomei.*

XI. Porta Busanola — Ex Instrumento An: 1214. . . . . . *vadit in partem occidentis usque ad viam, qua fluit aqua, quae Bussanola dicitur, usque viam publicam, quae exit per portam istius civitatis, quae de Bussanola dicitur.* Prope hanc Portam erat Platea, quae de S. Nufrio (Onufrio) dicebatur; ut ex Registro I Thomae Ab: Car: 13 a tergo an: 1260.

revolvente per ipsa via et saliente usque sub casa filiperti filii felessuni, qualiter modo case nostre ibi edificate sunt et sepe erga ipsa via et ferolatum factum est, et de superna parte da ipso monte fine idem anditus a casa ipsius filiperti et madelmi filii donadei et gaudiosi, et lamfrit filii laduli, sicut et inde sepe discernit et ferolatum factum fuit; de alio vero latere discedendo sub ipso andito a casa ipsius lamfridi, quomodo modo ibi sepe est, et derictum in ipso pariete que nos misimus retro ipsa absida de ipsa ecclesia sancti maximi, et inde qualiter ipse pariete edificata est per derictum descendente usque in ipsa priore fine de ipso pariete, qui venit da ipso viridario nostro a super ipsa fistula cessante, inde duo pedes. Infra has autem fines in integrum terram illam cum casis sue et cum ipso pariete retro ipsa absida in ipsa ecclesia offerui; illa vero terram et vacive et cum edificio suo, qui est da ista parte de ipso pariete, qui retro ipsa absida est, in nostra vel de nostris heredibus reservavimus potestate; introitum quidem habeat ipsa ecclesia et sacerdotes illius da parte ipsa de ipsa platea, ubi ipsi cancelli positi sunt, et nos et nostris heredibus liceat introire in ipsa ecclesia da ista parte de ipsa casa nostra, ubi ipse anditus modo est usque ad ipsa regiam, que in ipsa ecclesia edificata est in ipsa subdita subtana de ipsa ecclesia, ubi altario in onore sancti bartholomei apostoli edificatum est. Simulque et per villis offerimus ibique terram, que appellatur da pandula, ad ipse quertie capientem seminationem modiorum quatuor, est ibi arbustum vitatum, Alia pecia ad ayra moderasu, Alia terra da lapesone de modiis duo que est casattina, Alia terra, que nominatur da rosola modiorum duodecim, et est arbusto et castanetum et quertietum, seu avellanietum, Alia terra, que nominatur casa maurose et alia terra, que fuit da domninu que est arbusto vitatu modio uno; sunt in simul seminatione de fasuli modia viginti et est circo casa amabile, quam et integrum ipso casale de casa amabile uno teniente, quantum modo ibidem habeo, aut in antea ibi adquisiero cum ipso servu nostrum nomine palumbu cum uxore et filiis et filiabus et pertinentia sua, quod mihi dedit leo de alexandria: hec omnia est in finibus sarnensis; in simul et integram rem illam, que est in locum qui vocatur malianum salernitane fine, qui discernit inter hec rebus et rebus que fuit alerissi. infra iste fines in integrum cum ipsa casa, que intus hanc posita est, Cum omnia infra se habentibus ibique obtulit et quantum ibi adhuc paravero, et insuper ista offertio offertum permaneat; quam et si dei vocatio michi evenerit ubique et aliter modo de rebus mea non pareat iudicatum, per istam offertionem volumus atque statuimus, ut pro salutis anime mee eveniat integram portionem meam de rebus substantiis meis per diversis locis in prefata ecclesia sancti maximi, que ad filii nostri reliquimus, ut talem portionem inde percipiant rectores ipsius ecclesie in possessione ipsius ecclesie, quale unus de meis filiis absque servis et ancillis, qui continunt in ipsa mea portione, quod volumus ut liberi vadant pro salutis anime nostre, qui habuerint cispite cum suo cispite, et qui cispite non habuerint, sufficiant illis libertate sua: tali ordine su-

prascripte nostre ecclesie sancti maximi ea que prelegitur omnia offeruit, ut ex ea semper ibi ospitium et elemosina esset debeat per paupere et vidue ac debiles per sacerdote illo, que ego ibi ordinavero. Et post defunctionem nostram licentiam habeant heredes nostris ibi ordinationem facere post obitum illorum sacerdotum, que nos ibi reliquerimus ordinati; nam non quod filii aut heredes mea inde aliquid tollere aut subtrahere possit aut cuilibet per quamcumque rationem dandi aut alienandi, Nisi tantum ut ordinationem ibi faciat de sacerdote, qui bonum habeat testimonium, ut semper ibi elemosina et ospitium esse debeat de debiles et pauperibus et viduis pro mee salutis anime. Et si pontifex huius salernitane sedis ecclesie ista nostra ecclesia legibus advincere potuerit, volo enim, ut tantum ipsa ecclesiam cum suis parietibus habeat; nam nullam aliud, quod supra legitur quod ibi modo dedimus aut in antea dederimus, set neque anditus ibi ad ingrediendum habeat, set tantum ospitium elemosinarum flat inde semper adimpletum de omnia, que ibi modo dedimus aut in antea dederimus. Et si heredes nostri hoc non adimpleverint, aut si inde aliquid subtraxerint, vel si a parte palatii illorum fuerit contratum aut tultum, volo, ut veniat in potestate abbatis sancti benedicti [1]), qui in illis diebus fuerit ecclesia ipsa cum omnia, quod supra legitur, tantum ad ordinationem ibi faciendum de sacerdote bonam famam habenté, qualiter semper elemosina et ospitium, qui supra legitur, adimpletum fiat; nam non quod exinde subtrahere aliquid possit neque in vicaria dandum vel per quodlibet ingenium, quomodo homo cogitare potuerit, tollendum aut dandum. Et si abbas monasterii sancti benedicti ea, que supra legitur, non adimpleverit et aliquid inde tollere aut minuare presumpserit, volo enim, ut in ea ratione, quomodo superius legitur, eveniat in potestate abbatis qui in die illo fuerit monasterii sancti vincentii, ut ipse ibi ordinent, qualiter superius legitur, bonum sacerdotem qui, ut supra dictum est, adimplere debeat; nam non quod aliquid exinde subtrahere, aut minuare per quamcumque rationem possit. Et si abbas ipsius monasterii hec non adimpleverit, vel si aliquid inde minuaverit per quemcumque modo, tunc in integrum omnia, que supra legitur, revertantur in proprietate ad heredibus meis ad dominandum vel ordinandum, sicut propria sua rebus; nam non ut et ipsi possit ex illa rebus per quencumque modo dare cuicumque aut alienare, nisi semper per ipsorum ordinationem ista merces se adimpleatur, ut flat inde ospitium et elemosinam, sicut

---

[1]) « A. D. 794, Indictione I, temporibus Constantini Augusti et Hadriani Pape, Guibaldus Monachus Beneventi, qui in civitate Salerno de nobilibus langubardorum ortus erat, Grimuald Principem exoravit, quatenus « cenovium monachorum in Salerno istrui faceret sub invocatione S. P. Benedicti. Quod et post aliquos men- « ses factum est, et Guibaldus ipse Prepositus eiusdem Cenovii ordinatur, per quem a Principe ipso multa « dona et predia optenta sunt in Castro nempe Metuliano, in partibus Ebulo, in Tuscianu, in Rota, et Capaque.= Chronicon Cavense apud Pratillum Tom. IV. Perperam igitur Mabillonius refert, hoc monasterium Soeculo X aedificatum ab Angellario Abbate Montis — Casini.

dudum legitur. Nam si pro alio modo heredes mei ea, quod superius legitur, removere quesierint aut contrare presumpserint, vel si exinde alicui dare presumpserit per quodlibet modo, illud quod datum paruerit sit diruptum et permaneant, sicut superius legitur. Et si contigerit, ut veniant ista ecclesia in ordinatione de predicta venerabilia loca per neglegentia de meis heredibus, si observare contempseris ea que illis statuimus, et dum ipsa venerabilia loca si sic observaverint, sicut supra nos precepimus et ordinavimus, de ipsa ecclesia et de eius rebus heredes mei non possit inde aliquid subtrahere aut minuare, nisi plicentur secum abbates illo qui fuerit ad ordinandum ibi sacerdotem, qui adimpleatur suprascripta nostra precepta; et si amplius inde contrare presumpseris aut tollere quesierint, iam nullam ibi habeat potestatem ordinandi aut dominandi, et ubi illorum scriptum iste per duobus aut tribus vicem ante iudicem puplicum ostensum et relectum fuerit et in antea inde perseveraverit causandum, centum beneventanos solidos sit culpabilis componendum illorum abbati, in cuius in illis diebus fuerit dominatio. Et in antea inde taciti maneant an expositum, ne forte agatur custodibus suprascripte venerabilia loca ea que nos super detestabimus, ut illos perdere debeas et revertantur ad meis heredibus: si factum fuerit, sicut supra legitur, ista fiat, et omnes laborationes que adhuc fecerimus, quantum est infra iste fines erga ipsa ecclesia, in prefata ecclesia permaneat prior: hec omnia, que supra legitur, iudicavi, ut dum ego qui supra guayferius evixero, in mea sint potestate omnia faciendum quod voluero et in aliis modis iudicandi, qualiter michi placuerit, et quod in aliis modis per quamcumque rationem exinde iudicavero, stabilis et firmum permaneat. Nam si aliter a nobis iudicatum non fuerit, predicta omnia cum fines et viis sui in ipsa ecclesia permaneat. Quam et huic confirmo, ut si toti filii nostri absque filios vel filias de legitime sue uxori defuncti fuerint et rebus, que illorum reliquerimus, iniudicatum reliquerint, omnis enim illa rebus absque servis et ancillis pro illorum et nostre salutis anime eveniat in ista ecclesia sancti maximi; servis vero et ancillis cum sua pertinentiam qui habuerit, vadant liberi, et qui non habuerit, habeat libertate sua; et hoc tinore te totonem notarium sic scribere rogavi, ut hec offertio michi reddas, ut ex ea faciat quod michi placuerit. Actu salerno mense et indictione suprascripta.

† Ego sikembardus teste sum
† Ego sicardus me supscripsi
† Ego lademari me subscripsi
† Ego adelchisi filio beroni me subscripsi
† Ego gaydo me subscripsi
† Ego lando gastaldus
† Ego alays filius alays teste subscripsi
† Ego grimoald me subscripsi

† Ego petrus teste sum
† Ego raduni teste sum
† Ego benedictus.

LXV.

A. D. 868.

† In nomine domini dei salvatoris Ihesu cristi regnante domnus Ludovvicus imperator augustus anno deo propitio eius Imperii vicesimo mense sebtembrio secunda indictione. ideo que ego mulier nomine liuperga, qui fuit uxor quondam radoaldi et filia fuit luperissi qui vestem sancte religionis sum induta, dum congruum mihi fuit vindere ipsa quartam pars, que mihi pertinet de ipse case et terram intus nobam salernitanam civitatem per ipsum meum morgincapud, qui a suprascripto vir meus in die coniunctionis nostre iuxta legem traditum habuit, qui est iuxta platea ipsa a super sancto benedictum, tunc fecit notitiam alfani subdiacono et romoaldi filii mei qui legibus mihi succedere debunt, et odelgisi diacono uterino fratri meo qui pariter mecum esset consentiens ad perficiendum vinditione istam, et pariter perreximus ante presentiam sichardi et benedicti gastaldii et iudici, cui nostra ex hoc vindendum diffamavimus esset volumtatem, et ab ipsis iuxta legem sumus diligenter inquisiti ne aliquid violentiam ex eo vindendum a quecumque hominem pateremus; quibus ego professa fuit, ut nonnisi congrua nostra esset volumtatem hoc vindendum, et prefati filii et mundoald mei cum ipso germanum meum sic mihi consenties esset dixerunt. et post ista inquisitio et nostra clarificationem, suprascripti iudicibus nobis largietatem tribuerunt ad binditionem istam perficiendum. et quo factum, ego suprascripta liuperga una cum iamdicti filii mei et suprascripto germanum meum mihi consentientes benundedimus tibi waimari filio domni waiferii principi in persona suprascripti domno waiferii genitori tuo, ut dictum est, integram quartam pars, qui per ipso meum morgincapud mihi pertinentes fuit de ipse duo case et terram in qua edificate sunt et cum curte sua in suprascripto loco iuxta ipsa platea a supra sancto benedicto, que fuit ipsius viri mei; habentes fines, de uno latere fine casa radechis et wiselgise, qui fuit uxor maioni filio talarici, cum propio pariete suo, sicut gutta inde cecidentem est; de superna pars fine casa polcari sepcola et fine ipso andito eius et andito, qui fuit iohanni de gemmuso ad casa sua et inde cum proprie pariete suo, sicut gutta cecidentem est; de alie duo vero partis, idest de uno latere et uno capite fine platee et inde cum

proprii parietibus suis, ut dictum est, ex omni pars hec vinditio muro proprium inde pertinentem circumdat cum guttali sui. infra suprascripte finis tam de ipse case, qualiter nunc sunt edificate, tam de terram ipsam que infra hec finis sunt vel de ipsis parietibus cum inferius superiusque suis et cum anditum suum quartam pars exinde tibi benundedimus, unde nullam de ipsa quartam portionem nobis aut alicui homini portionem reserbabimus, nisi tibi illos benundedimus. unde in presentem recepit a te suprascripto waimario finitum pretium viginti et octo boni trimissi ex monetis domni arechis, finitum est eam rationem, ut amodo et semper suprascriptam nostram vinditionem vos et vestris heredibus habere et possidere valeatis; de quibus nos vinditori repromittimus, et nostris heredibus obligamus suprascripti domni waiferii et ad eius heredibus suprascriptam nostram vinditionem nos vobis ab omnibus hominibus inantestare et defendere promittimus. quid si menime potuerimus, aut si forsitan nos ipsis per quolibet ingenium retornare quesierimus, questio nostra omnino bacuo sint et duplum suprascripto pretium, quod accepimus vobis componere promittimus; et insuper quod suprascripta vinditio apud vos fuerit remelioratum factum ibi edificium, sub estimationem pretiis vobis restituamus, et de colludio iuxta legem vobis satisfaciamus cum parentibus nostris, et anc cartula vinditionis in suprascriptam rationem te totonem notarium ut scribere rogavi. acto salerno mense et indictione suprascripta feliciter.

† ego qui supra alfano subdiacono me subscripsi
† ego qui supra romoaldo me subscripsi
† ego qui supra odelchis diaconus me subscripsi
† ego qui supra sichardus me subscripsi
† ego qui supra benedictus
† ego radolfus filius leoni teste
† ego cusso sculdais teste
† ego cakco
† ego maio filio borre me teste
† ego rodegari filio borre teste.

LXVI.

A. D. 869.

† In nomine domini dei salvatoris Ihesu christi regnantem domnus Ludovvicus Imperator augustus anno deo propitio eius Imperii vicesimo primo, mense Iulius secunda Indictione. Ideo que nos, hi sumus andreas filius quondam ermemari, qui sum habitator in forinum, quam et ego bonetruda filia quondam boniperti, qui sum uxor istius andree, dum comuniter congruum est nobis vindere rem nostram, quam habuimus in finibus rotensem locum que dicitur preturum et ad pratum et ad campum de faraon [1]), qui est terra cum arbusto vitatum cum pomifera sua et terram campensem et casa sua, tunc iuxta legem scire fecimus grisionem, qui est uterinum frater meique mulieri, et camflo idem consobrino frater meus, et pariter perreximus ante maionem iudicem de loco nostro, a quem diligenter sumus inquisiti, nec ego qui supra mulier violentiam de hoc vindendum biolentiam paterem ab hic vir meus aut a quecumque hominem; quibus ego manifesta sum, ut nullam violentiam a quecumque hominem de hoc vindendi patiar, nisi vona mea boluntate comuniter mihi congruum esset cum hic vir meus hoc benundare. et tunc per absolutionem de ipso iudicem et iuxta legem prefati parentes et mundoald nobis consentientes, pariter nos vir et mulier benundedimus tibi domno waiferii principis supradictam rem nostram in suprascripta loca : qui habet fines ipsa clusam cum arbusto ubi ipsa casa posita est, de uno latere fine bia comune, et de pede fine bia publica, de alio latere fine leoni mittioli, de capite fine lupi filii domnerami, sicut sepes discernit. secunda pecia de terram idem arbustatum, quod dicitur ad pratum quod ego qui supra bonetruda in meum nomine emtum habuit da deusdede filio trasari et gaidonem frater eius; et hoc habet finis, de uno latere fine madelmi et de partionarii eius sicut media sepe discernit, de alio latere fine lupi domnerami et fine leoni mittiuli sicut sepem et termiti discernit, de capite fine bia publica, et de alia capite coniunctum est cum ipsa terra campensem nostram, quod dicitur campum de faraonem quod simul modo tibi benumdamus. tertia quidem pecia de ipsa campum quod dicitur da faraonem, habet finis, de uno latere fine ansilmi et lupi et fine suprascripta nostra vinditio, et ab inde fine madelmi et de partionarii eius et fine barbati sicut sepem et ribus discernit, de alio latere fine terram qui fuit domni siconolfi sicut termiti ficti sunt, de pede fine terra que fuit ermenandi episcopi et roderissi filii aldemari sicut sepem inter eos fuit, de capite fine ribus. infra suprascripte finis in integrum, tibi suprascripto domno wai-

[1]) *Preturu*, *Pratum*, *Campum de Faraon*, in territorio Forini intra fines Salernitanae ac Avellinensis Civitatis.

ferii benundedimus cum ipsa casam, sicut edificata est et cum biis suis, unde nullam nobis infra suprascripte finis portionem neque nobis neque alteri reserbavimus, set in integrum tibi illos benundedimus cum ipsa quartam que mihi mulieri exinde pertinere debuit, unde in comuniter nos vir et mulier recepimus pro vestram personam in presentem pro hec nostra vinditione inter figurati trimissi ex monetis domni arechis et de dinarii figuratis de salernitanam monetam recepimus ab a grimoald clerico filio vestro adimplentem numero sexaginta trimissi, et ego suprascripto andrea manifesto quod iam a pars mea habeas a vestra pars receptum pretium idem centum trimissi de suprascriptam monetam finitum est, eam rationem, ut amodo et semper suprascriptam nostram vinditionem, tu autem vel tuis heredibus habere et possidere valeatis. de quibus nos vinditoris obligamus et nostris heredibus tibi domno waiferio vel ad tuis heredibus suprascriptam nostram vinditionem nos vobis ab omnis homines inantestare et defendere promittimus. quid si menime potuerimus, aut si forsitan nos ipsis per quolibet ingenium retornare quesierimus, questio nostra sint vacuo et a nostre partis incorruptus permaneant, et duplum suprascripto pretium quod accepimus, vobis componere promittimus; et insuper quod hec vinditio apud vos remelioratum fuerit, sub estimationem pretiis vobis restituamus et de colludio iuxta legem cum nostris parentibus vobis satisfaciamus. quod vero vinditionis cartula, ut supra tenore, te totonem notarium ut scribere rogavimus. actum in ipso casalem de forinum, in qua habitantes sumus, mense et indictione suprascripta feliciter. signu manus suprascripti andree vinditori et ipsius uxori eius idem venditricem. signu manus suprascripti grisioni et camfloni consentientis. Verumtamen et monimina ipsam, quod de suprascriptam rem habuimus emtionis, vobis ipsas dare promittimus pro vestra securitatem atque defensiones et heredum vestrarum; et hoc adiungi te totonem notarium rogavimus.

† ego qui supra maio me subscrissi

† ego boneprandus notarius teste subscripsi

† ego madelfrid filio cumfrid teste subscripsi

† ego berenardus presbiter teste subscripsi

† ego rottelmannu filio romani teste

† ego sadelpertus presbiter teste sum

† ego frumelghisi teste

† ego wandelpertus teste subscripsi

† ego adelpertu teste

† ego petrus clericus me teste subscripsi

† ego teodelgardo teste subscripsi

† ego aghenardus diaconus teste subscripsi

† ego rahenaldu filio radoaldi teste subscripsi
† ego ermepertus filio barunti teste
† ego ermericus teste subscripsi
† ego maio teste subscripsi
† ego rodegrimo teste subscripsi.

LXVII.

A. D. 869.

† In nomine domini dei salvatoris Ihesu cristi regnantem domnus Ludovvicus Imperator augustus anno deo propitio eius imperii vicesimo primo, mense iulius secunda indictione. dum ante nos rodelchis, gaidonem et dauferi atque lademari gastaldei et iudices vicem domne landelaiche uxorem domni waiferii principis causantes benit benedictus gastaldus filius attionis adversum ermenandum filium quondam apecisi, ut ipse ermenandus uxor habeas cariperga qui fuit filia cariperti, qui fuit serbo palatii de locum qui eboli nunccapatur, et leonis filii agatonis qui est ex genere atranensem [1]) per preceptum cum ceteris concessi sunt et ipse leo idem iuxta illo preceptum ipsa concessiones, quod de eboli habuit, ipsius domne landelaiche in integrum bindedit cum serbis et ancillis; et propterea ipsam uxor ipsius ermenandi in pars domne landelaiche serbitium cum filiis et filie sue, quod in ea genuit, recolligere quererent, et continuo et preceptum illud ostendit·et cartula illa vinditionis, quod exinde ipse leo emiserat, qui relectum est. quo auditum, diximus ipsius ermenandi, ut de talia responderent; qui ipse dixit, ut beritas esset, quod ipsa cariperga uxor habeas et filia fuisset ipsius cariperti de eboli, de quem ipse preceptum continet, et quattuor filii masculini et tres femine in ea genuisset, set et ipse ermenandus serbum palatii fuisset, quando sibi ipsam cariperga uxor sociasset et prius ipsam uxorem tulisset, quam ipsius leonis per ipsum preceptum beneficium ipsum concessum fuisset, et sic per testes eos conprobare poterent; qui et statim taliter inwadiati sunt et habierunt in constitutum sunt se plicatis [2]). qui ipse bene-

[1]) *Ex genere atranensem*, idest una ex earum numero familiarum, quae ab Atrani prope Amalphiam iram ducis aufugiens cum quibusdam Amalphitanis se recepit Salernum, ibique magnas divitias sibi comparavit.
[2]) *Sunt se plicatis*, idest inter se vicissim obligati.

dictus affatus est dicentes, ut testimonia ipsa paratus esset ad recipiendum ab ipso ermenandus; ipse autem ermenandus manifestabit dicens, ut consignationem ipsam nihil facere valerent et nullo modo ex ipsa uxore sua contendere poterent, et statim ipsa uxore sua cum ipsis suis filiis et filie retradidit in partem domne landelaiche de serbiendum: quod pro nostrum in posterum recordandum iudicium et ipsius domne landelaiche securitatem, hunc nostrum emisimus iudicatum, quod tibi totoni notario ut scribere dictavimus. actum salerno mense et indictione suprascripta feliciter.

† ego qui supra gaido me subscripsi

† ego qui supra lademari me subscripsi

† ego qui supra daoferius

† ego qui supra rodelchis me subscripsi.

LXVIII.

A. D. 869.

† In nomine domini dei salvatoris Ihesu cristi regnantem dommus Ludovvicus Imperator augustus anno deo propitio eius Imperii vicesimo primo, mense Iulius secunda indictione. ideo que ego mulier nomine inielgisa filia quondam potelfrid, qui sum uxor ermenandi filii ermeperti, in comuniter cum hic vir meus congruum mihi est vindere integram rem meam, qui mihi pertinentem est de suprascripto potelfrid genitorem meum, tunc iuxta legem scire fecimus teoprandus filius ropprandi, qui est barbanem meum et ilpericum filium marmorici idem et ipsum barbanem meum, et pariter perreximus ante presentiam sicardi gastaldi et iudicem et petrus idem gastaldus, quorum nostra vona volumtas esset venundendum hoc, a quem diligenter sum inquisitam, ne aliquid violentiam hoc vindendum a suprascripto vir meus paterent, quibus ego professa sum ut nonnisi expontanea mea esset volumtatem. et tunc per largietatem de suprascripti iudices et nobis consentientibus suprascriptis parentibus nostris, ego suprascripta mulier una cum hic vir meus vindedit tibi potenandi filio poterici, qui sit barbanem meum, integram ipsam meam portionem, qui mihi pertinet ex rebus suprascripti potelfrid genitori mei qui fuit germano tuo, tam de casis et curtem et rebus in locum qui dicitur miscanum [1]), unde nullam de ipsa mea portionem mihi reserbabit, set in integrum illos

[1]) *Miscanum* : *Misciano* intra Salernitanae et Avellinensis provinciae fines, ubi proprie *Monsaurus* (*Montuoro*) situs est.

cum inferius superiusque suis et bie sue tibi suprascripti bindedimus possidendum. unde in presentem recepimus a te finitum pretium decem trimissi ex monetis domni arechis: finitum est eam rationem, ut amodo et semper suprascriptam nostram vinditionem tu nominatus potenande vel tuis heredibus suprascriptam nostram vinditionem habere et possidere valeatis; de quibus nos vinditoris repromittimus et nostris heredibus obligamus tibi emtoris vel ad tuis heredibus suprascriptam nostram vinditionem nos vobis hab omnis homines inantestare et defendere promittimus. quid si menime potuerimus, aut si forsitan nos ipsis per quolibet ingenium retornare quesierimus, questio nostra sint vacuo et duplum suprascripto pretium, quod accepimus, vobis componere promittimus; et insuper quod ista nostra vinditio apud vos remelioratum fuerit, sub estimationem pretiis vobis restituamus et de colludio iuxta legem cum aidos nostros vobis satisfaciamus. quod vero vinditionis cartula ut supra tenore te totonem notarium ut scribere rogavimus. actum salerno mense et indictione suprascripta feliciter. signu manus suprascripte ermenandi et inielgise venditricis. signu manus suprascripti teoprandi et ilperici consentientis.

† ego qui supra petrus me subscripsi
† ego qui supra sichardus me subscripsi
† ego walperto filio ildeperti teste
† ego ladipertus filius lademari testis sum
† ego totelgardus teste subscripsi
† ego rodelgrimo filio gentili teste subscripsi
† ego ragimperto filio cariperti me subscripsi
† ego rapperto fili auderami teste subscripsi
† ego bertari teste subscripsi
† ego petrus teste subscripsi.

LXIX.

A. D. 870.

† In nomine domini dei salvatoris ihesu cristi regnante domnus ludovvicus imperator augusto anno bicesimo secundo eius imperii, mense decembrio quartâ indictione. ideo que nos. hi sumus lupus et lampertus seu et walpertus germani filii voniperti, quam et ego adelprando filius ra-

gimperti, et iohannes filius lupi, et frampertus filius petri, seu et ego lopelghari una cum largieta predicti lupi genitori meo unianimiter per hunc scriptum repromittimus vobis, hi sunt lupini filio marini seu et bonici filio cunari de ipsa terra nostra qui est campense, quas abemus in stabi ubi propriu troccle vocatur, ut damodo et usque ad tredecim annos spletos liceas vos ipso laborare et frugiare: abet finis ipsa terra de uno latu fine terra sancte marie de nocera, de uno capu fine terra de heredes ragimperti et adelberti, de alio latu fine de heredes adelperti, de alio capu fine bia publica. infra has autem finis in integrum ipso vobis ad frugiandum dedimus, ut fruges, qui ibidem dederit deus, in integrum vestre sit potestate faciendi quod volueritis pro ipsi quattuordecim tremissi de principes de moneta domni arichis, quod da vos accepimus. unde wadia vobis dedimus et mediatorem vobis posuimus erchenpertus filius ermeperti, eo tinore, ut si ante tredecim annos completi ipsa suprascripta terra de vestra potestate tullerimus, aut fruges ipsos vobis contraberimus, aut post spletos tredecim annos noluerimus vobis dare aurum tremissi septe de principes de suprascripta moneta , aut si alia moneta ebenerit que per ratione andaberit[1]), placitamus, ut quinquaginta benebentanos solidos nos aut nostros heredes vobis aut ad vestros heredes componere spondimus. nam si quiscumque homo exurserit, qui vos aut nos per beracem legem adbicerit, unde ausi fuerimus cum parentes nostros vobis iurare, quod nostro culludio non sit nisi ipsa suprascripta terra vobis defensare non potemus, reddamus vobis de ipsi suprascripti tremissi, per ratione amplius exinde culpabilis non siamus, et hunc scriptum ut supra sit firmum. et te liuspertus notarius scriberis rogabimus.

† ego qui supra lupu me subscripsi

† ego qui supra iohanne me subscripsi

† ego petrus teste subscripsi

† ego wiselgari teste subscripsi

† ego truppoaldus teste subscripsi

† ego richardu teste subscripsi

† ego roffreda teste subscripsi

† ego qualaitio clerico teste subscripsi

† ego andrea filio lupi teste subscripsi.

---

[1]) *Andaberit*, idest moneta quae in commercio erit; et hoc sensu deest in Du Cangè.

LXX.

A. D. 871.

† In nomine domini temporibus domni ludovvicus imperatoris agustos bicesimo tertio anno imperiis eius, mense iulius quarta indictione. ideo que ego madelgari filius radiperti in mutu accepit a te sicones filio tancomari tremisse uno de dinari qui sum dinaris sidici, unde pro ipsos tremisses posuit tibi in pigno terra mea cum arboribus suis de fructiferis et biteneus [1]) in locum ubi dicitur iovis: abentes fine de unu lateres coniuntus ad tuo qui supra siconi, cot da me qui supra emtum abit, et de aliam partem fine tauri, et de aliam parte fine bias, et de super fine ipsius tauri, comodo termiti ficti sum. infra suprascripte finis in integrum pro suprascripto tremisse in pigno posuemus in tali tinores, dum ipse supradictus aput nos detinueritus [2]) fuerit, suprascripta terra in tua potistatem abendum, laborandum et subfrugiendum. et quande nostro propios abuero ipso tremisse, non dalios homines habeamus potistatem ipso tollendum, unde ipsa terra cuique hobbligare debeamus; et si ipsa suprascripta terra daturo abuerimus bovis, spondimus bindere ad iustos pretium quem baluerit; et si aliicuique dederimus in partis eclesies aut in partem hominibus et datum paruerit, per unc scriptum trasabtibus in tuo qui supra et tuis eredibus ebeniat potistatem sine nostram et de nostris credibus requisitiones; et si ipsa genitrices nostram de suprascripta terra quartam tullerit, alios tantos obbligo bovis tollendo de alias rex mea ubi bolueritis; et dum ipse supradictos tremisse aput nos detinueritus fuerit, da omnes homines ipsa suprascripta terra nos et nostri eredi tibi et ad tuis eredibus defensare spondimus. preter si non potuerimus defensares aut de ipso germanus meo, ante omnia iuremus, ut non sit nostro colludium et per estimo bovis dare spondimus de alia tantas rex mea ad abendum, sicut disximus, dum ipse tremisse aput nos detinueritus fuerit. unde te wanpertus notarius scribere rogabit. actu salerno.

† ego ursu filio lupi me subscripsi

† ego teodericus notarius testis sum

† ego wandelhisi filius wamperti

† ego adelperto

† ego rodelgardo me teste subscripsi

---

[1]) *Biteneus*, a *bitire*, terra vitibus plantata.

[2]) *Detinueritus*, idest detentus.

† ego odengari teste subscripsi

† ego lopegalridu teste subscripsi

† ego wiso filio ursi teste

† ego maurillu filio mauriperti teste subscripsi.

LXXI.

A. D. 872.

† In nomine domini undecimo anno principatu domni nostri waiferii mense februario quinta indictione. ideo qu ego urso filius quondam radeprandi abitator sum in actum noceria loco nobara, dum iacere in lectu meum balidam infirmitates et recte loquero, per oc scriptu do adque trado tibi ermeperti filio ermemari pro anima mea iudicando omnes rebus mea territorie cum arbustu bitatu et pumifera sua, et case et intrinsecus casis, et omnia mobilibus mei, quidquid abeo in predictu locum nobaram et per alia singulas locam ubicunque de rebus mea inbentus fueri cum propie finibus et bie sue et omnia mobile, totum in integru tibi ermeperti ipso tradidi pro anima mea iudicandum et disponendum, qualiter bolueritis; in eam bidilicet rationem tibi ipso tradidit, ut dum ego qui supra urso bixero, in mea sit potestates faciendum quidquid boluero. nam pos meum transitum de quantum exinde non iudicatum remanet, in integru in tua sit potestates pro anima mea iudicandum, et cui ipso iudicaberi, stabilem et firmeter maneam, et omnem monimen quantucumque abuero per istu scriptu, ipse abeatis in defensionem omnia in bicem nostram ipso menatis et contendites, sicut rebus ipsa vobis defensetis pro anima mea iudicandum et disponendum pos mea defuntionem iudicandum pro anima mea; et si heredes mei tibi ermeperti tu tuis heredibus, et cui ipso dederitis et intentionem vobis exinde preposuerit au ipso vobis contraberi, qualiter superius legitur, quinquaginta benebentanos solidos vobis cumponere ipsi obligo ego, quomodo superius vobis eos tradidi, et firme et stabilem ipso abeatis, et unc scriptu in suprascripta rationem sit firme. et ursu notarium scribere rogabit. actu salernu.

† ego nandipertu teste subscripsi

† ego airisi presbiter

† ego petrus teste subscripsi

† ego lioprando filio persi teste subscripsi

† ego grimpertu teste subscripsi

† ego richardu teste subscripsi

† ego raginpertu teste subscripsi

† ego ragenfreda teste subscripsi

ercensenda filia ermeperti uxor sum radoaldi andrea castelgisi.

LXXII.

A. D. 872.

† In nomine domini undecimo anno principatus domni waiferii mense februarius quinta indictione. ideo que ego rattipertus presbiter filius quondam rattemundi abitator in nucerie pro cristi et salvatori meo misericordia et me salutis anime optulit deo et in ecclesia beatissimi sancti maximi, quas superius domnus waiferius princeps a nobo construxit fundamine intus nobam salernitanam cibitatem, integras terras meas cum arbustis bitatis et insetetum et castanietum, quas abeo in suprascripto locum nucerie ubi proprius puctianu bocatur, quod emtum abuit ab a lioprandos et ursu et lupu germani filii ileprandi, et ipso castanietum et insetetum, quod emtum abuit ab a radipertu presbiterum, que in predictam terram coniunctum est. ec totum, quas prelegitur, in integrum in prefata ecclesia optulit possidendum cum finibus et biebus suis, in ea bidelicet rationem, ut dum ego vixero, omnia quas superius legitur, mee sint potestatis exinde faciendum quod voluero, et quodcumque exinde in aliis modis iudicabero vel egero, firmiter permaneat. nam quantum exinde post transitùm meum iniudicatum remanserit, in suprascriptam rationem permaneat in potesta prefate ecclesie; nam si a me nihil exinde iudicatum esset paruerit, post mee defunctionis omnia, ut dictum est, in suprascriptam rationem in eadem ecclesia permaneat sine eredum meorum aut cuiuslibet requisitionem : preter de suprascriptam rem scepte bie adandum[1]) et ingrediendum et egrediendum ad ceteris ominibus, sicut usque nunc fuerunt, absque requisitionem. sicut te nantegari notario scribere rogabit. actum salerno feliciter.

† ego odelperto presbiter teste subscripsi

† ego angelbertus presbiter teste subscripsi

† ego petrus clericus teste subscripsi

† ego ermeprando presbiter teste subscripsi

---

[1]) *Scepte bie adandum*, idest exceptae viae ad eundum.

† ego lupicisi presbiter teste sum
† ego ursu notario teste subscripsi
† ego iohanne presbiter teste subscripsi
† ego orseprandu filio ursi me subscripsi
† ego lupus teste sum
† ego adelfreda teste subscripsi
† ego nandipertu teste subscripsi
† ego adelmari testis sum
† ego adelmanno clericus teste sum
† ego rodericus presbiter teste subscripsi.

LXXIII.

A. D. 872.

† In nomine domini undecimo anno principatu domni nostri guaiferii, nono dies intrantes mense februarius quinta indictione. ideo que ego ademari filius aceprandi, habitator sum in locum govi salernitana finibus, per unc scriptum repromictemus tivi gaidemari filio tancomari, ut amodo et usque in anni quadtuor completi resedere in ipsa rebus et casa vestra, que abueriti in locum govi, et homna rebus tua quit quan abere in suprascripto locum salbus faciamus cum homni alia tua causa que mihi ibi adsignaberi, et dum tu ibi abueri [1]) ad bindemiandum aut laborare, numquam te demictamus, set ibi tecum laboremus, et ipsa poma que ibi in suprascripta rebus tua habueri, tu exinde tolli sorti due et ego sorte una: totumque scripto iste contine, facimus per absolutione et largietatem ermetanci filii ermenandi. unde pro quod supra legitur, prestasti mihi tremisse uno de domno areghisi in tali bero hordine, ut quando exierimus de suprascripta rebus tua suprascripti anni completi si bibus fuero, ipso suprascripto tremisse bobis rendo bonu aut dinari, como per bonu tremisse andare in dies illi de nostro propio, nam non dalio homine tollendum ; et si pos defuntione mea qui supra iamdicto ermetanco aut eius eredes tivi qui supra aut tuos eredes rendere bolueri suprascripto pretio, non tollati de rebus mea uno tremisse balientes ; et si ipso suprascripto tremisse ego qui supra aut suprascripto ermetanco aut

[1]) *Abueri*, scilicet abieris.

eius eredes non rendederimus bobis qui supra aut vestri eredes suprascripto pretio pos suprascripti anni completi, licea bos et vestris eredes tollere de rebus mea per adpretiatum uno tremisse, et ipso habei firme per isto scriptu sicut per cartulam binditionis; et si datu comocumque parueri ipsa suprascripta terra, que tu tollere debuit de suprascripta rebus mea, firme ipso habei, sicut da nos emtu habuissi per cartulam, et ipso bobis defensemus qui habuimus in suprascripto iovis, qui de socero meus emtu habuimus. eam ratione colligo me suprascripto lademari tivi qui supra et tuos eredes, ut si non conpleberimus bobis totu qui supra legi usque suprascripti anni conpleti, beginti solidi nos vobis conponere spondimus et ut supra percompleamus. unde tali tinore quadiam tivi dedimus et nos ipse vobis mediatores exiemus [1]) ut supra complendum, et ad completi anni licea bos ire cum tuo conquisitu, qui iusto ordine ibi abueri. et te wiso notario scribere rogabit. acto salerno mense indictione feliciter.

† ego aodoaldo teste

† ego alhoini notario teste

† ego berenardo filio bertari teste

† ego traselghisi teste

† ego arichis filius ragemprandi testis sum

† ego tassilo teste subscripsi

† ego walpertu teste

† ego benedictus teste

† ego trasoaldo filio truppoaldi teste subscripsi.

LXXIV.

A. D. 872.

† In nomine domini anno undecimo principatu domni nostri waiferii, mense abrili quinta indictione. ideo que ego alaisi filio foscoaldi bindedi tivi wiselperti filius rattiperti terra mea cum castanietus et aliis arboribus suis, quas abeos il [2]) locum spianu maiure propio ad rebecca bocatur rotense finibus, qui abet finis de uno latus fine tuas qui supra wiselperti emtoris, et uno capu fines de eredes rosi, et de alio latus fine de eredes rodenandi, et desupto capites fine vestras

[1]) *Exiemus*, pro exhibemus.

[2]) *Il*, idest in.

qui supra emtoris. infra suprascripte finis tantum inde escepto erga fine vestras anditu de bia domniperti et ad eius eredes ad andandum usque in ipso suos introendo, nam de ipsos alius, nec nobis nec ad alius homine nihil reserbavimus portionem, set da inferioribus et superioribus cum bece bias suas totum in integrum ipso bovis qui supra bindedit in omnibus possidendum et faciendum quod boluerites tan bos qui supra quam et vestris eredibus, eam ratione de presentes recepid pretio abas bos qui supra emtores pro suprascripta binditionem mea tremissi septe de dinari abas sidici; fenitus est pretiu, ut a presentes dies ipso abeatis et possedeatis tan bos qui supra quam et vestris eredibus: de quibus me repromicto et hobligos et meis eredibus bovis et ad vestris eredibus, ut ista suprascripta mea binditiones nos bovis ab hommis homine defensare spondimus. qui sid menime potuerimus, aud si nos ipsis per quolibet ingenium retornare quesierimus, dupplos suprascripto pretium nos bovis conponere spondimus, et quod ipsam binditio remelioratas fuerid, sub estimatione pretiis nos bovis restituemus, et de colludio bovis iuremus secundum legem. sicut te alhoini notarium scribere rogabimus. actum salernum mense indictione suprascripta feliciter. signum manus alaisi qui ho scribere rogabit.

† ego rodelgrimo filio gentili teste subscripsi
† ego trasoaldo filio truppoaldi teste subscripsi
† ego leo teste subscripsi
† ego aodoaldo teste
† ego walperto filio lupi testis sum
† ego rodeprando teste
† ego aderico filio dardarici teste
† ego wilecauso teste subscripsi
† ego gaidenardu filio dardarici teste subscripsi
† ego maurus teste.

LXXV.

A. D. 872.

† In nomine domini anno undecimo principatu domni nostri waiferii, mense iulio quinta indictione. ideo que ego walfa filia walfusi et uxor fuid quondam orselgrimi filio ursi, dum iacere in lectulo meo et balida abere infirmitate ad morte posita periculis, set recte loquere poteo quid

cogitavid de dei misericortia et mercides anime meis, per accepta cartula boleo iudicare rebus mea pro anima mea et non ipso perficere baluid ; pro quibus conpresensum eset ipse frates meus per is mali saracenis , qui unc civitatem istam salerno obsediunt [1]), set dum uic abeos aliorum propinqui dui parentis meis, ideset wisenolfo clerico et castelmanno filio castelei et cum ipsis boleos hoc adimplere , dum ec benies ad nos trasenando iudex et homnia eis per hordine enarravimus ; hoc autem ille intellectum et bidentes meis periculis , iustum comparuet eis hoc perficiendum et scriba ipso scribendum. de qua ab a ipsius trasenando esquisitam sum quam et condescendentes mihi supradicti wisolfo clerico et castelmanno propinquihoris meis parentis quam et cum largietate ipsius trasenandi iudicis , ego nominata walfa per hanc cartulam hofferuid in ecglesia beatismi sancti massimi, qui fundatum eset intus noba salernitana cibitate per iamdictum domnus waiferio glorioso principis, homnia rebus sustantie meis quem abeo in salernitana finibus bel per singula alia loca, hoc sunt case, territurie cum arbusta, bineis, campis, silvis, castanieta, quertietas, montaneis, planitiis, homnia et in omnibus rebus mea, unde nec novis nec ad alius homine nihil exinde reserbavimus portione , set da inferioribus et superioribus cum propie finis et vie sue et cum usu aquarum, totum in integrum ipso offeruid in supradicta ecglesia et ad eiusque rectoribus possidendum. preter bolo enim, quod, dum visserid griseperga genetricis mea, in eius sid potestatem ipse case sediendum, [2]) dominandum, regendum, set quam et ipsa rex lavorandum, dominandum, frugiendum , faciendum de ipso frugens quod boluerid , quam et de homnes moviles meum asque casis et arboribus , et pos eius defuntione ebeniat in suprascripta ecglesia in integru possídendum et ad eiusque rectoribus ; et si eredes mea hoc remobere boluere , in conpositione subiaceas ad conponendum in ipsa ecglesia alia tale rex et tantum per ipsa loca, et ista nostra offertione stabile sid. te alhoini notarium scribere rogabit. actum salerno mense ındictione feliciter. singnum manus walfe.

† ego qui supra trasenandus ab ibsa rogatus me subscripsi

† ego traselpoto filio trasenandi ibe fuit

† ego qui supra castelmannu me subscripsi

---

[1]) Longa et ferocissima obsidione Saraceni iam ab anno 870 sequentibusque undique Salernum coangustabant, ut in *Chronicon Cavense apud Peregrinum* t: 4. « Saracenorum classis ab Africa in Salernum venit prope Oct. Kal. « A. D. 870. et Civitatem opsiderunt. Sed Dei ope a Beneventanis, Malfitanis et Sergio Consule cum Neapolitibus « suis supsidium attulerunt nobis: exinde in anno sequenti etiam per Francos ob preces Landulfi Episcopi Capue, « et nostri Abatis de S. Benedicto in Casino subvenitur. Qua de causa opsidio statim apsoluta est, et Saracenorum « classis fugiit in Calabria, sed multum confracta propter pelagi procellas, que illam triduo rebolberunt. »

[2]) *Sediendum*, a *sedere*, stare, habitare.

† ego gisolfus filio gentili teste subscripsi
† ego qui supra wisenolfus clericus me subscripsi
† ego arichis filius ragemprandi testis sum
† ego teupu filio gisolfi teste sum
† ego iohanniperto filio iohanniperti teste subscripsi
† ego roderico teste sum
† ego wido filio gisolfi teste sum.

LXXVI.

A. D. 872.

† In nomine domini duodecimo anno principatu domni nostri waiferi, mense agusto quinta indictione. ideo que ego lupicisi filius lupi, sicut mihi congrigum esset, bona mea bolumtatem bicariabit tibi ragimperti presbitero germanis meis et filio lupi terras meas cum arbustu bitatu cum suis pomiferis, quem abeo in locum priatu [1]) ubi propio catanella bocartur; abentes finis ipsa terra de uno latu fine de terra domnica, et de pede fine tua qui supra, et de alio latu fine dauferi, et da super capite fine mea et ipsius dauferi, et da pede de ipso ulimu [2]) qui est in fine dauferi in supra bobis lungo uno passu de ipsa terras meas ad iusto passu. infra finis, quomodo fini circuitu dicernunt, totum in integrum cum ipso passo bicariabit amodo in omnibus possidendum, faciendum quit boluerit una cum bece de bia suas ibi introendum. unde pro ista mea bicariatione recepi a te qui supra per alia cartula terras tuas in suprascripta loca, quod est pariter; fenitum est eam ratione, hobligo me et me et meis eredibus tibi qui supra et ad tuis eredibus exdicta mea bicariatione hab omnis homines inantistare et defendere promictimus. quit si menime inantistare aut defendere non potuerimus, aut si per nos ipsi forsitans per quolibet ingenium retornare quesierimus, questia nostra siamus taciti et insuper duppla terra et simile in eodem locum no bobis conponere spondimus; et insuper quantu aput bos inmelioratum paruerit, sub estimationem pretiis nos bobis restituamus, et de colludio autem secundum lege nos bobis iuremus. iterum et amodo per ista cartula anteponimus bobis de ipsa rebus meas que abeo in suprascripto locum, ut si uxor meas aut norias meas bobis exsinde tullerit per quacumque ra-

---

[1]) *Priatu*, vernaculo idiomate, seu *Pregiato* ob aeris amoenitatem vocatur unus ex vicis, quibus constat Municipium Cavae Tyrrhenorum.

[2]) *Ulimu*, idest ulmus.

tionem, alio tantu per adpretiatu abeatis potestatem tollere cum ista cartula de ipsa mea anteposítione et abeatis ipso firme, sicut et illo quod super legitur, et anc cartula bicariationis in predicta ratione sit firme. unde te poterico notario tali tinore scribere rogabit. actum salerno mense indictione feliciter.

† ego landeradus me subscripsi

† ego lupuin notarius teste

† ego maienando teste subscripsi

† ego ermericus filio ilderici teste

† ego mauro filio sichelprandi testes subscripsi

† ego ladipertus filio lademari testis sum

† ego walperto filio lupi testis sum

† ego urso filio lademari teste subscripsi.

LXXVII.

A. D. 873.

† In nomine domini imperante domnus ludovvicus imperator augustus bicesimo quinto anno imperii eius, mense december septima indictione. memoratorium factu a me ragemprando diaconus, de eo quod ante subscripto testes tradidid mihi per surte ursu filio ermemari omnia rebus substantiis suis, quem abet . . . . bolattianu [1]) acto salernitano, idest casis, terris et intrinsecus casis, culto quam et inculto, mobile adque immobile, omnia et in omnibus cugnta rebus suas pro anima sua iudicandum mihi tradidid per pauperes et sacerdotes; in tale bero rationem mihi ipsa res suas tradidid, ut si absque filius aut filia de legitima sua uxore mortuus fuerit in ipse bie de asculu ubi pergebat, licere me qui supra ragemprandus diaconus iudicare cugnta rebus eius, sicut supra legitur, pro anima eius per pauperes et sacerdotes, aut quomodo melius nobis conparuerit; et quocumque exinde fecerimus pro anima ipsius ursi, stabile permaneat sine requesitionem de eius heredibus aut cuiuslibet hominibus, sed semper firme et stabile permanere omni tempore, cui exinde per nos datum paruerit: tali tinore obligabit heredes suos nobis et ad illo homines, cui exinde de res eius datam paruerit per nos, ut si aliquando nobiscum

[1]) *Bolattianu* vel *Bolaczano di Fiumicello*, territorium intra Salerni et Nuceriae fines.

exinde causaberit, quinquaginta solidos nobis conponere ipsi obligabit, et in anteam questio eorum adbersus nos tacito et bacuo manere.

† ego benedictus sculdais ita nobis

† ego lichardo filio leoni ita nobis

† ego spendeo filio petri teste

† ego godelpertus presbiter.

LXXVIII.

A. D. 874.

† In nomine domini dei salbatori Ihesu cristi viCesimo sexto anno Inperii domno luduvvico Inperator augustus, mense Iunius septima Indictione. Ideo que ego magenandus filius quondam ilderiCi, que sunt Commanentem in misscanu finibus rotense, vona etenim mea volumtatem venumdedit tibi domno waiferio prinCipis, hoc est terra Cum Castanietum et insitetum, quem abeo in supradicto locum ubi propio ad ententia vocatur, quem ego hemtum abeo da wiselperga filia rodenandi et regemprando vir eius; que abet finis de uno latu et uno Capite fine tua que domni waiferi, et de alio latu fine ademari et audefusi germani, sicut termiti ficti sunt, et de alio Capite fine de heredes ropprandi et perexientem in fine de heredes pergoaldi et sancte marie, sicut termiti ficti sunt. clauso isto per desingnate finis totum in integrum Cum inferiis superiusque suis et bice de bia sua tivi qui supra domni waiferii vindedimus possidendum, unde nobis qui supra vinditoris neque ad nullum hominem exinde reserbavit portionem, sed totum tivi qui supra vindimus. unde a presentis reCepimus pro hoc vindictionem ab a walpertus bassallo vester in persona tuaque domno waiferio sex trimissi ex dinari ana sidecim dinarios per trimisse; finitum est eam vero rationem, ut amodo et semper abeatis et possideatis ista nostra vindictionem tam vos qui supra domno waiferio et vestris heredibus. de quibus obligamus nos qui supra magenandus vinditor et meusque colligo heredes tivi qui supra domno waiferio et ad vestris heredibus, ut ista nostra vindictionem nos vobis ab omnibus hominibus inamtestare et defensare promittimus. quid si menime potuerimus, vel si nos ipse forsitans pro quolivet modis removere aut retornare quesierimus, ante omnia questio nostra sid baCuum et inanis et duplum suprascriptum pretium nos vobis Componere promittimus, et de quod aput vos fuerit remelioratum, subb estimationem pretii restituamus vobis, de colludio vobis legibus iuremus per dei misteria. quod vero tenore sicut te teodericus notarius scribere rogavi. Actum salerno.

† ego qui supra maienando me subscripsi

† ego sichardus me subscripsi

† ego petrus teste sum

† ego rodelgrimus me subscripsi

† ego rodelgardus filius rodelgrimi teste sum

† ego kaidelradus teste sum

† ego trasenandus filius trasenandi me subscripsi

† ego grimoaldu teste sum.

LXXIX.

A. D. 875.

† quintudecimo hanno principatus domni guaiferii, decimo die stante mense aprilis die dominica decima [1]) indictione. memoratorium factu a nos bonipertu filio domnerissi, quam et ego lupo filio parduli, et ermemari filio ninnuli, et boni filio secundi, et mauro et leo filii selberami, eo cod ante ermepertu et maio becedomini de nuceria et alii testibus, qui subter scripti sunt, condonabet nobis merola monasticha femina una cum marino filio suo, qui fuet filius aoderissi, ipsam sacramentam, cod nos queset [2]) dicenda, qua [3]) nos aberemus terre eius celate: unde nos iurare abbemus qua amplius exinde non tenemus, nisi quantum per cartule exinde ipsam sacramentam in integrum et omnia quit nos ipsa merola et marino quedere potuet, sibe de terre sibe de quacumque causa nos suprascripti quedere potuerunt de ante os diem usque nunc die, in integrum nobis ipsa sacramenta vel omnem suam questionem condonaberunt. unde pro hanc tota eorum condonationem in presentes fecimus launegild manizzi [4]) nuscini pario uno, cod fuet factum in noceria in corte sancte marie. et hunc brebem scripsi ego barbatus notarius et interfui.

† ego ermepertu interfui

† ego maio filio probati teste subscripsi

---

[1]) Indictio huius chartae erronea: lege octava.

[2]) *Queset* et infra *quedere* a *querere*, ante iudicem citare, in ius vocare.

[3]) *Qua*, pro quia.

[4]) *Manizzi*, vernacula vox, vel *manicii*, ut in Charta XLV.

† ego dacuperto teste subscripsi
† ego leoperto filio leoni notarii me teste subscripsi
† ego rapperto ita nobis
† ego walfreda teste subscripsi
† ego autecari me teste subscripsi.

LXXX.

A. D. 875.

† In nomine domini quintodecimo anno principatus domni nostri waiferi, mense september nona indictione. ideo que radiperto filio iohanni per anc cartula vicariavit tivi leoni filio gaidiperti terras cum arbustu bitatum, quem abeo in locum corolanu [1], qui abet finis ipsa terra de uno latu fine mea, et de alio latu fine tua, et de super capite fine ursi filii erchemperti, et de subto capite fine via. infra finis in integrum tivi qui supra vicariavit in omnibus aviendu et faciendum quit boluerit; unde in presente recepi a te qui supra leone terras tua, que est in ipso locum, et uno solido besantio: per alia cartula fenitu est ea rationem, ut amodo et semper abere et possidere baleatis tam bos quam et tuis eredibus. unde quibus mee repromicto et meis eredibus colligo tivi et ad tuis eredibus exdicta mea vicariatione ab omnis omines inantistare et defendere promictimus. quit si menime inantistare aut defendere non potuerimus, aut si per nos ipsi forsitans per quolibet ingenium retornare quesirimus, ferquidam terra et simile in eodem locum nos bobis conponere spondimus; et insuper quantu aput bos inmelioratu paruerit, sub estimationem pretiis nos bobis restituemus et de colludio autem secundum lege nos bobis iuremus. unde te poterico notario tali tinore scribere rogavi. actum salerno mense indictione.

† ego radegari teste subscripsi
† ego ademari teste
† ego costantinus
† ego sichelpertus testis sum
† ego mauro testes sum
† ego rampertus notarius teste

[1] *Corolanu*, finibus Salerni.

† ego sadi teste subscripsi
† ego telgrimu
† ego warneprando testis sum.

LXXXI.

A. D. 877.

† In nomine domini septimodecimo anno principatu domni nostri waiferi et primo anno domni nostri waimario magni principibus, mense nobember undecima indictione. ideo que ego radoaldus filius leopardi dono adque per an cartulam confirmo tibi ursi filio truppoli terra mea cum bineam, cot abeo in castelione [1]) ubi propio ad palumbulu bocatur; que abet finis de unam pars fine mea qui supra donatoris, de aliam pars fine walperti germanis meo, de supto pede fine tua qui supra ursi, cot tu pro ipsa hoptaba sadi germanus meo abuisti, de super capite fine cumunaliam, como ipse pestellum [2]) decernit. infra iste suprascripte finis est in latitudine in capite per mensuriam et in metio locum et in pede in latitudine passu uno ad passu iusto homine mensuratu. infra suprascripte finis et como mensuriam dicernit, totum in integrum ipso tibi qui supra ursi donabimus in omnibus ad possidendum et faciendum cot bolueritis una cum biam suam. unde pro donum firmandum suscepit da te qui supra ursu launegildum manicios nuscini pario uno; fenitum bero mea donatione, ut amodo et semper tu et tuos heredes ipso abere et possidere baleatis. de quibus me repromicto ego qui supra radoaldus donator, et hobligo me et meus heredes tibi qui supra ursi et ad tuos heredes ista mea donatione, sicut superius legitur, ab omnis homine inantistare et defendere promictimus. quit sit menime inantistare potuerimus, aut si nos ipsis forsitans per collibet ingenium retornare quesierimus, questio nostra sit bacuam et ferquidam et simile rebus in eudem loco bobis componere spondimus, quale ista mea donatione in diebus illi baluerit, et de colludio bobis iuremus: iterum et si uxor mea de ista mea donatione bobis exinde tullerit pro ipsa hoptaba sua de suo morgincapu, per istam cartulam et per supsceptum launegildum hobligo te et tuos heredes tollere alio tantum per adpretiatum de ipsa binea meam, qui cum isto coniuntum est, et firme ipso possiatis [3]) et an cartulam in suprascripta ratione. et te ioanne notario scribere rogabit. actum salernum mense et indictione suprascripta feliciter.

[1]) *Castelione*, pagus in finibus salernitanis.
[2]) *Pestellum*, hic accipitur pro palo ligneo ad fines designandas.
[3]) *Possiatis*, idest possideatis.

† ego sadelprodo me subscripsi
† ego wandilperto me subscripsi
† ego donedeo me subscripsi
† ego nandelhisi me subscripsi.

LXXXII.

A. D. 878.

† In nomine domini septimodecimo anno principatus domni nostri waiferi et secundo anno domni waimari principibus, mense aprilis undecima indictione. ideo que ego bincenti presbiter filius benedicti, habitator sum in loco noceria, bindedit tibi angelberti presbitero filio leoni una petia de terram meam cum arbustu bitatu, quem habeo in predicto loco noceria ubi agella bocatur; habentes finis ipsa terra de uno latu et de uno capu fine bia publica, et de alio latu cum terra tua qui supra hemtori meo coniuntum est, et de alio capu fine terra qui fuit lupi, sicut ipsa carraria decernit tua et de germano tuo. clauso isto, sicut fini posite sunt, unde nec mihi qui supra binditori neque ad alius hominem nihil reserbabit portionem, set totum in integrum tibi qui supra bindedit una cum inferius et superius et cum bice de bia sua ad possidendum. unde pro suprascripta mea binditione de presentes recepit a te hemtorem meum tremissi quinque: finitum habeo totum pretium heam rationem, ut amodo et semper tu qui supra et tuos heredes predicta mea binditione habere et possidere baleatis; de quibus me repromitto ego qui supra bincenti presbiter et meosque heredes hobligo tibi qui supra angelberti presbiteri bel ad tuos heredes, ut ista nostra binditio bobis hab omnis hominem inantestare et defendere spondimus. et quid si non potuerimus, aut si nos ipsi per quolibet ingenio retornare quesierimus, dupplo suprascripto pretium nos bobis conponere spondimus; et insuper quod ista nostra binditio aput bos remelioratum fuerit in quabis parte aut supra factum hedificium, sub estimatione pretii nos bobis restituamus, et de colludio secundum legem nos bobis satisfaciamus, et hanc cartula ut supra sit firma. et te adelmari notario scribere rogabit. actum noceria feliciter.

† ego qui supra bincenti presbiter me subscribsi
† ego lioprando filio persi teste sum
† ego odelmannu filio lioprandi teste subscripsi
† ego cumpertus diaconus ita nobis

† ego richardu teste subscripsi
† ego andrea filio lupi teste subscripsi.

LXXXIII.

A. D. 880.

† In nomine domini nono decimo anno principatu domni nostri waiferius et quarto anno domni waimari principibus, mense februarius tertia decima indictione. Ideo que ego senato filius quondam ragimperti, qui sum habitator in noceria, bindo tibi benenati filio biati terra mea cum arbustu bitatu, quem abeo in loco ad puteum regente proprio agella bocatur; habentes finis de uno latu et de uno capu fine bia publica, et de alio latu et de alio capu fine terra tua qui supra benenati. infra isto predicto clausum quartam pars una tibi qui supra exinde bindo aut in quomodocumque ibi abere potuero, unde nec mihi qui supra binditori neque ad alius homines nihil reserbavit portione, set totum in integrum cum superiores et inferiores et cum bice de bia sua tibi qui supra emtori meo bindo ad possidendum amodo et semper tu et heredes tuis vel in omnibus faciendum quod bolueritis. unde pro ipsa mea binditione recepit a te qui supra emtore meo solidos quattuor aba[1]) duodecim dinarii pro solido ex moneta domni waiferii: finitum abeo totum pretium eam ratione, obligo me qui supra senato et meisque colligo heredes tibi qui supra benenati vel ad tuis heredibus, ut ipsa nostra binditio nos vobis ab omnis homines inantistare et defendere promittimus. et qui sit minime inantistare non potuerimus, aut per nos ipsi per quolibet ingenio retornare quesierimus, antiposuit tibi qui supra emtori meo, ut licentia abeatis introire in dupplo in ipsa terra mea cum arbustu bitatu, qui dicitur de gaugipertu qui coniunctum est cum ipsa curte et terra tua qui supra emtori, per mensura aut per adpretiatum ipso inde tollite et securiter ipso possideatis, et de colludio vobis iuremus. et te ramipertus notarius scribere rogavit. actu tostatiu in ipsu mercatu mense indictione feliciter.

† ego qui supra senato me subscripsi
† ego maio teste subscripsi
† ego adelpertus testes sum

---

[1]) *Aba* seu *ana* pro *unaquaque* vel *unoquoque*: sensus est, *solidos quattuor*, quorum quisque computatur pro duodecim denariis ex moneta Guaiferii.

† ego alerisi teste subscripsi
† ego iohanne teste subscripsi
† ego tassilo teste subscripsi
† ego acipertus teste subscripsi
† ego grimo teste subscripsi.

LXXXIV.

A. D. 880.

† In nomine domini quarto anno principatu domni nostri waimarii, mense augustu tertia decima indictione. ideo que ego odelbertus filius . . . . qui sum habitator in noceria bindo tibi angelperti . . . . . . integram ipsa quartam mea portione, quod ego emtu abeo da lupelghisa qui est uxor walperti filii boniperti, de terra ipsa campense qui dicitur ad torcle [1]), quas supradicte lupelghise exinde pertenuit de suo morgincapu; qui abet finis de una parte terra sancte marie de noceria, et de capite fine terra de heredes ragimperti et adelberti, et de alio latu fine terra adelperti filii idem adelperti, et de alio capite fine bia publica. de isto clausum integram ipsa quartam exinde tibi bindo qui ipsius lupelghise de suprascriptu viro suo pertenuit: in simul bindo tibi ipsa quartam portione de terra cum arbustu bitatu et castanietu uno teniente de ipso metianu, quod tu emtum abuit da suprascriptu walpertus qui exinde pertenuit ipsius lupelghise de ipsa terra de suo morgincapu, et sicut cartula tua contine, quod da ipsu walpertus firmatam abuit de terra ipsa, qui dicitur agella ad ipse placarie ipsa metiana. unde de ipsa quartam portione de iamdicte terre, sicut supra dictum est, nec mihi qui supra binditori neque ad alius homines nihil reserbavit portione, set totum in integrum ipsa quartam exinde tibi qui supra bindo ad possidendum cum bice de bia sua, amodo et semper tu et heredes tuis vel in omnibus faciendum quod bolueritis cum integra ipsa quartam de ipsa lignamen de ipsa casa, quod abuit da ipsu walpertus. unde pro ipsa nostra binditione recepit a te qui supra emtore meo solidi dui aba duodecim dinarii pro solido ex moneta salernitana: finitum abeo totum pretium, eam ratione obligo me qui supra odelbertus et meisque colligo heredes tibi qui supra angelperti presbiteri vel ad tuis heredibus, ut ipsa nostra binditio nos vobis ab omnis ho-

---

[1]) *Torcle* intra Nuceriam.

mines inantistare et defendere promittimus. et qui sit minime inantistare non potuerimus, aut per nos ipsi per quolibet ingenio retornare quesierimus, dupplo suprascriptu pretium nos vobis conponere spondimus; et insuper quod remelioratum fuerit, sub estimatione pretium nos vobis restituare placitamus et de colludio nos vobis iuremus; et iterum tangimus, ut si uxor mea introierit in ista mea binditione et quantum vobis exinde tulerit, antiposuit vobis qui supra, ut per ista cartula licentia abeatis vos aut vestris heredibus introire in alia res mea ubi abuerimus. et tollite exinde alio tantum per mensura aut per adpretiatum, quantum vobis exinde tulitum fuerit, et sic vobis ipso amodo tradedit adque antiposuit, et han cartula ut supra sit firme. et te ramipertus notarius scribere rogavit. actu noceria mense indictione feliciter.

† ego wiselgari teste subscripsi
† ego ursu teste subscripsi
† ego iohannes teste subscripsi
† ego petrus teste subscripsi
† ego airisi teste subscripsi
† ego lupu teste subscripsi
† ego urso teste subscripsi
† ego ioanne teste subscripsi
† ego godelperto teste subscripsi.

LXXXV.

A. D. 881.

† In nomine domini quinto anno principatus domni nostri waimari summo princeps, mense iunius quartadecima indictione. brebe . . . . . . ermenandus filius leoni de priatu, de eo quod ante vonorum hominum que subter scripti sunt, a me qui supra ermenandus ostensum est ipsa cartula donationis que continebat, ut ego donatum adque concessum havere leomperti germano meus integra ipsa curte mea, quem abeo de predictum genitorem meum ubi resedeo in suprascriptum locum priato, ipsa curte cum arboribus et rebus et territorie et cum integre ipse case que ibi posite sunt, in simul et homnes alie rebus et territorie, quem de predicto genitorem meum habeo cum propie finibus et viebus sue et cum homnibus pertinentie sue, sicut dixi, quit quantum de predicto genitore nostro pertinet, totum in integrum cum superius et inferius ei in in-

tegrum concessisset possidendum, et launegild continebad eodem cartula, ut inde receptum habuisset cappellu fusco [1]) uno. et sic continebad ipsa cartula, ut in eam videlicet rationem hec omnia ei concessisset, ut dum ego qui supra ermenandus evixero, in mea siat potestate faciendum quit voluero; et post vero meu obitu, dum vixerit vonesinda uxor mea et lectum meum custodierit, fruens et lavores exinde in integrum de subto et de super in eius sit potestate faciendum quod voluerit: aliut continebat secundum legem de launegild ipsa cartula esset confirmata; scripta est cartula illa per cumpertus notarius in quarto anno principatus domni waiferii de mense octuber tertiadecima ihdictione, et ibi scripti erat manibus suis iohannipertus et spendeo presbiter, seu et ermenandus, et audo presbiter, et forte presbiter, et luperisi presbiter, et ragimpertus diaconus, et liodelgari, et cum ista cartula quod superius legitur, sic ante subscriptorum vonorum hominum qui subter scripti sunt, quod ostensa et relecta fuit et taliter continentem inde, ut in posterum recordetur hoc exemplum relebavit [2]). actum salerno.

Desunt firmae.

LXXXVI.

A. D. 882.

† In nomine domini sexto anno principatus domni waimari principibus, mense februario quintadecima indictione. ideo que ego rodelenda filia rodelaupi uxor fuit polcari filii lupi, declaro eo, quia ipse nominatus polcari vir meus in die coniunctionis adque copulationis nostre secundum ritum et consuetudo gentis nostre langobardorum traditum habuit mihi morgincapum, idest quartam pars ex omnibus rebus substantiis suis; modo bero dum congruum est mihi ipsam quartam meam bindere meamque faciendum utilitatibus, set dum audibit per ecdoctos et sapientissimos omines, ut mulier, quando rebus suas bindere boluit, nam non absconse set faciat notitiam inter duos bel tres parentes suos, et pariter pergeret ante nubiliores omines et omnia illius annuntiaret, ut per eorum absolutionem bindictio illam fiat et quodcumque in isto hordinem de rebus suas cuique dederit, stabilem ordinem debeat permaneret. set dum audibit et cognobit per ecdoctos et sapientissimos omines et ego bolo hobserbaret sic, sicut continem lex; sic

---

[1]) *Cappellu fusco*, vulgares voces, quae idem sonant ac pileus subniger.

[2]) *Exemplum relebavit*, idest exemplum edidit.

fecit notitiam lupicisi filio lupi et liodorisi filio porici, qui sunt propinquioribus parentis meis, et pariter perressimus in presentiam nandiperti gastaldi et omnia illius adnuntiabit, ut per eius absolutionem liceret mee ipsam quartam meam vindere meamque faciendum utilitatibus, sic interrogabit me que supra mulier, forsitans qua haberet alios pluri propinquos parentes meos qui mihi mundoaldi esseret, aut istam bindictio mecum secundum legem faceret. ego eis dixit, ut aberet duos filios meos, unus predatus esseret a saraceni, alter bero non est ic, quia habitat in nuceria et non poteo illum abere mundoaldus meus esseret aut bindictio ista mecum facere, pro quod non potuit ic beniret pro ista generationes barbaras saracenorum, unde in cibitate ista salernitana circumclusi sumus. dum ipse nominatus nandipertus gastaldus dum bidit et audibit nostram declarationem, pro timore omnipotenti dei et mercedem superius domni nostri et sue anime dedit licentiam ad ipsi parentis meis, ut mundoaldi mei esseret et bindictio ista mecum facere, ut ego bibere possam; sic interrogabit me que supra mulier, si bonam meam esseret bolumtate et ne fortasset quacumque biolentia a quacumque omine ne inde pateret. nos quidem mulier in eius presentia cum predicti parentis meis palam me facio, ut nulla biolentiam a quabis omine patibula sum [1]) et propiam meam bonam bolumtatem et secundum legem mihi consentientis ipsi nominati parentis et per notitiam de supradicto gastaldo, sic ego que supra nominata rodelenda unam cum supradicti parentis meis bonam nostram bolumtatem bindedit tibi radelghisi filio radiperti totam integram ipsam quartam meam, quod legibus tollere debeo de rebus substantias ipsius polcari viri mei in locum, que dicitur mitiliano ubi priatu bocatur, cum ipsam quartam meam de ipsam casam et de ipsum palmentum; nam alio mobile in meam reserbo potestatem. unde de ipsam supradictam quartam meam, quod tollere debeo de rebus substantias ipsius viri mei, nec nobis que supra rodelende binditricis nec cuilibet ominibus nichil restetit nec dicimus remaneret sortionem, set totam in integram cum intregre finis et viebus [2]) suis et usis aquarias, sicut dixit, tibi qui supra radelghisi bindedit ad possidendum bel faciendum quod bolueritis. unde pro suprascriptam meam binditionem confirmandam, sicut superius legitur, modo presentem recepi a te qui supra radelghisi emtorem meum finitum pretium decem solidos de dinarios nobos figuratos ex moneta salernitana hana duodecim dinari per unusquisque solidos: finitum est eam rationem, ut amodo et semper tu nominatus radelghisi et tuis eredibus ea que prelegitur, abere et possidere baleatis. de quibus me repromicto ego que supra rodelenda binditrices et obligamus nos et nostris eredibus tibi qui supra radelghisi et tuis eredibus isdictam meam binditionem ab omnibus ominibus inantistare et defendere promictemus. quid sit menime inantistare aut defen-

---

[1]) *Patibula sum*, scilicet patior.

[2]) *Viebus* vel *biebus*, idem ac viis.

dere bel retornare quesierimus, dubplum suprascriptum pretium nos tibi componere spondimus: et insuper quantum aput bos remelioratu fuerit in quacumque pars, sub extimationis pretii nos bobis restituamus et de colludio bobis secundum legem iuremus, et anc cartulam binditionis ut supra. sicut te inghelprandum notarium scribere rogabit. actum salerno mense et indictione feliciter. signum manum suprascripti binditori qui me scribere rogabit.

† ego qui supra nandipertus me subscripsi

† ego bestehiso notarius testis sum

† ego maurus teste

† ego mauro testis subscripsi

† ego iohanne filio ursi

† ego walperto testes

† ego rodegari teste

† ego wiselgardus teste subscripsi

† ego ragemprandus filius polcari testis sum

† ego ursu filio alerisi teste subscripsi

† ego wiselmari teste subscripsi

† ego cusselgari

† ego urso teste subscripsi

† ego ercepertus teste subscripsi

† ego radelgis.

LXXXVII.

A. D. 882.

† In nomine domini sexto anno principatu domni nostris waimari principi, mense martio quintadecima indictione. nos petrus benerabilis episcopus sancte sedis salernitane [1]) ecclesie postulavit nos domna landelaicha una cum supradicto domno waimario principe filio suo, ut pro amore omnipotentis dei libertaremus ipsa ecclesia sancti maximi, quod domnus waiferius prin-

[1]) Petrus iste II. nomine, XXVIII. episcopus salernitanae Ecclesiae.

ceps vir et genitor eorum intus hec cibitatem salerno fundavit; et dum non baluimus pleniter absque consensum nostre sancte congregationis eos perficere, sic adbocavimus erga nos rodelgardus gastaldus adbocatorem nostris episcopii, et lupenandus presbiteru et bicedomino nostru, et alios sacerdotes, et lebitas, et cleros, et una cum illis inter nos exinde colloquium habuimus, unde omnibus rectum nobis conparuit causa istà perficiendum, eo quod a nobo fundamine ipse domnus waiferius princeps vir et genitor eorum ipsa ecclesia fundaberat et rebus suas ibi optulerat. Proideo, sicut nobis omnibus rectum conparuit, ita per hunc scriptum concedimus adque confirmamus vobis domne landelaiche, et domno waimario principi, et ad heredibus vestris, ut omni tempore ipsa ecclesia sancti maximi cum ipso abbate, qui per vos et per vestris heredibus ibidem ordinatus fuerit, et omnibus presbiteris et clericis, qui in ipsa ecclesia sancti maximi fuerint, una cum omnibus suis rebus et pertinentiis libera absoluta permaneat, ut nulla condicionem, aut dationem, aut serbitium, aut imperationem, vel excommunicationem, nec nos supradictus petrus episcopus, nec nostris successoribus abeamus ibi in ipsa ecclesia sancti maximi potestatem aliquid faciendum, set amodo et semper libera sit, absoluta cum omnibus presbiteris et clericis, qui in ipsa ecclesia fuerint, absque omnis audientia nostra et de successoribus nostris, et semper in vestra et de heredibus vestris sit potestate, simulque et de ipso abbate qui ibi ordinatus fuerit. et si nos aut nostris successoribus quacumque condicione aut audientia, aut quacumque censu vel serbitium, aut obligatione in ipsa ecclesia imponere boluerimus, et hec omnia, que superius legitur, remobere aut retornare quesierimus, aut si in ipsa ecclesia qualecumque subiugatione aut angaria ponere boluerimus, obligamus nos et successores nostros ad componendum vobis et ad heredibus vestris, et ad ipso abbate qui ibi preordinatus fuerit, mille aureos solidos constantinos et in antea taciti maneamus. tali tinore te dausdedi notarium scribere rogabimus. Actum salerno mense indictione feliciter.

† ego qui supra petrus gratia dei episcopus

† ego qui supra lupenaudus abba et vicedominus sancte ecclesie salernitane huic libertati consensi et subscripsi

† ego andreas abba et electus

† ego magelgardus diaconus me subscripsi

† ego qui supra adelchisus presbiter me subscripsi

† ego qui supra godelpertus presbiter me subscripsi

† ego qui supra wisenolfus presbiter me subscripsi

† ego qui supra cumpertus subdiaconus me subscripsi

† ego gaido me subscripsi

† ego castelchis me subscripsi
† ego qui supra ioannes abbas me subscripsi.

LXXXVIII.

A. D. 882.

† In nomine domini sexto anno principatus domni waimari, mense martius quintadecima indictione. Ideo que ego mauru filius quondam ermemari, habitator sum in loco noceria, bindedit tibi angelberti presbiteri et filio leoni una petia de terram meam, que est castanietum et insetetum et cesina uno tenientes, quem habeo in predicto loco noceria et propio agella bocatur: habentes finis de uno latu terra vestra qui supra hemtori meo et de nepote tuo, et de uno capu fine terra leomperti germano tuo et iohannelgari nepote tuo et de alii parentes vestros, et de alio latere fine vestra qui supra hemtori et de nepote vestro, de alio capu de super sicut ipsa bia trabersa dicernit. infra isto redicto clausu, sicut fini posite sunt, medietatem tibi qui supra ipso bindedit, et illa alia medietate mihi qui supra binditori in mea reserbabit potestatem, unde de predicta medietate nec mihi qui supra binditori neque ad alius hominem nihil reserbabit portionem, set tibi qui supra hemtori meo ipsa medietate bindedit una cum inferius et superius et. cum bice de bia sua ab possidendum bel in omnibus exinde faciendum quid bolueritis. unde pro suprascripta mea binditione in presentes recepi a te qui supra hemtorem meum solidos numerum quactuor de dinari nobi ex moneta salernitana et aba duodecim dinari per solidum: finitum habeo totum pretium heam rationem, ut amodo et semper tu qui supra et tuos heredes predictam meam binditionem abere et possidere baleatis. de quibus me repromitto ego qui supra mauru et meosque heredes colligo bobis qui supra angelberti presbiteri bel ad bestros heredes, ut istam meam binditionem bobis ab omnis hominem inantestaré et defendere spondimus. quid si non potuerimus, aut si nos ipsi per quolibet ingenio retornare quesierimus, duplo suprascripto pretium nos bobis conponere spondimus; et insuper quod ista meam binditio aput bos remelioratum parueri aut super factum edificium, sub estimationem pretii nos bobis restituamus, et de colludio secundum legem nos bobis satisfaciamus. et iterum tangimus adque antiposuimus, ut si uxori mee aut quacumque homo introieri in ista mea binditione et bobis exinde tuleri, et bos et bestros heredes liceat introire in ipsa medietate in ipso loco quod mihi ibi reserbabit, et tollite exinde tantum per adpretiatum, quantum de ista mea binditione bobis tultum fueri et semper ipso habeati per ista

cartula, et amodo non habeamus potestatem ipsa medietate mea nec bindere neque per nulla rationem ubique exinde dare, nisi quando ego aut meo herede exinde daturo habuerimus, demus ipso brebe aut ad bestro herede ad iusto pretium; et si ad alio hominem in quacumque rationem exinde dederimus de quantum exinde datum parueri, sic ipso habeatis sicut per cartula binditionis, et si non fueriti parati in costitutum ipso a nos emere, postea liceat nos ipso dare cui boluerimus, et han cartula ut supra sit firma. et te adelmari notario scribere rogabi. actum noceria feliciter.

† ego wisenolfu teste subscripsi

† ego wiselgari teste subscripsi

† ego walfreda teste subscripsi

† ego radelgrimo teste subscripsi.

LXXXIX.

A. D. 882.

† In nomine domini sexto anno principatu domni nostri waimario, mense martius quintadecima indictione. Ideo que ego griseperto filius lupi, pro mercides et salutis anime meis per anc cartula offerbid [1]) in ecglesie beatissimi sancti massimi, qui per domnus waiferius fundatus eset intus ec noba salernitana cibitate, ipsa homnia rebus mea et curte et case que abuimus il locum ubi ad langnu dicitur finibus salernitana: oc sunt territurie cum bineis pomiferis et cum homnibus alis suis arboribus, campis, silbis, culto bel inculto, omnia et in omnibus quidquid pertinentes fuerid in superdicta curte cum inferioribus et superioribus, cum propies finis et bies sues et pascuis et cum usu aquarum, totum in integrum offerbid in suprascripta ecglesias et ad eiusque rectoribus possidendum: preter tantu inde sceptuabimus ipsa sortione nominata petris filis meis. que da me eis legibus tetigerid ebenire, et si forsitans ipse filios meus sine filis aud filies defunctus fuerid et sua sortione non datam reliquerid, tunc et ipso tam similiter ebeniad in potestates suprascripte ecglesie. iterum recordabimus quod, dum mihi dominus deus spatiu vites donaberid. tunc homnia que supra legitur, in mea sid potestates dominandu, laborandum, frugiendum et ipso frugens mihi abendum: eam rationes hobligos me et meis eredibus in suprascripta ecglesia. ut

---

[1]) *Offerbid*, pro offeruit.

ipsa mea offertiones, que supra continet, ad homnis omine defensare spondimus; et si non potuerimus, aud si nos ipsi per quabis ingeniu retornare quesierimus, dupple terre et tale et tantum in ipsa suprascripta loca nos bovis conponere spondimus in predicta ecglesia, et quod remelioratus fuerid, sub estimatione pretiis nos bovis restituemus et de colludio iuremus bovis secundum legem, sicut iam supra legitur, comodo mihi esceptuabid ad fruendum, in meas sid potestate fruendum. te alhoini notario scribere rogabimus. actus salerno mense indictione suprascripta feliciter.

† EGO $\overline{\text{QS}}$ GRISENPERTO

† ego lupuin teste

† ego dausdedi notarius testis sum

† ego andrea teste subscripsi

† ego ermemari teste subscripsi

† ego ursu testis sum

† ego rampertus testis sum

† ego rampertus notarius testis sum

† ego bertefuso teste

† ego letu teste subscripsi

† ego iohanne filio ursi

† ego poterico notario teste subscripsi.

XC.

A. D. 882.

† In nomine domini sexto anno principatu domni waimari principibus, mense martius quintadecima indictione. Ideo que ego lopenando filius polcari, unaque cum berbum et absolutionem et largietate teodelgari filii leoprandi, cui ipse nominatus polcari genitor meus per brebe rebus suas obligatam abuit, et ipsum astantem, dum congruum esset mihi meam bonam bolumtatem per anc cartulam bindedit tibi radelghisi filio radiperti omnia et in omnibus rebus substantias meas, qui mihi est pertinentem de suprascripto genitorem meum il locum que dicitur mitiliano ubi priatu bocatur, quod sunt terris et arbusta, et castanieta, et quertieta, et campis, et silbis, cultum bel incultis, in montis quam et in planis, ubicumque in qualecumque locum et

ubicumque mihi fuerit pertinentem rebus bel substantias meas in predicto locum, quod est sortionem meam qui mihi pertinet de genitorem meum, nec nobis qui supra lopenandi binditori nec cuilibet ominibus nichil restetit nec dicimus remaneret sortionem, set totum in integrum cum integre finis et biebus suis et usis aquarias, inferius superiusque suis, et abgeciis [1]) et cum omnia infra se abentibus, et cum ipsam sortionem de ipsam casam meam et de ipsum palmentum tibi qui supra radelghisi bindedimus possidendum et faciendum quod bolueritis, scebtatam ipsam terram da lupini et aliam meas mobilibus quem ibi abeo, quod tibi non bindedit. unde pro suprascriptam meam bindictionem confirmandam, sicut superius legitur, modo presentem recepi a te qui supra radelghisi emtorem meum finitum pretium nobem solidos de dinarios nobos figuratos ex moneta salernitana hana duodecim dinari per unusquisque solidos: finitum est eam rationem, ut amodo et semper tuum nominate radelghisi et tuis eredibus, ea que prelegitur, abere et possidere baleatis; de quibus me repromicto ego qui supra lopenando binditor et obligo meipsum et meis eredibus tibi qui supra radelghisi emtori mei et tuis eredibus isdicta meam bindictionem ab omnibus ominibus inantistare et defendere promictemus. quid sit menime inantistare aut defendere, bel retornare quesierimus, dubplum suprascriptum pretium nos tibi componere spodimus; et insuper quantum aput bos remelioratum fuerit in quacumque pars, sub estimationis preti nos bobis restituamus, et de colludio bobis secundum legem iuremus et anc cartula binditionis ut supra; sicut te inghelprandum notarium scribere rogabit. actum salerno mense et indictione feliciter. signum manus suprascripti lopenandi qui anc cartulam me scribere rogabit.

† ego potenandus notarius testis
† ego ermemari teste
† ego radeligis teste subscripsi
† eno walprando filio ursi
† ego ercempertus teste subscripsi
† ego ladipertus teste subscripsi
† ego urso teste subscripsi
† ego adelgrimo teste
† ego auderamo teste
† ego ursu filio alerisi teste subscripsi
† ego lodorico teste subscripsi
† ego adelprando teste subscripsi

---

[1]) *Abgeciis*, idest adiacentiis.

† ego walperto teste subscripsi
† ego petrus.

XCI.

A. D. 882.

† In nomine domini sexto anno principatus domni waimari, mense aprilis quintadecima indictione. ideo que ego mauru filius quondam ermemari, habitator sum noceria, in muctum accepit a te angelbertus presbiter filio leoni solidos quinque de dinari ex moneta salernitana et aba duodecim dinari per solidum; unde wadia tibi dedit et mediatorem tibi posuit radelgrimu filio airissi, ut amodo et usque in quinque anni conpleti emisit te in ipso casalem meum, quem habeo hic noceria propio ipsa casa mea: que habet finis de uno latu fine terra iohannemari presbiteri sicut sepe decernit, et de uno capu fine terra adelghisi filii ermeperti et pertanget in terra cumperti diaconi, et de alio latu fine terra de marie tanculi, et de alio capu cum fine mea coniuntum est, sicut ipsa semeta decerni et signaite posuimus. clauso isto, sicut fini continet, in integrum te ibi emisit usque in predicti quinque anni conpleti, in tali bero rationem, ut bos ipso laborate cum bobi et date media semente et nos ibi ponimus media semente, et laboramus manualiter, et potamus et bendidiamus cum omnem meo spengio[1]), et omnem frugio et laborem et binu et poma per equaliter debidamus annualiter; et amodo et usque dum ipsi solidi aput nos fuerit, non habeamus potestatem per nulli modi nec bindere nec donare, neque per nulla rationem ubique ipso dare, usque dum ipsos solidos bobis reddamus. unde me repromitto ego qui supra mauru et meosque heredes hobligo tibi suprascripti angelberti presbiteri bel ad bestros heredes, ut si de gamdicto debitum aut de ipso frugio bobis cause miserimus, aut ipsa res cuilibet homini per quacumque rationem anteam dederimus, quam ipsi solidi bobis reddederimus et noluerimus bobis ipso defendere da omnis hominem, ante omnia centum solidos bobis conponere spondimus, et omnia, ut dictum est, bobis perconpleamus; et si exinde in pignerationem beneritis, antipono me ego qui supra mediator tibi suprascripti creditori triplo pigno de omnia mea rebus legitima, et ego qui supra debitor similiter antiposui tibi fideiussori triplo pigno de omnia mea rebus legitima, ut licentiam habeatis prindere et tradere in manu creditori nostro usque dum siat bena

---

[1]) *Meo spengio*, idest meis expensis.

iustitiam. tantum ad ipsi quinque anni conpleti, ubi ego bel meos heredes bobis bel cui tu isto cautu in manum emiseritis, reddederimus solidos quactuor, quali in die illi meliori andaberit, ipsa res redeat in nostra bel de nostros heredes in potestatem et uno de ipsi quinque solidi sit disrupti, et huc cautum usque ad pretium redditum sit firmo. et te adelmari notario scribere rogabit. actum noceria feliciter.

† ego odelfreda teste subscripsi

† ego grimpertu teste subscripsi

† ego alerisi teste subscripsi

† ego benedictus teste subscripsi

† ego godelperto teste subscripsi

† ego ioanne teste subscripsi.

XCII.

A. D. 882.

† In nomine domini sesto anno principatu domni nostri waimari, mense haprilis quintadecima indictione. [1]) memoratorium factu a me ioanne notario filio martini, deo cod ante presentiam trasenandi gastaldi et iudice benit mulier nomine orsa filia ursi et uxor fuet walperti filii leopardi et manifestabit se dicendum, ut bonam esset sua bolumtate sibi accipere birum me qui supra ioanne; quam et ego suprascripto ioanne a mea parte similiter me manifestabit, ut ipsa supsascripta horsa uxorem ducere bolere.[2]) dum ipse supradicto iudex audibit nostra manifestatione adque cognobit, ut bona essere nostra bolumtate inter nos tollendum, taliter tribuit nobis licentiam cod inter nos coniugio flere, et ibique bona bolumtate ipsies mulieris per hosculum nos coniunsimus ad abendum ego eam uxorem, secundum lex nostra langubardorum continet sequenter mea possibilitate. iterum et ante presentiam de suprascriptu iudex dedit ego ipsies horse uxoris me ipsa hoptaba de omnia rebus sustantia mea sequenter lex nostra langubardorum continet, et ibique dedit ego wadia gaidoaldi, qui est fratres eius consobrino filio ermenandi, cot omnia adimplere ad ipsa uxore mea sequenter leges.

† ego qui supra trasenandus me subscripsi.

[1]) Exemplum formulae matrimonii *per osculum* ante iudicem, cum Morgengab traditione.

[2]) *Bolere*, vernacula vox, scilicet *velle*.

XCIII.

A. D. 882.

† In nomine domini sexto anno principatu domni nostri waimari, mense abrile quintadecima indictione. ideo que ego mulier nomine magelchisa religiosa femina et filia magerisi uxor fuid quondam lupuin, interrogatas sum iustam legibus et esquisita ab a trasenandu gastaldo et iudicem, nec aliquod violentia patere quod ipsa modica hoctaba mea de terra bindere boleos de rebus suprascripti lupuin vir meis, quas abeos per meu scripto morgincapud quas ipse lupuin datu abuid per cartula magiperti serbis suis ; tunc in eius presentia manifesta sum, quia nulla violentia pateos a nullos quempius homines , set bona mea bolumtates largitas sum, quam et secundum legibus mihi consentientis orselgari clerico nepotes meu filio maielpoti . . . . meis et odelgari propinquos meus parentes, quam et cu notitia suprascripti iudicis, ego que supra nominata magelchisa per anc cartula vindo tivi wiselperti filio rattiperti ipsa octaba meas de terre ille qui sunt arbustu et castanietus, que suprascripto vir meus datu abui suprascripti magiperti serbis suis il locum clianu finibus rotenses, quam et quantu frugens per meu scripto inde tollere debuid, in simul vindo tivi ipsa octa mea de ip terra cum abellanietu, qui cum suprascripti magiperti conguntus eset, et ipsu frugiu meu inde, unde nec novis, nec ad alius homines nihil reserbavimus portiones, set da inferioribus et cum superioribus et cum finis et vies sues, tota suprascripta octaba de suprascripte terre et frugens meus inde bovis bindo in omnibus possidendum et faciendum, quod bolueritis. unde pro suprascripta mea vinditione de presente recepid pretios a te qui supra emtores meus solidos quactuor de dinarios ana duodeci: fenitos eset pretiu apud nos eam rationes, hobligos me que supra binditrices et meis eredibus tivi suprascripti emtoris meis et ad vestris eredibus, ut ista suprascripta mea vinditio nos bovis ab homnis omines defensares spondimus; et si non potuerimus, aud si nos ipsis per quabis ingeniu retornare quesierimus, dupplos suprascripto pretiu nos bovis conponere spondimus, et quod remelioratus fuerid, sub estimationes pretiis nos bovis restituemus, et de colludio iuremus bovis secundum lege. te alhoini notario scribere rogabi. actum salerno mense indictione suprascripta feliciter.

† ego qui supra trasenandus me subscripsi

† ego dabelgisi filio dabi teste sum

† ego odelpertus teste sum

† ego radelpertus teste sum

† ego aregisi teste sum
† ego walperto filio lupi teste
† ego teodelghisi testis sum.

XCIV.

A. D. 882.

Summarium tantum huius chartae, vetustate penitus abrasae, exhibemus.

« † Sexto anno principatus domni Waimarii, mense Maio quintadecima indictione. Vindi-
« ctio facta a Lioperga filia quondam Todini et uxore Radiperti omnium bonorum suorum in
« pertinentiis Nuceriae, ubi Agella dicitur, coram Leomperto iudice filio Leonis.

Venditionis pretium hoc fuit. « solidi tres et decem dinari ex moneta salernitana.

Finis textus. « Et te adelmari notario scribere rogabit. actum noceria feliciter.

† ego qui supra leompertus me subscripsi
† ego lupu filio boniperti
† ego alerisi teste subscripsi
† ego radelgrimo teste subscripsi
† ego iohannes teste subscripsi
† ego odelfreda teste subscripsi
† ego lioprando filio persi teste subscripsi
† ego odelmannu teste subscripsi.

XCV.

A. D. 882.

† In nomine domini sexto anno principatus domni nostri waimari, mense iunius quinta decima indictione. ideo que ego mauru filius quondam ermenari habitator sum in noceria, in muctum accepit a te angelbertus presbiteru filio leoni solidos sex de dinari nobi ex moneta salernitana et aba duodecim dinari per solidum; unde wadia tibi dedit et ipse mihi mediator exibi eo tinore, ut benientes nos in quinque anni conpleti reddamus bobis ipsi sex solidi asque opera, et tale pretium bobis reddere spondimus, qualis in die illi meliori andaberit in uc loca nostra; et amodo et dum ipsi solidi aput nos fuerit, spondimus bobis facere per omnes ecdomada opera una ubi tibi necessum fuerit. et si amplius post ipso constitutum ipsi iamdicti solidi aput nos detenuti fuerit, ipse opere bobis demus per domada; et amodo et dum ipsi solidi aput nos fuerit, non habeamus potestatem de res mea nec bindere, nec donare, neque pro anima mea iudicare, nec in sancti loci offerire, neque per nulli modi ubique exinde dare, nisi quando ego bel meos heredes exinde daturo habuerimus, demus ipso bobis bel ad bestros heredes ad iustum pretium, quod adpretiatum fuerit per doctos homines, tres a parte nostra et tres a parte bestra, et abeatis spatium ipso emere usque ad dies treginta; et si non fueritis parati ipso emere ad iusto pretium in ipso constitutum, postea liceat nos ipso dare cui boluerimus; et si ante ipso constitutum in quacumque rationem exinde alteri homini dederimus de quantum exinde datum paruerit, sic ipso habeatis firme per isto scriptum asque pretium, sicut per cartula binditionis. de quibus me repromitto ego qui supra mauru et meosque heredes colligo tibi suprascripti angelberti presbiteri bel ad bestros heredes, ut si de gamdicto debitum bobis aut de ipse opere cause miserimus, et menime fuerimus parati ad ipso pretium aut ipse opere dandum, biginti solidi bobis conponere spondimus et omnia, ut supra dictum est, bobis perconpleamus. et si exinde in pignerationem beneritis, antipono me ego qui supra debitor et mediator et meos heredes tibi suprascripti creditori meo bel ad bestros heredes triplo pigno de omnia mea rebus legitima, ut licentiam habeatis prindere et tenere usque dum ad bestra beniatis iustitiam: tantum, quando nos fuerimus parati ad ipso pretium bobis reddendum, aut cui tu isto cautum in manu miseritis, quod non da alio hominem ipso in prestitum tollamus nisi de nostro propio, ipso pretium abeamus et ipso bobis reddederimus, iste cautum sit disrupto et amplius de ipse opere aut de ipsa rebus in calumnie non siamus, et hunc cautum prestationis usque ad pretium redditum sit firmo. et te adelmari notario scribere rogabit. actum noceria feliciter.

† ego lupu teste subscripsi
† ego radelgrimo teste subscripsi
† ego odelfreda teste subscripsi
† ego raidolfu filio cumperti teste subscripsi
† ego ioannes teste subscripsi
† ego adelprando teste subscripsi
† ego walfreda teste subscripsi
† ego lioprando filio persi teste subscripsi.

XCVI.

A. D. 882.

† In nomine domini sexto anno principatus domni nostri waimari, mense iulius quintadecima indictione. ideo que ego lupus filius quondam boniperti, qui sum habitator in loco noceria ubi propio agella bocatur, dum me cogitantes de dei omnipotentis misericortia et pro mercedis anime mee, ut et ne res mea iniudicatum remaneret, per hunc scriptum tradidit tibi iohanni presbiteri filio idem iohanni omnia rebus substantiis meis, quem bisus sum habere in predicto loco noceria bel et per alia singula loca in montem quam et in planis, casis, mobilibus, arbustis bitatis, cultum bel incultum ubicumque de res mea inbentus fuerit una cum propi finis et biebus suis, seum et cum usis aquarum in integrum tibi qui supra iohanni presbiteri ipso pro animam meam tradidit; in tali bero rationem, ut dum ego qui supra lupus adbixero, omnia predicta res mea in nostra sit potestatem frugiandum et bibendum bel de ipso frugio faciendum quid mihi placuerit; et post bero meo qui supra lupi transitum, predicta omnia res mea, sicut supra dictum est, in bestra bel cui tu ipso in manu miseritis ebeniat potestatem ad iudicandum pro animam meam, et cui exinde dederitis aut iudicaberitis, firme et stabilem permaneat omni tempore asque omnem requisitionem uguslibet [1]) hominibus. et in simul tradidit tibi omnia mea monimem sibe de res mea, sibe undecumque monimen habuero, ut in tua sit potestatem, aut cui tu ipso in manu miseritis ad causandum et omnem iustitiam exi-

---

[1]) *Uguslibet*, pro cuiuslibet.

gendum in tali bigorem, tamquam si ego exigere ipso debuisset, et heredes meos qui bobis ipso contrare boluerit aut quicumque homo, quinquaginta solidos bobis ipsi hobligo conponendum, et omnia, ut supra dictum est, in bestra sit potestatem aut cui ipso in manu miseritis, ad faciendum quid bolueritis, et hunc scriptum in supradicta rationem sit firmo. et te adelmari notario scribere rogabit. actum noceria feliciter.

† ego qui supra lupu me subscripsi

† ego deodato teste subscripsi

† ego nandelfrid teste subscripsi

† ego ildeprando teste

† ego adelferi teste subscripsi

† ego adelmanno diacono teste subscripsi

† ego roffrededa subdiaconus teste subscripsi

† ego petrus teste subscripsi.

XCVII.

A. D. 882.

† In nomine domini sexto anno principatus domni nostri waimari, mense december prima indictione. ideo que ego mulier nomine wiletruda filia wineperti, que uxor fuit mauri filii ermemari, declarata sum quod a sarracenis sumus circumdati et a periculis famis nos perire cogitamus, et nihil habeo aliquid remedium qualiter bibere possam, nisi ipsam octabam portionem meam de rebus bindere bolo, que mihi a supradicto mauro viro meo pertenuit quod in die nuptiarum mihi traditum habuit, ut mea famis necessitatis liberare possam. et dum benior in presentia erchemperti iudices filio ermeperti et ab ipso interrogata bel inquisita sum diligenter, ut ne aliquam biolentiam patere a quabis hominem, ecce in eius presentiam me disfamabit, quia nullam biolentiam sum patibolam a quabis hominem, set pura et sincera mea enim bona bolumtatem, et mihi consentientes secundum legem martinus germano meo et leompertus filius leoni, unaque pari consensum et cum notitiam de supradicto iudex; ideo ego prenominata wiletruda benumdedit tibi angelberti presbiteri filio leoni integram ipsam octabam meam de rebus et mobilibus meis, de quid quantum mihi a supradicto mauro viro meo pertenuit in loco noceria, bel et per alia singula loca in montem quam et in planis ubicumque de rebus predicti mauri viro meo et

de omnibus quod inventus fuerit, una cum propie finis et biebus suis et cum inferiores et superioribus suis et cum usu aquarum in integram ipsam octabam meam tibi exinde bindedit possidendum, bel in omnibus amodo exinde faciendum quid bolueritis. unde pro suprascripta mea binditione in presentes recepit a te qui supra hemtorem meum solidos numerum sex de dinari ex moneta salernitana et aba duodecim dinari per solidum; finitum vero abeo totum pretium eam rationem, ut amodo et semper tu qui supra et tuis heredibus predictam meam binditionem abere et possidere baleatis. de quibus me repromitto ego que supra wiletruda binditrices et meosque heredes colligo tibi suprascripti angelberti presbiteri emptori meo bel ad bestros heredes, ut predicta meam binditionem bobis . . . . inantestare et defendere spondimus. quid si non potuerimus . . . . . . per quolibet ingenio retornare quesierimus, duplo suprascripto pretium nos bobis conponere spondimus; et insuper quod ipsa mea binditio aput bos remelioratum paruerit in quabis partem aut supra factum edificium, sub estimationem pretii nos bobis restituamus, et de colludio secundum legem nos bobis satisfaciamus et han cartula ut supra sit firma. et te adelmari notario scribere rogabit. actum noceria feliciter. adque adiungimus, ut ipsam octabam meam tibi in defensionem damus, ut in bicem nostram cum ipsa omni tempore contendatis et ipsa res bobis defendatis. nisi quando nobis necessum fueri, ipsa nobis adpresentetis et pos finem facta redeat ad bos.

† ego qui supra erchenperto me subscripsi
† ego leompertus teste subscripsi
† ego wisenolfu teste subscripsi
† ego radelgrimo teste subscripsi
† ego godelperto teste subscripsi
† ego benedictus teste subscripsi
† ego senato teste subscripsi.

XCVIII.

A. D. 883.

† In nomine domini septimo anno principatus domni nostri waimarii principis, mense iulius secunda indictione [1]). ideo que ego mulier nomine teoperga filia quondam ermerisi et uxor

[1]) Lege prima; secunda Indictio vero incipit a mense Septembri huius anni.

fuit ragemprandi. dum profiteor me pro amore omnipotenti deo et ipsius viri mei religionis habitum super me induta sum et in domum meam habito, et in ipso sancto habitum benedicentem dominum sum hobserbata, et dum compulsa sum dei omnipotentis misericordiam et pro remedium salutis anime mee et ipsius viri mei quam et pro anima adelprandi amantissimo filio nostro, ut rebus meam quam mihi pertinet per ipsum meum morgincaput haberet, seu et quod mihi hab ipso adelprandus filio meus mihi datum est, ut ipsas per beneravilia loca sanctorum iudicaret; set dicent enim notarii et legis peritis huius civitatis, ut religiosa femina tantum de tertiam partem, unam de rebus sua sola eis iudicare licerent, duas bero portiones hebenire in potestatem in quorum mundium subiacere videntur; ego autem mundoald nec de progenie ipsius viri mei aud de progenie ipsius genitori meo minime habeo, quia omnes mortui sunt qui legibus mihi consentiens essent, deinde postulavit clementiam drogoni gastaldi hac iudices, ut a pars palatii mihi habsolutionem tribueret. ipse vero iudex per ordinem superii domni nostri eos nuptiavit [1]) et ipse inluxtris princeps pro suis salutis anime ipsius drogoni gastaldi commisit, ut inter nos essent et ut a pars palatii mihi habsolutionem tribueret, ut cuntam rebus mea iudicare poteret sola, qualiter mihi placuerit. pro eo quod ipse misericordissimus princeps legem ipsam rememorans, sicut scriptum est, ut femina que parentes non habuerit, ut in mundium palatiu subiacerent, et hac sercituum urso notario cartula exinde scribere demandavit. quo ita factum est, ego superius dictus drogo gastaldus convocavi erga me alios idoneis hominibus, et sicut mihi hab ipsa gloriosa potestatem commissum est, prenominate teoperge habsolutionem dedimus omnis rebus substantiam suam sola iudicandum, qualiter illa voluerit. et nunc autem ego nominata teoperga habsolutionem habcepta, pro salute anime mee et ipsius viri mei et prenominati filio nostro per hanc cartula hoptulit in monasterio sancti maximi, quem domnus waiferius princeps a noba construxit fundamine intus hanc nobam salernitanam civitatem hubi nunc modo angelus presbiter et abbas regimen tenere bidentur, tota et integram ipsa terra de locum felline, qui fuit sortionem predicti adelprandi filio meus et mihi per cartula a subcepto launegild hab ipso filio meus donatum est; in ea rationem, ut dum ego que supra nominata teoperga ebixero, predicta terra in mea sint potestatem tantum ad frugiandum nomine; et post igitur meum hobitum predicta terra cum finis et vie sue trasactibus nomine hebeniat in potestatem ipsius hecclesie ad securiter habendum et possidendum eius rectoribus, et faciendum quod voluerit habsque omnis requisitionem de meis heredibus aud cuiuslibet requisitionem vel contradictionem. igitur et per hanc cartula in prefato monasterio offero omnis quartam meam, quas mihi legibus per-

[1]) *Nuptiavit*, eodem sensu ac in ius vocavit, vel citavit.

tinet haberet de rebus substantiam qui fuit ipsius viri mei, in ea rationem, ut dum ego ebixero, omnia mee sint potestatem de ipsa quarta faciendum quod mihi placuerit; et si illos binditura habuero, et ille abbas qui preordinatus fuerit in prefato monasterio, mihi exinde dederit iusto pretium quo baluerit, tunc hab illo dies per ista cartula omnis quartam meam predicta sancta ecclesia securiter habeas; et si ille abbas vel custos ipsius ecclesie, quando eos bindituro habuerit, et eos scire fecero et exinde mihi pretium dare noluerit, sicut supra dictum est, tunc in integrum ipsa quarta in mea sint potestatem faciendum quod voluero; et si ego hab hoc seculo sic fuero defuncta, ut ipsa quarta per me non fuerit benumdata in predicta sancta ecclesia, in integrum hebeniat securiter habendum et possidendum nomine pro meis salutis anime. eam vero rationem hobligo heredes mea, ut si de hec, que superius legitur, quod iudicavit, et eos remobere aud retornare quesierit, in compositionem flant obligati ad conponendum in ipsa supradicta ecclesia centum solidos, et securiter omni tempore ipso sivi habeas ipsa ecclesia. simulque et ipsa cartula, quas ipse adelprandus filio meus de ipsa terra de felline mihi hemmissam habuit, a presentis ipsa in defensionem ad habendum dedit ipsius angeli abbatis, ut omni tempore ipsa habeas supradicta sancta ecclesia pro defensandum sivi ipsa terra, et hubi necesse fuerit adelperge filie mee et ad eius heredes, ipsa cartula semper ei ostendatis pro defensandum sivi ipsa casa de intus nobam salernitanam civitatem, quas ipse filio meus mihi datum habuit et ego ipsas datum habeo ipsius adelperge filie mee: simulque et ipsa quarta mea in supradicta rationem tivi nominato angeli abbati in defensionem ad habendum dedit, et hanc cartula ut supra firme permanead. quam te ursus notarius scribere rogavimus. actum salerno.

† ego qui supra drogo me subscripsi

† ego radoaldo me subscripsi

† ego dauferi me subscripsi

† ego rodelgardus me subscripsi

† ego rodericus filio gentili.

XCIX.

A. D. 884.

† In nomine domini octabo anno principatu domni nostri waimari, mense aprelis secunda indictione. Ideo que ego audipertus filius quondam adelperti bona mea bolumtate bindo tibi

adelmanni diacono filio adelprandi quattuor pettie de terra mea cum arbustu bitatu et alia pomifera sua, quod abeo in finibus nocerina quod abeo da walpertus sociro meo filio boniperti; prima pettia qui dicitur agella habentes finis, de uno latu fine terra adelprandi, et de uno capu fine ipso pratu domnicu, et de alio latu fine ipsius adelprandi, et de alio capu fine terra qui fuit lupi; et secunda pettia ibidem habet finis, de uno latu angelberti presbiteri, qui fuit de genitore suo, et de uno cupu fine qui fuit ipsius lupi, et de alio latu fine ipsa predicta terra suprascripti adelprandi, et de alio capu fine terra qui fuit iohanni filii lupi; tertia pettia qui dicitur ad puteum regente habentes finis, de uno latu fine terra qui fuit tauselperti, et de uno capu similiter, et de alio latu fine terra qui fuit suprascripti iohanni, et de alio capu fine terra qui fuit teodi; quarta pettia ibidem ad puteum regente habet finis, de uno latu fine terra suprascripti adelprandi, et de uno capu fine terra de heredes maioni gastaldi, et de alio latu fine terra qui fuit adelmari filii adelperti, et de alio capu fine qui fuit suprascripti teodi et in ipsu latu da fine suprascripti adelprandi peresset in terra suprascripti iohanni. infra ista predicta clausuria, sicut finis posite sunt, et ubicumque per alia loca abuero de predicto walpertus sociro meo, sibe in monte quam etiam et in plano cultum vel incultum, unde nec mihi qui supra binditori neque ad alius homines nihil reserbavit portione, set totum in integrum et a funditus tibi qui supra emtori meo bindo ad possidendum amodo et semper tu et heredibus tuis vel in omnibus faciendum quod bolueritis. unde pro ipsa mea binditione recepit a te qui supra solidos quinque aba duodecim dinarii nobi per solidum moneta salernitana: finitum abeo totum pretium, eam ratione obligo me qui supra audipertus et meisque colligo heredibus tibi qui supra adelmanni diacono et ad tuis heredibus, ut ipsa nostra binditio in integrum nos vobis ab omnis homines inantistare et defendere promittimus. et qui sit minime inantistare non potuerimus, aut per nos ipsi per quolibet ingenio retornare quesierimus, primis omnibus questio nostra exinde esset tacita et bacua, et dupplo supradicto pretium nos vobis conponere spondimus; et insuper quod remelioratum fuerit, sub estimatione pretium nos vobis restituare placitamus et de colludio nos vobis iuremus. et iterum ipsa monimen qui exinde pertenuit, ipsa vobis in defensione dedit, in tale vero ratione, ut quando nobis aut ad nostris heredibus necesse fuerit pro nostra et vestra defensione, ipsa nobis adpresentatis et semper in vestra et de vestris heredibus permaneat potestate ad abendum omni tempore talis bigore et potestate, quale nos ipso abere aut contendere debuerimus, in omnibus in vestra permaneat potestate. et hoc insuper wadia tibi dedit et ego ipse mihi mediator exibit hec omnia, qualiter superius legitur, vobis conplendum; et si aliquid inde retornare vel commobere temtaberimus et omnia cuncta, que superius adnexum est, vobis aut ad vestris heredibus non conpleberimus, antiposuit adque obligavit me vobis, ut ubicumque me inbenieritis, vos vel misso vestro sine calunnie licentia me abeatis

prindere et districtum manibus me ante iudice portatis quatenus, ut ipso vobis percumpleamus; et si de presam aut de ligamen vobis aut ad vestris heredibus aut ad misso vestro intentione preposuerimus, quale iustitia nos a bos querimus exigere, alia tale iustitia nos vobis prosolbamus, et de questio nostra exinde taciti et bacui maneamus omni tempore, et insuper biginti solidi nos vobis conponere spondimus, et ipso vobis perconpleamus et han cartula ut supra sit firme. et te ramipertus notarius scribere rogavit. actu noceria in atreo sancte marie, mense indictione feliciter.

† ego wisenolfu teste subscripsi
† ego richardu teste subscripsi
† ego nandipertu teste subscripsi
† ego petrus teste subscripsi
† ego radelgrimo teste subscripsi
† ego lioprando filio persi teste subscripsi
† ego godelperto teste subscripsi.

C.

A. D. 884.

† In nomine domini octavo anno principatus domni nostri waimarii glorioso princeps, mense nobember tertia indictione. memoratorium factum a me maghenolfus presbiter filius granati, eo quod ante subscribti testes per largietate et absolutione domni maiuni presbiteri et abbati ecclesie sancti maximi, una nobis adesse petrus comes qui est unum de dominii et adbocatorem predicte ecclesie, ad pastenandum tradidimus abellanietum maraldi de locum muntoru filio amati una pecia de terra cum castaneis, quod ego in beneficium teneo a pars ipsius ecclesie in locum muntoru ubi cirione dicitur, per ec finis et mensurie: de omni parte fine predicte ecclesie, latitudo est in uno capite quod est a pars meridie passi biginti octo, longitudo est de uno latere quod est ab oriente passi septuaginta duo, de super capite latitudo passi biginti sex, de alio latere longitudo passi septuaginta octo, totum ad iusto passu homini mensuratum. hec vero rebus per iamdicte finis et mensurie tota et inclita cum omnia intro se abentibus et cum vice de via sua inclitum illut ei tradidimus tali hordine, ut amodo et usque decem anni completi sue potestatis eos tenere et dominare, et omnis sue utilitatis ibidem facere ille et eius eredes et homines, quod illis ibi-

dem miserint, et ipsis castaneis inde abscidere et clusamen exinde facere in ipsa rebus; et si aliquit laborem de ipsa lingna fecerint, tertiam pars ipsa lingna da laborem nobis dare dolata [1]), et due sortis sibi abeant, et usque dum parutus fuerit, ut de ipsis castaneis ibidem abuerit, illis eos colligere et tertiam parte ipse castanee secche nobis vel ad pars ipsius ecclesie dare, et tota ipsa terra pastenare abellanietum iusta rationem, sicut meruerit. et amodo et usque ipsi decem anni completi aberent illis tota ipsa rebus pastenata et operata et cultata de super et de subter, sicut de tantos annos locus ipse meruerit ut vene pareat laboratum et cultatum et surtum, et clusum illut abeant; et da ipsi decem anni in antea omni tempore, dum illis vel suis eredibus illut tenere et laborare boluerint, sue potestatis illut tenere et omnis sue utilitatis iusta rationem ibidem facere, et clusum et salbum illut abere, et temporibus suis illut laborare et studiare, sicut locus ipse meruerit ut proficiant et non dispereant; et quante abellane amodo et in antea, usque dum illis eos tenuerint, exinde exierint, tertiam partem ipse abellane secche nobis deant ibique, et due sortis illis sivi abeant. et per tempore quando meruerint et dirigerimus ibidem missum nostrum, seu si ego ibidem perrexerimus, illis nobis notrire, usque dum ibidem steterimus pro ipsa nostra sortione recipiendum secundum eorum fuerit possivilitatem, et de quod ibidem seminaverint, deant exinde nobis terraticum secundum consuetudinem de ipso locum. et da quale tempore da ipso constitutum in antea illis ipsa rebus tenere et laborare noluerint, remittant illut ad potestatem ipsius ecclesie laboratum, quale illo tempore meruerit esse, et liceat illis inde exire cum omnis sua causa et irent ubi boluerint sine cuiuscumque contrarietate vel requisitione; et si de anc terra salernitana exierint pro quacumque causa, expectemus illis usque tres anni; et si infra ipsi tres anni redierint et boluerint illut tenere in suprascripto hordine, totum illut redeant ad eorum potestate ad tenendum et laborandum, sicut dictum est, et si noluerit illut recolligere, liceat pars ipsius ecclesie eos dare cui boluerint. Unde pro omnia suprascripta michi vel ad pars iamdicte ecclesie adimplendum, per vona combenientia guadia michi ipse maraldus dedit et mediatore michi posuit seipsum; et per ipsa guadia obligavit se et suos eredes, ut si aliquit de omnia suprascripta contradixerit et, sicut dictum est, taliter non adimpleverit, componere nobis vel ad pars iamdicte ecclesie triginta auri solidos constantinianos, et apposuit se ad pignerandum omnis causam suam, quod est legitimo et inlegitimo. tamen ipse maraldus posuit mediatore seipsum et riso filio nandi de sanctu quirico, et ad ipso tempore qui, sicut diximus, da predicto constitutum in antea illis ipsa rebus tenere et laborare noluerint, remittant illut ad potestatem predicte ecclesie clusum et laboratum, quale illo tempore meruerit esse, et ipse riso apposuit

---

[1]) *Dolata*, a *dola* pars vel portio.

se nobis ad pignerandum omnis causam suam legitimo et inlegitimo. et unc brebem scribsi ego dauferius notarius qui interfui.

† ego ursu

† ego iaquintus.

CI.

A. D. 886.

† In nomine domini dei salvatoris ihesu cristi. Concessimus nos vir gloriosissimus waimarius dei prebidentia langobardorum gentis princeps per postulationem domne landelaiche matris mee in ecclesia sancti maximi, quod domnus waiferius princeps pater meus intus hec cibitate salerno a nobo construxit fundamine, integram rebus benenati et ademari cum omnia illorum pertinentia, ubique exinde fuerit inbentus, eo quod sine heredes mortui sunt et sacri nostri palatii pertinet de loco supter ipsa fistula, ubi propio puteo regente bocatur nucerina fines et pertinet de acto salernitano; in ea bidelicet ratione, ut ammodo et deinceps per hoc nostrum roboreum preceptum cungta ea, que supra legitur, in eadem sanctam sedem permaneat eius rectoribus dominandum in perpetuum, et a nullo ex nostris iudicibus, idest comitibus, gastaldeis, bel a quibuscumque agentibus numquam abeat aliquam requisitionem. sed perpetui tempore in supradicta sancta ecclesia permaneat. Quod vero preceptum concessionis ex iussione suprascripte potestati scripsit ego (†) dausdedi notarius. Actum salerno decimo anno mense magius quarta indictione feliciter.

CII.

A. D. 890.

† In nomine domini quartodecimo anno domni waimari principi et patricii, mense martius octaba indictione. ideo que ego benedictus gastaldus filius attioni per anc cartula bindedit tibi

(†) Locus sigilli ectypi, quod inspicitur in fac-simili diplomatis eiusdem principis sub anno 899.

iohanni presbiteri et abbati filio iohanni ipsa res, qui fuit lupi filii boniperti de loco qui dicitur agella ubi clusuria bocatur nucerina fines, quod ego per cartula emtum abeo a suprascripto lupus; itaque, sicut ipsius lupi predicta res pertinentes fuit et sicut per cartula eos ab ipso lupus conparatum abeo, sic funditus tibi illos bindedid possidendum bel faciendum quid bolueritis cum finis et vis suis ibi intrandum, et nulla nobis inde non reserbamus. unde presente recepimus exinde finitum pretium in persona tua aba dominicu filio martini solidi numero biginti ana duodecim dinari per solidum, ea rationem, ut ammodo et semper tu tuisque heredibus suprascripta nostra binditio abeatis et faciatis quid bolueritis; de quibus me repromitto, et heredes meos obligo tibi et tuis heredibus ex ipsa nostra binditione ab omnis homines inantestare et defendere. quid si vobis ipso defendere non potuerimus, aut si nos ipsi eos remobere quesierimus, duplum suprascripto pretium vobis conponere spondimus et questio nostro tacito sid; et insuper quantum aput vos fueri remelioratam, sub estimatione pretiis vobis restituamus, et de conludio secundum legem vobis iuremus. tali tinore te dausdedi notarius scribere rogabit. actum salerno mense indictione feliciter.

† ego qui supra benedictus me subscripsi
† ego sichenardus me subscripsi
† ego traselpoto filio trasenandi sic sum rogatum
† ego adelgari me subscripsi
† ego dauferi me subscripsi
† ego qui supra gaido me subscripsi
† ego lando
† ego rodelgardus me subscripsi.

CIII.

A. D. 892.

† In nomine domini sexto anno imperii domni leoni et alexandri magni imperatores, mense martio decima indictione. ideo que ego teodemari, qui sum habitator intus castello ariano [1]) filius quondam inghelprandi, congrua mea voluntate vendidi tibi ermetanci filio cacconis integra

[1]) *Ariano*, in Apulia.

sorte illa ex casis seu terris cum parietibus, quibus esse videtur intus salernitana civitate que fuit quondam lambaiari iudici filio radiperti, quas ipse lambaiari datam habuit quondam gaidenardi soceri mei filius suus naturalis et mihi pertinet de inghelgarda uxore mea filia ipsius gaidenardi: in simul et vendidi tibi ipsius ermetanci integra sorte ipsius lambaiari de ipsa molina, quibus fuerunt in flubio sabbati pertinentes eidem lambaiari ex eo radiperto genitore suo et quibus fuerunt edificata in eodem flubio extra hanc beneventanam civitatem, ex quibus ipse lambaiari sorte sua eidem soceri mei datam habuit et mihi ex eadem uxore mea pertinet, de qua sorte eiusdem lambaiari de ipsa casa et terra cum parietibus de intus salerno et de ipsa molina de extra hanc beneventanam civitatem de eodem flubio sabbati, qualiter de predicto radiperto genitore suo ei pertinuit, nec mihi prenominati teodemari, nec cuicumque alteri homini nullam quodcumque reservavi amplius; preter tantum inde sceptabo quod tibi non vendidi . . . . de terra et parietibus de ipsa sua exinde sorte de intus salerno ipse lambaiari datum habuit lambuli . . . . sorte de ipsis casis et terra cum parietibus de intus salerno de solo solaria de tectum et teguminibus et de omnia exinde pertinentia cum omnem ipsius portionem de eadem molina secus eodem sabbati flubio edificata cum aqueducta et andita sua et cum inferius superiusque suis tibi nominati ermetanci vendidi possidendum. unde pro hanc eadem mea vinditione presente recepi a te emptore meo finitum pretium unum solidum constantinum scolicatum et unum deithatum ambo bonos, ea ratio, ut amodo et semper tu nominate ermetance et heredes tui eadem mea vinditione in integrum, sicut superius legitur, habere et possidere securo nomine valeatis. unde repromitto ego ipse teodemari, et me meosque heredes colligo tibi nominati ermetanci et ad tuis heredibus eadem mea vinditione vobis ab omnibus hominibus antistare et defendere: si non potuerimus, nichil aliut vobis persolvamus, nisi solummodo ad dei sanctam dei evangelia vobis iurare faciamus dicendo, ut eadem mea vinditione absque omnem colludium vobis defendere voluissemus et non potuissemus: post datum hoc sacramentum, reddamus vobis supradictos duos solidos constantinos bonos, sicut superius a te accepimus; et quod aput vos eadem mea vinditione remeliorata paruerit, sub estimatione pretii vobis restituamus. nam si ego ipse teodemari aut meos heredes aliquando qualitercumque de supradicta nostra vinditione tecum eodem ermetanco aut cum tuos heredes qualitercumque causaverimus, vel eam remobere quesierimus, ante omnia modis omnibus exinde questio nostra adversus vos vacua sint, et duplum supradictum pretium vobis componamus; verumtamen per nosmedipsos, si oportuerit, in predicta ratione vobis ad evangelia iuremus, nam non, ut superius dictum est, faciamus inde vobis iuraret. et te accone notario taliter scribere rogavi. actum benevento.

† ego qui supra teodemari me subscripsi

† ego wiso filio alloni me subscripsi
† ego eroicus me subscripsi
† ego rimelgardus filio isengardi teste
† ego dauferi gastaldus me subscripsi
† ego ladipertus me subscripsi
† ego maio notarius me subscripsi
† ego iohannes filius orseprandi testis
† ego truppoaldus filius rodenandi teste sum
† ego iohannes filius benedicti teste subscripsi.

CIV.

A. D. 893.

† In nomine domini septimo decimo anno principatus domni nostri waimario imperiali patricio et primo anno principatus domni waimario filio eius, mense augustus undecima indictione. ideo que ego petrus filius quondam raudiperti per hanc cartula benumdedit tivi ragimperti clerico filio odelfrid terra mea cum arbusto vitatum et pommifera sua, quas habeo in locum hubi da selberamu dicitur finibus nuceria; qui habet finis de una pars sicut aquara discernit, et de alia pars fine de heredes ermeperti, et de alia pars fine de heredes balerisi, et de alia pars sicut bia dicernit, qui pergit ad sanctum bitum. clauso isto, qualiter finis posite sunt, nec mihi neque ad alius hominibus nichil reserbavimus portionem, set da inferioribus et superioribus cum propie finis et bice de bia sua in integrum tivi qui supra ragimperto clerico benumdedit in omnibus ipso habendum vos et vestris heredibus et faciendum quit volueritis. unde in presentis recepit a te nominatus hemtorem meum pro ista mea bindictionem statutum pretium solidos numerum sexaginta habentes per solidum denarios duodecim monetam salernitanam; finitum est pretium aput nos heam vero ratione, hobligo mee qui supra petrus et meis heredibus tivi nominatus ragimperti et ad vestris heredibus, ut eaque mea bindictionem, sicut super legitur, nos vobis hab homnis homines inantestare et defensare promictimus. quit sim menime potuerimus, aud si nos ipsis forsitans per quacumque modis remobere aud retornare quesierimus, ante homnia questio nostra sit bacuum et inanes et dupplo supradicto pretium nos vobis conponere promictimus; et quod aput vos inmelioratus fuerit, subb estimationem pretii nos vobis restaurare promictimus, et

de colludio vobis iuremus per dei misteria iusta legem. quod vero tenore sicut te ursum notarium scribere rogavimus. actum nuceria mense indictione suprascripta feliciter.

† ego qui supra petrus me subscripsi

† ego adelfreda teste subscripsi

† ego madelgariu teste subscripsi

† ego godelperto teste sum

† ego lupu teste subscripsi.

CV.

A. D. 894.

† In nomine domini octabo decimo anno domni waimari principi et imperialis patricius et secundo anno domni waimari principi filius eius, mense magius duodecima indictione. dum ante nos andreas abbas et electus et castelchis seu lando gastaldeis et iudicibus coniuncti fuisset angelo presbiter et abbas rector ecclesie sancti maximi cum traselpotu adbocatore suo, simul et ibi ante nos benit mulier nomine erchensenda filia ermeperti cum radoaldo, qui vir erat ipsius erchensende, primis ipse angelo abbas cum ipso adbocatore suo dixerunt, ut iam ante hos tempus dedisset ipse ermepertus, qui pater fuerat ipsius ercensende, in manum eidem angeli abbati omnibus rebus substantiis que fuit ursi filii radeprandi de nuceria de loco nobara, quod ipse ursus per scriptum in manum miserat eidem ermeperti patri ipsius ercensende, ut pro anima eius ipso dare ubi ei bene conparueri, quam et ipso scriptum, quomodo ipso ei in manu miserat, ibi ostedit. dum relectum est scripto ille, nos iudicibus interrogabimus ipsa ercensenda et ipso radoaldus qui vir et tutor erat ipsius ercensende, quod exinde respondit ipsa ercensenda pariter cum ipso radoaldo vir et tutore suo manifestaberunt, ut berum esset, qua ipse ermepertus pater eiusdem ercensende omnibus rebus substantiis ipsius ursi in manum dedisset ipsius angeli abbati pro anima ipsius ursi, sicut ípse scripto continebat, ut eis inde orare et orare facere. ego dausdedi notarius ut supra novi et scribsi. actum salerno.

† ego qui supra andreas abbas et electus

† ego qui supra lando

† ego qui supra castelchis me subscripsi.

CVI.

A. D. 894.

† In nomine domini octabo decimo anno domni waimari principi et imperialis patricius et secundo anno domni waimari principi fili eius, mense september tertiadecima indictione. dum ante nos petrus et benedictus gastaldei et iudicibus coniuncti fuisset adelgisa filia walcari cum adelfrid filio adelmundi parentes et adbocatore suo, simul cum ipsi benit teodelgardus de nuceria filius (*deest nomen*), primis ipsa nominata adelgisa cum ipso adelfrid tutore et parentes suos, in cuius mundio subiacebat, dixerunt, ut ipse teodelgardus in birtute conpreensisset ipsa adelgisa et in terra illa iactasset et adulterasset illam, et iam ante os dies inde iudicatum abuisset, ut per testes ipso ei adprobaret; pro ita parata erat ipsa adelgisa et ipse adelfrid tutor eius cum sua testimonia, ut ipso eis adprobaret secundum legem. nos quidem iudicibus interrogabimus ipsum teodelgardum quod exinde respondere, ille dixit: testimonia ista non recipio, eo quod berum est, quia ista adelgisa in birtute conpreensid et in terra iactabit et adulterabit illam. dum nos iudicibus tale eius manifestationem audibimus, iudicabimus, ut secundum legem nongentos solidos ex hac causa componere medietate palatii et medietate ipsius mulieris, adstante ibidem gaidenardus filius petri gastaldei, qui missus erat a pars palatii conpositione ista recipiendum. nos quidem iudicibus diximus eidem teodelgardo, ut daret wadia ipsorum, ut secundum legem nongentos solidos eidem mulieris et ad pars palatii conponere; ille dixit, ut non tanta abere rebus aut substantia, unde se ab ac culpa liberare possat, eo quod pauca rebus se dicebat abere. dum nos iudicibus tale eius audibimus manifestationem et pauca se dicebat abere substantia, de presentis per capillis capitis suis se ipso teodelgardus conprendere fecimus, et in manum ipsius adelgise et adelfrid parenti et tutori sui seu et ipsius gaidenardi, qui missus erat a pars palatii, se tradidid cum omnibus rebus suis pro suprascripta conpositione et pro securitate ipsius ipsorum mulieris et parenti sui, et pro pars palatii unc emisimus iudicatum, quod tibi dausdedi notario scribere demandabimus. actum sacro salernitano palatio feliciter.

† ego qui supra petrus me subscripsi

† ego qui supra benedictus.

CVII.

A. D. 895.

Huius membranae supradicti anni variis in locis abrasae, vix potest summarium exhiberi »

† Decimo octavo anno principatus domni waimarii et secundo waimarii eius filii, mense Maio « decima tertia Indictione. Iudicium et sententia, qua unam petiam terrae in loco Forino ad « ecclesiam Sancti Maximi pertinere definitur. *Desunt firmae testium.*

CVIII.

A. D. 895.

† In nomine domini nonodecimo anno principatus domni nostri waimarii principis et imperiali patricius et tertio anno principatus domni waimarii principis filio eius, mense december quartadecima indictione. memoratorium factu a me angelus presbiter et abbas monasterii sancti maxîmi, de eo quod ante presbiteros et cleros nostri monasterii, quibus subter scripti sunt, venit petrus filius raudiperti et sua vona volumtate querebant introire in prefato nostro monasterio ad monachilem habitum recipiendum super se, et ut in servitium dei in eodem monasterio diebus vite sue commorarent; et ideo priusquam monachilem habitum super se indueret, pro suis salutis anime per virga quod suis manibus tenebat, tradidit mihi de quantum religo fuit[1]) ego ei dandum de ipsi quinquaginta solidi de dinarios de ipsam rebus sua, quas ipse unaque cum anghelsenda uxore sua optulit in prefato nostro monasterio, quibus videtur esset in locum qui dicitur ad ipse terme in finibus nuceria; seu et tradidit mihi integra sortionem suam de ipsa bacca et de filia eius quas mecum commune habuit, seu et de binum et omnis movilia quas secum adduxit, ut in mea sit potestatem. tamdium ipse petrus ebixerit illum nutriendum, et post illius obitum pro illius salutis anime de omnia et in omnibus, que superius legitur, in mea sit potestatem omnia exinde faciendum, quot mihi placuerit. et si quis heredes illius noviscum exinde causare aud contrare quesierit, in compositionem ipsi nobis obligavit ad componendum biginti solidos costantinos, et questio illorum adversus nos exinde taciti permaneat.

---

[1]) *Religo fuit*, pro relictum fuit.

† ego walpertus presbiter ita nobi
† ego adelghisius presbiter ita nobi
† ego lamelfrid presbiter ita nobi
† ego bincentius presbiter ita nobit
† ego leomari clericus testes subscripsi
† ego liuttardu clericus ita nobi
† ego odelghisi clericus ita nobi.

CIX.

A. D. 897.

† In nomine domini vicesimo primo anno principatus domni nostri waimarii imperialis patricio et quinto anno principatus domni waimarii filio eius, mense augustus quintadecima indictione. ideo que ego mulier nomine ametruda religiosa femina quum declarata suum a supradicta potestatem per brebem sigillatum concessum aberet omnia rebus, qui fuit radelchis filio meus qui sine heredibus defunctus est, et in eodem brebem mihi concessam et data est absolutionem, ut me sola licere exinde facere vel iudicare quod mihi placuerit; modo quidem dum congruum est mihi ipsos bindere, sic itaque benit in presentiam castelchis gastaldi et iudici et omnia ei nuptiavit et brebem illut sigillatum, qualiter mihi data est absolutionem, eius presentiis et quoram subscripto notario ostedit et relectus est, et taliter continebat. et nunc autem ego que supra nominata ametruda, qualiter a superiis domnus noster mihi concessum est et datam est absolutionem, ut sola me exinde liceret faceret quod voluerimus, in presentia supradicti iudici meam vona et utilis dedeclaravit esset volumtas, per hanc videlicet cartulam benumdedit tivi iohanni presbiteri, qui sint commorantem intus civitatem salernitanam, omnia et in omnibus rebus substantiam qui fuit ipsius filii mei, quas et ipse filio meus per duo scriptionis cartule hemtum abuit da lopenandus filio polcari et da rodelenda filia rodelaupi, que est rebus ipsa in locum qui dicitur mitilianu ubi propio priatum vocatur, idest territorie, arbusta, pommiferis et infructiferis suis, ubicumque vel quomodocumque de rebus ipsa inbentus fuerit, cum inferius superiusque suis, cum propie finis et biebus suis et usus aquarum, et cum omnia intro se abentibus totum in integrum eos tivi nominato iohanni presbitero benumdedit; unde nec mihi nec cuilibet hominibus nichil restitit nec dicimus remanere sortiones, set, ut dictum est, trasactibus

nomine eos tivi benumdedit in omnibus ipso abendum, dominandum, possidendum et faciendum quit volueritis. et unde pro stavilisscendam hec nostra bindictio, in presentis recepit a te nominatus hemtorem meum statutum pretium, idest solidorum numerum decem de dinarios monetam salernitanam abentes per solidum denarios duodecim; finitum vero pretium aput nos eam vero rationem, ut a presentis dies et in perpetuis temporibus predicta nostra bindictionem tu predictus iohannes presbiter quam et tuis heredibus in omnibus possideatis et faciatis quem vellet volueris. de quibus me repromicto et hobligo heredes mea vobis qui supra iohannis presbiteri quam et ad tuis heredibus, ut eaque nostra bindictio, ut dudum prelegitur, nos vobis ab omnis homines inantestare et defensare promictimus. quit sim minime potuerimus, vel si nos ipsis forsitans per quavis modis remobere aud retornare quesierimus, ante omnia questio nostra sit bacuum et inanes et duplum supradicto pretium vobis conponere promictimus; et quod aput vos fuerit inmelioratum vel factum edificium, subb estimationem pretii vobis restituamus, et de colludio autem legibus vobis iuremus per dei misteria. simulque et ipse duo cartule, qualiter ipse filio meus illos hemtum abuit, ipse vobis in defensionem ad semper abendum vobis dedit pro vestra securitatem, et ut rebus ipsa cum eis vobis defensetis sicut continunt, et hanc cartula bindictionis ut supra firme permaneat. quod te ursus notarius ut scribere rogavimus. actum salerno mense indictione suprascripta feliciter.

† ego qui supra castelchis me subscripsi

† ego nantari me subscripsi

† ego petrus testes

† ego cusso teste

† ego ademari me subscripsi.

CX.

A. D. 898.

† In nomine domini septimo anno imperii domni lamberti imperatoris augusti et secundo anno principatus domni nostri radeichis, mense octubrio secunda indictione. ideo que ego adeichis filius cuiusdam radechis qui fuit stolesamtio [1]), declaro me de eodem genitore meo per suc-

[1]) *Stolesamtio*, idem ac S*tolsaiz* ac *Holizaz*, Magistratus, qui loco Principis iudiciis praeerat.

cessionem pertinentem haberem terras infra civitatem salernitanam in quibus aliquando casas fuit edificatas, nunc autem ego qui supra adelchis inspiratione dei compulsus pro mee redemtionis anime tradidi in ecclesia sancti maximi . . . . civitate salernitana , ubi nunc deo annuante angelus abbas preesse videtur, integras eadem terras meas, que habeo infra eadem salernitanam civitatem iuxta platea maiore que pergit ad portam . . . . et propinquo casam que fuit gaidonis barbani mei in quibus, ut dixi, aliquando case fuerunt edificate, tam quod ibi ex eo genitore meo michi habere pertinuit et quod meo nomine vel alitercumque habere pertinet, in integrum talem terras in eadem ecclesia sancti maximi cum inferius superiusque suis optuli possidendum, ea ratione, ut amodo et semper iuris prephate ecclesie et eius rectoribus predicte terre de eadem civitate salernitana, sicut diximus, habere et possidere securo nomine liceat; et quit quid inde agere seu iudicare volueris, modis omnibus eorum sit potestatis sine mea qui supra adelchis vel de meis heredibus aut cuiuscumque requisitionem. et repromitto ego qui supra adelchis et meis obligo heredibus in eadem ecclesia sancti maximi et ad eius rectoribus eadem terras, sicut prelegitur, de quantas ego et predictus genitor meus infra eadem civitatem salernitanam, ubi iamdicte case abuimus edificate, tenuimus et dominavimus, ab omnibus hominibus inantistare et defendere, qualiter voluerimus aut potuerimus. quam te adelgardo notario scribere rogavi. actum benevento feliciter.

† ego adericus filius tufani testis

† ego qui supra adelchis me subscripsi

† ego wiso filius alloni me subscripsi

† ego gentile filio leoni teste

† ego radelchisi filius leoni teste subscripsi

† ego ursu filio pelprandi me subscripsi

† ego nanticu filio tuntuli teste subscripsi.

CXI.

A. D. 899.

† In nomine domini dei salbatori ihesu cristi. declaro ego wuaimarius princeps et imperialis patricius , quia concessum est mihi a sanctissimis et piissimis imperatoribus leone et alexandro per berbum et firmissimum preceptum bulla aurea sigillatum integram sortem

benebentane probincie, sicut divisum est inter sichenolfum et radelchisum principem, ut liceret me exinde facere omnia, quod voluero, sicut antecessores mei omnes principes fecerunt. proinde concessimus in ecclesia beatissimi maximi pro nostre salutis anime, quem domnus waiferius princeps pater meus a nobo fundamine construxit intus hanc nobam civitatem salernitanam, hunc serbum sacri nostri palatii lupus filius ragimperti cum uxore sua, et filiis, filiabus, nuris et nepotibus suis, cum omnibus rebus substantia illorum, movile adque immovile, et cum omnibus illorum pertinentiis, pro quo ipse lupus cum saracenis ambulavit et pactuotes fuit, quando ipse storus super hanc predictam civitatem resedit, et proinde supradictum lupus concessimus in predicta sancta ecclesia cum uxore sua et filiis, filiabus, nuris et nepotibus suis, sicut supradictum est, pro eo quod postquam nobis culpatus fuit, postea autem ipsa eiusdem mulier super annum spatium ipsum lupum abuit birum et ipsi filiis, filiabus et nepotibus suis postea genuerunt, et iusta legem ad sacrum nostrum palatium perbenerunt potestatem, cum omnibus rebus substantiis suis movile adque inmovile cum omnibus suis pertinentiis in supradicta sancta ecclesia concessimus securiter abendum. et constituimus, ut nullus basilico, nec stratigo, nec protospatarius aud spatarius, candidatus, aud spatarius, aud gastaldeus, aud sculdais, aud qualiscumque alius reipublice hactionarius, vel qualiscumque alius serbus sanctorum imperatorum habeant potestatem in illos, vel in eorum rebus qualemcumque angariam, vel dationem exigendum, set ipsa iamdicta sancta ecclesia omni tempore securiter illos possideant, sicut illorum sanctum berbum continet, quem nobis concesserunt, ut omnes homines nostri licerent suos dominare serbos cum omnibus rebus substantiis suis vel aldionibus, ut omnes residerent subtus ficum suam [1]) habsque omni contradictione sancti imperii nostri. iterum volumus, ut si rector suprascripte ecclesie illos vel illorum rebus substraere voluerit de potestate iamdicte ecclesie, rebertantur in potestatem de heredibus nostris, sicut per illorum suprascripte potestatis nobis concessum est, et ab illo tempore, quo ipse lupus pactuotes fuit et ad potestatem nostri palatii perbenit cum omnibus rebus substantie illorum et usque modo cum omnia illorum pertinentiam, sic in integrum in prefata sancta ecclesia concessimus, sicut supradictum est, ad securiter abendum. Quod bero preceptum concessionis ex iussione suprascripte potestatis (†) scripsit ego ursus notarius. actum salerno de anno vicesimo tertio, et de anno septimo principatus domni waimarii principis filio meus, de mense augustus secunda indictio [2]).

---

[1]) *Residerent subtus ficum suam:* proverbialis formula loquendi, ad rerum abundantiam significandam.

(†) Locus sigilli cerei.

[2]) Vide fac-simile characteris et sigilli in fine vol:

CXII.

A. D. 900.

† In nomine domini septimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense aphrelis tertia indictione. ego petrus iudex esset cum costantinus filius sellicti et leo presbiter filius sergii a supra flubio lirno super terra et sepe qui inter illis est, unde ante os dies ipse costantinus cum ipse leo presbiter et cum iohannes et ursus nepotem illius diffinitionem factam abuit per scriptiones, quam ibidem ostederunt continentes: ipse costantinus manifestasset illorum in partibus occidentis da sepale [1]) et termines, qui est inter ipsa binea illorum et ipsa binea, quam ipse costantinus abet in partibus orientis, sicut per partes illis possessuri sunt usque at casa illorum thios et nepotes aliquantum reboblente in pars orientis per ora de ipsa casa. et dum fuerunt relecte, quesit ipse costantinus introire ab intro illut, quod congobimus iustum teneret ipse presbiter cum ipsi nepoti sui, unde fecimus pars partium figere termines usque at ipsa casa frabita, et circa ipsa casa rebolbente in pars orientis unum palmum et una uncia; et utrisque partibus manifestaberunt abinde fuisset ipsa combenientia facta inter illis, quod ipse scriptionis continunt, et in ipsa combenientia permanere boleret, sicut continunt pars partium, et finuerunt ipse cause. unde inter eis iudicabimus, et sicut ante me monstraberunt et nos desingabimus ipsa fines et ipsi termines figere fecimus, sic inter illis et eorum eredes semper firmiter permaneret, sicut ipse scriptionis combenientie continunt; et quale pars illut remobere boluerit, componere at illa alia pars ipsa pena que continet, idest triginta auri solidos constantinianos et firmiter ibidem permaneret, et sic inter illis ante me complacuit. et taliter scribere fecimus te petrus notarius qui interfuisti.

† ego qui supra petrus iudex.

CXIII.

A. D. 901.

† In nomine domini nono anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis filii quondam domni guaimari, mense martius quinta [2]) indictione. Memoratorium factu a me ursu

---

[1]) *Sepale*, vox vernacula, qua sepes intelligitur.

[2]) Lege: *quarta indictione*.

presbiter filio quondam iohanni, eo quod ante subscripti testes per comvenientia ad tenendum et lavorandum tradidit mihi domnus adelferius clericus abbas de ecclesia sancti maximi, qui est unum de dominii ipsius ecclesie, una pècia de terra cum vinea, que est in locum balle propinquo ecclesia sancti ianuarii pertinentem ipsius ecclesie sancti maximi, quod ego modo ipsa vinea in beneficium retineo a pars ipsius ecclesie sancti maximi, qui est per ec finis et mensurie; de subter parte fine bia antica, exinde passi biginti octo; de una parte fine rebus ipsius ecclesie sancti ianuarii, sunt inde passi sexaginta duo; de super partę fine de eredes maioni, et inde sunt passi triginta; de alia parte fine bia, exinde passi sebtuaginta octo, totum ad iusto passum omini mensuratum. ec vero predicta terra cum vinea et pomis et cannietum per iamdicta mensuria tota et inclita cum omnia intro se abentibus omnibusque suis pertinentiis et cum vice de ipse vie mihi nominati ursi presbiteri ad tenendum et lavorandum natos nascente ipse domnus adelferius clericus et abbas pro pars et vice ipsius ecclesie sancti maximi tradidit, tali ordine, ut amodo et semper natos nascente ad mea et de meis eredibus sint potestate eos tenendum et dominandum, et fobee et omnis nostre utilitatis iusta ratione ibidem faciamus, et tota ipsa vinea annualiter suo tempore potemus, propaginemus et scoltiemus, et adimpleamus ipse viti [1]) et inpalemus et legemus, et sic illam abto tempore lavoremus et cultemus de super et de subter, sicut locus ipse meruerit quatenus proficiant et non dispereant, et ipso cannietum annualiter cultemus sicut merùerit; et quantum vinum vel frugens et quicquit annualiter amodo et diebus bite mee qui supra ursi presbiteri ibi fecerimus, totum nostre sint potestatis faciendum inde omnia quod voluerimus, et nullam sortionem de ipso frudium demus ad pars ipsius ecclesie sancti maximi. pro eo quod ista terra cum vinea et cannietum et pomis per iamdicta mensuria ego qui supra ursus presbiter in beneficium retineo, et quantum frudium exierit de tota ipsa vinea da ipso obitum meum in antea et parutus fuerit de filii mei, ut siant clerici vel presbiteri, et officiaberint et sederint in ipsa ecclesia sancti maximi, similiter totam ipsa vinea lavorare vona, sicut superius legitur, et totum ipso frudium similiter tollant et abeant sue potestatis faciendum de ipso frudium omnia quod voluerint; et si non fuerit de ipsi filii mei clericus vel presbiter et esset ladicum [2]), liceat ille et suos eredes ipsa vinea tenere omni temporę natos nascente, et tota ipsa vinea annualiter lavorare et cultare, et ipso cannietum per illa ratione illam bona lavorent et cultent, sicut superius legitur, ut proficiant et non dispereant, et per tempore, quando meruerit, ipsa vinea annualiter salba faciant; et cum vindemie tempus fuerit, faciant ipse filius meus qui fuerit ladicu vel suos eredes scire pars ipsius, ut dirigat ibidem mis-

[1]) *Potemus, et adimpleamus ipse viti: potare*, apud agricolas valet exputare vel sarmenta inutilia recidere : *vites adimplere*, idem sonat ac, vites, ubi desunt, plantare. Utraque vox deest in Du Cange.

[2]) *Esset ladicum*, idest laicus.

sum suum, et ille et suos eredes tota ipsa vinea abto tempore vindemiarent et totum ipso vinum ibique ad palmentum et omnes poma exinde per medietatem illut dividere: pars ipsius ecclesie tollat ipso frudium medietatem, et ipse filio meus et eius eredes, ut diximus, qui fuerit ladico, tollat reliqua medietate; verumtament de ipsi filii mei, illi qui fuerint clerici vel presbiteri et custodierint et officiaberint ipsa ecclesia frudiare diebus vite sue ipsa vinea per illa ratione, sicut superius legitur. Unde pro taliter per vona comvenientia guadia mihi ipse domnus adelferius abbas dedi et mediatore mihi posui riso diacono filio quondam iohanni; et per vona comvenientia per ipsa guadia obligavit se ipse domnus abbas et successores suos et pars ipsius ecclesie sancti maximi amodo et semper in iamdicto ordine, dum ipsa tradictio tenuerimus, defensare nobis vel ad nostris eredibus da omnes omines omnique partibus, et non illut nobis nostrisque eredibus tollere aut contrare queras. quod si taliter omnia suprascripta per iamdicto ordine nobis nostrisque eredibus non adimpleverit et aliquit inde removere aut contrare quesierint, per vona comvenientia per ipsa guadia componere obligavit se ipse domnus abbas et suis successoribus et pars ipsius ecclesie nobis nostrisque eredibus triginta auri solidos constantinianos. quod scripsi ego romoaldus notarius.

† ego alferus superius nominatus abbas

† ego petrus presbiter et primiclericus.

CXIV.

A. D. 902.

† In nomine domini decimo anno principatus domni nostri waimarii principis, uno die stante mense iunius quinta indictione. memoratorium factu a nobis angelus presbiter et abbas et nantari advocator meus, de eo quod in presentiam landenolfi et pandoni gastaldei causavit noviscum iohannes atrianense, qui modo ioannocci vocatur filius idem iohanni qui vocatur gannaepiscopus, ut ego teneret rebus qui fuit ursi filius radeprandi de locum nobara finibus nuceria, quod illius iohanni a palatio per brebem sigillatum concessum fuit. unde in eadem presentia brebem illut ostedit et relectus est. unde nos ei responsum redidimus dicendum: verum est quia ipsam rebus teneo, pro eo quod ipse ursus, cuius ipsam rebus fuit, in infirmitate sua in quo iacebat per scriptum in manum commisit ermeperti filius ermemari omnis rebus substantiam

suam ad iudicandum pro illius anima, quomodo voluerit; et scripto ille ibidem ostedit et relectus est: continebat; essent hemmissum in undecimo anno principatus domni waiferii principis de mense februario quinta indictione, scripto erat per ursus notarius et alii idoneis hominibus manibus suis ibidem scripti erat. defuncto autem ipre ursus cuius ipsam rebus fuit, ipse quidem ermepertus, cui in manum illos commissum habuit ad iudicandum mihi qui supra nominati angeli abbati pro anima illius ursi ipsam rebus mihi tradidit, ut ei orationes et missas diffundat. unde per ipsi gastaldei ipse nominatus iohannes interrogatus est, si haberet alia rationem cum quo mecum de ipsam rebus causare possam; at ille profexus manifestavit se dicentes, ut nulla alia rationem haberet nisi tantum solum ipse brebem sigillatum quas ostedit, set sententiam mihi preposuit dicendum, ut non ipsam rebus ipsius ursi per ipso ermepertus mihi datam fuisset pro anima ipsius ursi, qui statim per iudicium predictorum gastaldeorum inter nos iudicatum est, ut ego meis partibus eis iurare cum quintas personas, ut ipsam rebus qui fuit ursi, qualiter per ipso scriptum in manum ipso commissum habuit ipse ermepertus, sic per ipso ermepertus mihi datum fuit pro anima ipsius ursi; et ubi ipso ei iuravero, ipsam rebus securo nomine habeamus et ipsum brebem sigillatum ipse iohannes disrumpat, et taliter inter nos sumus inwadiati, ille enim de se plicandum, et evbangelia nobis parandum et sacramenta ipsa a nos recipere et fines exinde mecum facere, unde mediator mihi posuit radoaldus atrianense filius mastali.

† ego qui supra landenolfus gastaldeus

† ego qui supra pando.

CXV.

A. D. 902.

† In nomine domini decimo anno principatus domni nostri waimarii principis, mense iulius quinta indictione. quadam vero dies, dum nos andreas abbas et electus astantibus in sacratissimo salernitano palatio ad singulis audiendum vel diffiniendum causas, tunc quoram nostris presentiis venit angelus presbiter et abbas monasterii sancti maximi, quem domnus waiferius princeps a noba fundamine construxit in eadem civitatem, cum quibus et ibidem venit eghinus filius eghenardi et continuo ipse eghinus causare cepit adversus ipsum angelus abbas et dauferius tutorem suum dicentes, ut teneret rebus, qui fuit mauri filius ermemari de locum nuceria

quod illius eghini essent partinentes de ipso suo gastaldatum. cum quo auditis, ipse angelus abbas cum ipso suo advocatorem responsum eis retdidit dicendum; verum est, ut ipsam rebus ipsius mauri teneret. unde in eadem presentiam ipse prenominatus angelus abbas cum ipso suo advocatorem ostederunt unum brebem, qui et ibidem relectus esse repperitur; continebat, quomodo ipse nominatus maurus tradidit ipsius angeli abbati omnis rebus substantiam suam de quantum per ipso non fuerit datum vel iudicatum ad faciendum pro eius anima quit aud qualiter voluerit; continebat essent emmissum sexto anno principatus domni waimarii principis de mense augustus quintadecima indictione et per idoneis hominibus erat rovoratum. iterum alio unum brebem ostedit, quomodo ipse nominatus angelus abbas ex ipsam rebus in causationes fuerat cum petrus clericus filius gaidenardi, de cuius gastaldatum ipse maurus fuerat et iam in presentiam arechis gastaldei per veram legem ipsum petrus exinde conbincutum [1]) habuerat, et per eadem monimen ipse angelus abbas rebus ipsa querebat sivi habere, unde ipse eghinus dixit, ut ipse maurus totam rebus sua iudicare non potuisset, pro eo quod fuit gastaldanus homo. cum quo talia auditis, ipse angelus abbas cum ipso suo advocatorem ibique ostederunt unum brebem sigillatum qui continebat, quomodo domnus waimarius principem et imperiali patricius et supradictus domnus waimarius princeps filio eius per rogum ipsius angeli abbatis concesserat in ipso monasterio sancti maximi omnis rebus, qui fuit ipsius mauri et iohanni filio eius, qui sine heredibus defuncti fuerunt. unde ipse eghinus iterum eorum subiunxit causantes, ut ipse brebem sigillatum sue concessionis quas ostedit, non fuisset de ipsam rebus ipsius mauri, qui de ipso gastaldatum eius est pertinentem; at illi dixerunt, ut de ipso maurus, unde cum eum causavit, ipse brebem sigillatum fuisset hemmissum. nos autem superius andreas abbas et electus, dum tales inter eis audivimus causationes, interrogavimus ipsum eghinus per quos rationem querit rebus ipsa sivi convincere indicare nobis; at ille profexus manifestavit se dicentes, ut per nulla alia rationem voleret sivi rebus ipsa conbincere, preter per ipsum maurus pro quibus dicebat, ut fuissent pertinentes de ipso suo gastaldatum. dum hec talia audivimus nos superius andreas abbas et electus inter eis iudicavimus et wadiare eos inter se fecimus, ut ipse angelus presbiter et abbas iurare ipsius eghini, ut ipse brebem sigillatum, quas ostedit de rebus ipsius mauri, fuissent hemmissum, unde ipse eghinus cum eum causaberat. qui habientes post aliquantos dies ipse angelus presbiter et abbas nostris presentiis paratus erat sacramenta ipsa ei persolbendum, qualiter inter eis iudicatum fuit et ipse eghinus sancta dei evbangelia ibidem habuit parata; set tamen, dum bidentes ipse eghinus, ut paratus essent ipse angelus abbas ei iurandum, statim profexus est et manifestavit se dicentes, ut sacramenta ipsa a prenominato ange-

[1]) *Conbincutum*, part: a convincere, ut infra: vide in Du Cange.

lus abbas sacramenta ipsa recipere non voleret, eo quod ipse brebem sigillatum, quas ostedit de ipsa rebus ipsius mauri fuisset, unde cum eo causaverat, et neque per testes, neque per monimen , neque per nulla quoque inventa rationem adversus ipsum nominatus angelus abbas, neque in ipso monasterio de rebus ipsius mauri causare aud contendere poteret, et ipsa sacramenta ibique ei donavit et launegild ab illis exinde recepit camiso unum. nos autem superius andreas abbas et electus, dum tales illius eghini audibimus manifestationem, iudicavimus, ut amodo et in futuris temporibus ipsam rebus ipsius mauri secundum sua monimen, quas ostedit ipse angelus abbas et prefato monasterio, inlibata omni tempore possidere sine omnis requisitionem a partibus de ipso gastaldatum, et inde pro perpetua securitate ipsius monasterii et de eius rectores hunc nostrum diffinitionis hemmisimus iudicatum, quod tibi urso notario scribere demandavimus. actum in sacro palatio.

† ego qui supra andreas abbas et electus.

CXVI.

A. D. 902.

† In nomine domini decimo anno principatus domni nostri waimarii principis, mense augustus quinta indictione. dum in sacratissimo salernitano palatio, astantibus nos andreas abbas et electus ad singulis audiendum vel diffiniendum causas, tunc nostris presentiis coniunti adessent angelus presbiter et abbas monasterii sancti maximi, qui situs est intus salernitanam civitatem, unaque cum nantari advocatorem suum ad faciendum finem cum iohannes atrianense filius idem iohanni qui vocatur ganna-episcopus, de ipsam rebus quas ipse angelus abbas ad suam proprietatem tenes, qui est rebus ipsa in locum nobara finibus nuceria qui fuit ursi filius radeprandi, unde iam ante os dies cum ipso iohannes plurima habuerunt causationes, pro eo quod ipse iohannes spetutum [1]) illos habebat a palatio per brebem sigillatum et ipse angelus rebus ipsa tenuit, pro eo quod ipse ursus, cuius rebus ipsa fuit, in infirmitate sua in quo se iacebat per scriptum in manum illas commissum habuit ermeperti filius ermemari, ut potestatem haberet omnia rebus substantiam illius ursi dare pro illius anima, quomodo voluerit, et per ipso ermepertus illius angeli abbati pro anima ipsius ursi datum fuit, ut missas et orationes illi diffundat et

[1]) *Spetutum*, part: ab expetere; obtentum vel concessum.

iam ante os dies per iudicium landenolfi et pandoni gastaldeorum inter eis iudicatum fuit, ut ipse angelus abbas eidem iohanni iurare cum quintas secum personas, ut ipsam rebus ipsius ursi per ipso ermepertus ei datum fuisset per ipso scriptum pro anima ipsius ursi, et ubi ipso iuraverit, rebus ipsa securo nomine sivi habere. modo quidem ab utraque partibus ante me qui supra andreas abbas et electus sunt se plicati ad faciendum finem, quatinus per ipsi nominati gastaldei ante os dies inter se fuerunt inwadiati. nos autem superius andreas abbas venire fecimus nostris presentiis sancta dei evbangelia et statim ipse angelus abbas ipsius iohanni iuravit et dixit per hec sancta dei evbangelia, quia ipsam rebus, qui fuit ipsius ursi, ipse ermepertus, cui per scriptum illos in manum commissum habuit pro anima ipsius ursi, illos mihi datum habuit et ibique habuit parati ipsi aliis suis parentibus volendo ipsa sacramenta firmare; at ille iohannes se manifestavit et dixit, ut ab ipsi eius parentibus sacramenta ipsa recipere non voleret, et a presentis ipsa sacramenta illius angeli abbatis et ad ipso eius advocatorem donavit et launegild ab eis exinde recepit camiso unum. et ego superius andreas abbas et electus, sicut lex est et nobis recte comparuit, iudicavimus, ut ipse angelus abbas et eius heredes predicta omnia rebus qui fuit ipsius ursi, omni tempore inlibata possidere sine omnis requisitionem illius iohanni et de heredes eius, seu et ipsum brebem sigillatum, quas exinde habuit ipsum iohannes, eum disrumpere fecimus, et inde pro securitatem ipsius angeli abbatis et de eius heredes hunc nostrum diffinitionis hemmisimus iudicatum, quod tibi urso notario scribere iussimus. actum salerno.

† ego qui supra andreas abbas et electus.

CXVII.

A. D. 903.

† In nomine domini undecimo anno principatus domni nostri waimarii principis, mense februarius sexta indictione. declaro ego waimarius princeps et imperialis patricius, ut dum angelus presbiter et abbas monasterii sancti maximi iaceret inbalidam infirmitatem, unde defunctus est, set tamen aduc recte sivi conspicere tota mentem et recte loquere baluit, pro suis salutis anime rebus sua ad iudicandum mihi in manum commisit, ut, si illi mors hebenerit, in hoc ordinem, qualiter subtus legitur, pro eius salutis anime me iudicare liceat. primitus quidem disposuit, ut ipsa rebus sua cum curte et sedimen suam, quas habuit in nuceria qui fuit da ermemari et maurus filio eius cum pertinentia sua qui habet finis; de una parte de heredes dacuperti,

et de alia igitur parte fine sancte marie et pertange in fine domnica et perexiens in terra qui fuit cumperti diaconi; alia vero parte fines de heredes ermeperti; de alia namque parte fine ermengari et pertange in fines radelgrimi: hec vero curtem, qualiter superius finis posite sunt, totum in integrum cum omnis arboribus et pommifera sua et cum diversis finibus et biebus suis disposuit, ut a dies defunctionis eius in integrum pro illius anima hebeniret in supradicto monasterio sancti maximi ad securiter habendum, dominandum ipsa sancta ecclesia et eius rectoribus ad faciendum omnia quod voluerint. iterum de ipsam rebus sua quas habuit in locum agella, qui habet finis de una parte fine adelmanni presbiteri, et de alia parte fine sancte marie, et de alia parte fine qui fuit lupi filius parduli, et de alia parte cum fines de heredes ipsius angeli abbatis coniuntum est; de isto clausum, qualiter superius finis posite sunt, disposuit, ut post eius obitum, dum adelchisus presbiter ebixerit, cuntis diebus vite sue in sua illos habeat potestatem dominandum et fruandum nomine pro anima ipsius angeli abbatis. et post obitum ipsius adelchisi presbiteri ipsam rebus in integrum hebeniret pro salutis anime ipsius angeli abbatis in supradicto monasterio sancti maximi ad securiter habendum et faciendum quod voluerint. simulque et disposuit, ut pro eius salutis anime odelchisus et liotardus diacones, qui fuerunt vene serbientibus, illis habeant ad suam potestatem ad fruandum nomine duas pecias de terra cum arbustis bitatum, una fortiores et una minore, quas habuit in locum qui dicitur nobara quod da ursus filius radeprandi iudicatum habuit; in hoc ordinem, ut si ipsi nominati odelchis et liotardus diacones diebus vite sue habitaverit et permanserit in ipso monasterio sancti maximi, tunc diebus vite sue ipse due pecie de terra de predicto locum nobara in sua habeas vel detineas potestatem ad fruendum nomine; et post illorum obitum ipsa duas pecias de terra pro salutis anime ipsius angeli abbatis in supradicto monasterio sancti maximi hebeniat potestatem ad securiter habendum et faciendum quod voluerint; nam si ipse odelchis et liotardus diacones diebus vite sue in ipso monasterio habitare noluerint, et exinde exierit et aliubi ad habitandum iherit, tunc similiter ipsam rebus in supradicto monasterio hebeniat ad securiter habendum et faciendum quod voluerint eius abbatibus vel rectores. hoc autem omnia, qualiter superius legitur per ipso ordinem, ipse angelus presbiter et abbas disposuit et iudicavit et mihi in manum commisit, ut taliter pro eius anima ipsos distribuerent; et dum ipse angelus abbas defunctus est, ego autem pro securitatem ipsius sancte ecclesie et de eius rectoribus quam et pro securitatem ipsius adelchisi presbiteri et ipsorum odelchisi et liotardi diacones, ut ipsos habeant per illa rationem, sicut superius legitur, hunc scriptum scribere demandavimus tibi urso notario. actum salerno.

† ego landenolfus gastaldus

† ego rodericus filio gentili

† ego dauferi me subscripsi

† ego walpertus presbiter ita nobi
† ego lamelfridus presbiter ita nobi.

CXVIII.

A. D. 903.

† In nomine domini undecimo anno principatus domni nostri waimari, mense februarius sexta indictione. ideo que ego angelbertus presbiter et abbas filius leoni habitatores in noceria, dum me sperantes de dei omnipotentis misericortia et pro redentionis et salutis anime me de rebus mea disponere prebideo; modo quidem per hoc scriptum tradidit tibi siche cognata mea et relicta quondam iohanni qui fuit germano meo pro bonum et utilem tuo serbitio, quod mihi fecisti et in anteam bidebimini esset bidetur, ipsum casalem meum cum arbustu bitatu et abellanitum et alia pomifera sua, quem abeo in loco agella qui mihi pertenuit de parentes meos, et seum per cartule quid quantum ibidem abo [1]) da lupu filio boniperti et da iohanne filio lupi; et in simul tradedit tibi ipso insetetum et castanietum, quem habeo in eodem loco agella, quod per cartule abeo da lupu filio parduli et da radipertu filio ursiperti ubi propio ad pastinellu bocatur; in eam bidelicem rationem, ut dum ego qui supra angelberto presbiter et abbas bixero, mea sit potestatem tantum ad frugiandum; et post igitur meaque defuntione in tua que supra siche permaneat potestatem et de tuis heredibus abendum et faciendum quod bolueritis, et de omnem mobilia quodcumque abuero de quantum exinde post meo transitum non datum reliquero, in tua permaneat potestatem faciendum quod boluerit. et hoc insuper omnia alia rebus substantiis meis, idest casis, intrinsecus casis, ortaliis et terre cum arbustu bitatu, et castanieta, cultum bel incultum, in monte quam etiam et in plano ubicumque inde bentus fuerit [2]), ipso tibi que supra siche et iohanelgari nepoti meo filio tuo et leomperti germano meo tradidit in tali tinore, ut dum ego bixero, mea sit potestatem frugiandum; et post mea defuntionem inde dare debeatis pro anima mea, cui ego in manu commisero, solidos quinquaginta de moneta salernitana, et res ipsa in vestra et de vestris heredibus permaneat potestatem abendum et faciendum quod bolueritis. tantum inde esceptuabit ipso casale et curte da mauru filio ermemari et ipso insetetu et ca-

---

[1]) *Abo*, idest habeo.

[2]) *Bentus fuerit*, scilicet inventum fuerit.

stanientum da ipso mauru; nam illo alio abeatis et possideatis, sicut supra dictum est, et tu que supra sica super sorte abeatis quantum super adnexum est cum ipso mobile; et si aliis heredibus meis aut quicumque homo per nostra successione bobis aut ad vestris heredibus exinde agere bel contendere aut contrare presumserit, centum solidos ipsi bobis hobligo conponendum, et de questio suorum taciti et bacui permaneat omni tempore. et iterum, quit si ipsi quinquaginta solidos nolueritis dare, cui ego ipsi in manu commisero pro anima mea, aut non paruerit de bos in diebus illi, medietatem de ipsa rebus permaneat in potestatem in ecclesia beate et gloriose sancte marie sedis salernitane episcopio, et ipsam alia medietatem remaneat in potestatem de tale ecclesia, ubi ego habitare debuero; et si bos aut heredibus vestris fueriti, quod mihi adinpleberitis de ipsi quinquaginta solidos, ipsa predicta substantia, sicut supra legitur, abeatis bos et vestris heredibus et faciatis inde quid bolueritis, et hunc scriptum ut supra sit firmo. et te adelmari notario scribere rogabit. actum noceria feliciter.

† ego qui supra angelbertus presbiter et abbas me subscripsi

† ego radelgrimo teste subscripsi

† ego odelfreda teste sum

† ego godelperto teste sum

† ego ioanne teste sum

† ego petrus teste subscripsi.

CXIX.

A. D. 904.

† In nomine domini duodecimo anno principatus domni nostri waimarii principis mense februarius septima indictione. memoratorium factu a nobis madelgari presbitero et ademari advocator meus, de eo quod in presentiam superii domni nostri et per eius absolutionem et ante eius bestigiis astantibus landenolfus gastaldeus, wuadia nobis dedit arechis et dauferius germani filii cuiusdam domni waiferii qui fuit princeps, et mediatores nobis posuerunt aghenardus filius rodenandi et petrus filius pattelchisi; eo ordinem, ut amodo et cuntis diebus vite mee qui supra madelgari presbiteri liceat me residere et habitare in ecclesia sancti maximi, quod superius domnus waiferius pater eorum condidit intus nobam salernitanam civitatem, et ipsa iam-

dicta ecclesia et omnis aurum et argentum, et codices, et ornamentum ipsius ecclesie, et omnis rebus substantiam, et casis et movilibus, et peculiis, et servos, et ancillis ipsius ecclesie et omnis eius pertinentia amodo et cuntis diebus vite mee totum in integrum mee sint potestatem dominandum, lavorandum, gubernandum et regendum ipsa ecclesia et cleros et homines ipsius ecclesie. et que amodo et cuntis diebus vite mee aliquit habere aud conquidere potuero sive de ipsa ecclesia aud undecumque, medietatem liceat me ipsos dare et iudicare pro anima mea, qualiter mihi placuerit, et ipsa alia medietatem remaneant in ipsa ecclesia post meum obitum; et amodo et diebus vite mee qualecumque causationes habuero de rebus mea aud de rebus ipsius ecclesie aud undecumque, de totum mihi illi siant advocatores ad exinde causandum et diffiniendum ipso secundum legem et ipsa iamdicta ecclesia cum omnis rebus et cunta illius pertinentia in omnibus diebus vite mee illi et eorum heredibus mihi defensare da omnis homines; et si noluerit eos mihi defensare, vel si diebus vite mee de mea potestatem aliquit exinde tollere aud contrare quesierit, componere nobis se obligaverunt biginti auri solidos costantinos et, ut supra legitur, invitis mihi percomplire diebus vite mee. pro eo quod et ego unaque cum ipso advocatorem meum wuadia illorum dedit et supra memorati aghenardus et petrus eorum mediatores posuerunt, tenorem quidem, ut amodo et diebus vite mee resideant et habitemus in ipsa ecclesia et omnia ibidem compleamus, sicut supra legitur; et si noluerimus eos ibidem adimplere, alios biginti solidos costantinos ipsorum me componere obligavit et, ut supra legitur, ibidem compleamus.

† ego ursus notarius interfuit

† ego qui supra landenolfus gastaldeus

† ego qui supra dauferi me subscripsi

† ego qui supra arehisi me subscripsi.

CXX.

A. D. 905.

† In nomine domini tertiodecimo anno principatus domni nostri waimarii principi, mense iunius octaba indictione. Quadam vero die, dum nos arechis et adelgari gastaldei et iudicibus stetissemus sacratissimo salernitano palatio ad singulis audiendum vel diffiniendum causas, tunc nostris presentiis venerunt madulo filius benedicti, seu et ibidem venerunt iohannelgari filius

iohannis tam pro se et pro vices siche genetricis sue et iohannes pro vices leodelchise uxori sue filia leomperti, et continuo ipse madulo causare cepit adversus eos dicentes: hic istis, qui vestris sunt astantibus presentiis, tenunt rebus qui fuit lupi albi filius parduli et adelprandi filius ragimperti de locum agella finibus nuceria, quod eorum demonstravi qui legibus ei essent pertinentes, eo quod ipse lupus et adelprandus absque heredibus decesserunt et omnis illorum rebus ipsius maduli a supradicta potestatem per prebem sigillatum concessum fuit, etiam brebem illut nostre presentiis ostedi et relectus est. quo audito ipse iohannelgari et iohannes, responsum eis retdidit dicendum: rem ipsa quam queris, quod nobis monstrastis verum est, ut illorum lupi et adelprandi fuisset, sel monimen habemus exinde hemmissa; et statim in eadem presentia ostederunt monimen suam quod habuerunt, et ibidem sunt relecte. idest prima cartula continebat, quomodo raginolfus et angelpertus germani filii iohanni venumdederat angelberti presbiteri et leomperti, qui fuit genitor ipsius leodelchise, nominatibe terra cum arbustis bitatum et abellanietum et insitetum vel ubicumque in ipso locum agella fuerit inventus de rebus leoperti, qui fuit filio ipsius lupi, quod per cartula ipse leopertus unaque cum grisa genetrice sua venumdederat iohanni, qui fuit genitor ipsorum raginolfi et angilperti. alia namque cartula continebat, quomodo ipsi nominati germani raginolfus et angilpertus ex ipsam rebus nominatibe venumdederat bincenti presbiteri filius benedicti. alia cartula continebat, quomodo ipse bincenti presbiter illos venumdedi ipsius angelberti presbiteri. de rebus autem, qui fuit ipsius adelprandi, ostederunt unum brebem qui continebat, quomodo ipse adelprandus in infirmitate sua omnis rebus substantiam suam pro suis salutis anime in manum commisit ipsius angilberti presbiteri ad iudicandum vel faciendum pro eius anima qualiter voluerit; a partibus autem ipsius angelberti presbiteri ostederunt, qualiter per scriptum testamenti omnis rebus substantiam suam ad habendum confirmavi prenominate siche et iohannelgari filio eius et leomperti germano suo et obligavit eos, ut post eius obitum dare pro eius anima quinquaginta solidos de dinarios. alio unum brebem ostederunt qui continebat, quomodo ipsi quinquaginta solidi pro anima ipsius angilberti presbiteri dedissent dauferii filius domni waiferii principi, cui causa sua ad iudicandum commissa habui. Cum quo talia audientes, ipse madulo monimen illut religentem, statim quoram omnibus profexus est et manifestavit se dicentes, ut de cuntam rebus ipsorum lupi et adelprandi, quo ipsa eorum monimina continunt, neque cum ipso brebem sigillatum sue concessionis quod ostedi, neque per alia monimen, neque per testes, neque per nulla quoque inventa rationem, nullatenus causare aut contendere non poteret adversus ipsa sicha et ipsum iohannelgari filium eius, neque adversus ipsum iohannes et prenominata leodelchisa uxore sua. nos autem superius memorati iudicibus, dum monimen illa religentem audivimus et ipsum madulum se manifestantem, iudicavimus, ut ipse brebem sigillatum de ipsam rebus ipsius lupi et adel-

prandi a partibus eorum disruptum et bacuum permanere, et ipsa sicha et ipse filius eius et eorum heredibus, et ipsa leodelchisa et eius heredes secundum sua monimen prefatam rebus omni tempore inlibata possideas sine omnis requisitionem ipsius maduli et de eius heredes; et inde pro perpetua securitatem ipsorum siche et iohannelgari et ipsius iohanni et prenominate leodelchise uxori sue et de eorum heredibus hunc nostrum diffinitionis hemmisimus iudicatum. quod scripsit ego ursus notarius per iussionem ipsorum iudicibus. actum salerno palatio.

† ego qui supra arehisi me subscripsi

† ego qui supra adelgari me subscripsi.

CXXI.

A. D. 905.

† In nomine domini tertiodecimo anno principatus domni nostri waimarii principi, mense augustus octaba indictione. memoratorium factu a me godelpertus filius odelfrid , deo quot ante vonorum hominibus qui subter scribti sunt, tradiderunt mihi in sorte iohannes et ragimpertus clerici et adelfrid et petrus subdiaconus iermani meis ipsa casa frabita solarata, unde in meam sorte dederunt pate [1]) illa qui est da parte sancti marcelli [2]), sicut a subter ipse parietes frabitum antiquo fundatum est qui est inter me et suprascripto adelfrit germanus meus, sicut dirictum usque a foris ipso waifo percurrit, de super sicut per medium dibdit. hec itaque casa cum . . . . ex omni partibus parietes frabiti fundati sunt et a super, sicut per medium per mensuria di totum a funditus in integrum cum inferius superiusque suis ipsos mihi in sorte dederunt trasactibus nomine a funditus ipso abendum : in simul dederunt mihi et suprascripti adelfrid in sorte super suprascripti iermani nostri ipsa curte, qui est terra bacua, sicut de duabus partibus bia precingit et sicut fine de ipsi germani nostris disscernit ubi mensura eorum complent, totum in integrum ipso nobis in sorte dederunt et ego illos cum supra suprascripto adelfrid dibididit, unde in meam sorte dedit suprascripto germanus meus parte ipsa qui est secus ipsa casa meam, sicut ipsa terra per medium mensuratum est

[1]) *Pate*, idest *parte*.

[2]) Ecclesia S. Marcelli intra Nuceriam.

integram ipsa medietate de predicta. . . . . mensuratum est, trasactibus nomine ipsa medietatem a funditus mihi in sorte tradidit at securiter abendum. in simul dederunt mihi qui supra godelperti toti ipsi iermani mei parte de ipsa terra, quot dicitur ortu catalupu; qui abet finis de dues parti fine bia, et de alia parte sicut inter me et ragimpertus clericus termiti ficti sunt, de quartam igitur parte fine suprascripti ragimperti clerici et petri diaconi, sicut inter me et illis parietes frabitum disscernit: in simul dederunt mihi in sorte ipso casale, quot dicitur da wallulu qui est terra cum arbustis vitatis; qui abet finis de unam parte fine maghenolfi filius rihchardi. de aliam parte fine ermiperti et petri filius adelchisi, de tertiam parte fine bia, de quartam igitur parte fine terra qui fuit grimani filii ermiperti et pertage in fine terra ecclesie sancte marie: in simul dederunt mihi et suprascripti iohanni germani mei in sorte ipsa terra cum arbustis bitatis, quot dicitur at campu; qui abet finis de unam parte fine suprascripti ragimperti clerici et adelfrit, sicut inter nos et illis termiti ficti sun, de alia parte fine ecclesie sancte marie sicut termiti ficti sunt, de alia igitur parte fine de carsanianensi omines, de quartam parte fine terra quot dicitur petia rotonda, sicut termiti ficti sunt. clauso isto medietatem in integrum mihi in sorte dederunt, et illa alia medietate de isto predicto clauso dedimus in sorte predicti iohanni: in simul dederunt mihi et super suprascripti iohanni uno casale de terra cum arbustis bitatis, qui abet finis de unam parte fine via, de alia parte fine landenolfi gastaldei. de tertiam parte fine ragimperti clerici et petri subdiaconi, de quartam igitur parte fine bia pubblica: clauso isto totum a funditus in integrum cum integram ipsa turre frabita qui ibidem fundatam est, medietatem a funditus cum mediam ipsa super suprascriptam turrem dederunt, et ipsa alia medietatem cum media ipsa turre dedimus in sorte prenominati iohanni iermani nostri. hec omniá cunta, que superius contine sicut dibidit, cum inferius superiusque suis et cum omnibus infra super suprascripte sorti meis abentibus, totum a funditus in integrum, sicut dictum est, in meam sorte ipso dederunt in omnibus nos et nostris heredibus ipso abendum et possidendum et faciendum exinde quit nobis placuerit. unde tali ordine uno alterius per partes wadia mihi dederunt et mediatores nobis posuerunt radelgrimus filius airissi, eo ordine, ut si qualecumque atbenientes tempore ipsi germani meis aut eorum heredibus atbersus nos aut nostris heredibus de hec omnia, que superi sorte meam contine, comodocumque aut per qualecumque ratione nobiscum exinde causare aut contendere quesierit, quinquaginta aureos solidos cosstantinos nobis componere uno alterius per parte obligaberunt et sorti per parte, sicut contine, omni tempore stare debeat; pro quas ipsi germani mei uno alterius per parte receperunt sorti sue, quot pars illorum congruum fuit in sorte recipere, et reservabimus nos germani andito inter nos per ipsa super suprascripta curte, qui est terra bacua per mensuria passu uno et gubita dua et simmisse uno, sicut et ipsi brebi eorum exinde continunt.

† ego lando notarius interfuit
† ego qui supra ioannne me subscripsi
† ego qui supra ragimpertus clericus me subscribsi
† ego qui supra adelfreda me subscripsi
† ego qui supra petrus subdiaconus me subscripsi
† ego petrus teste subscripsi
† ego radelpertu teste
† ego ladipertus teste subscripsi
† ego radelgrimo teste subscripsi
† ego magenolfus testes.

CXXII.

A. D. 905.

† In nomine domini tertiodecimo anno principatu domni nostri waimari, mense aogustus octaba indictione. memoratorium factu a me ioanne notario filio martini, de eo quod ante subscripto testes tradidit mihi per surte grimperto filio winefridi . . . . bigariationem ordinem una peciam de terra suam, qui fuet bineam et terra campense uno tenientes cum suis arboribus in locum castelione ubi proprio rattemundu dicitur; qui abet finis de unam pars fine mea suprascripti ioannis coniunctum est, de aliam pars fine de redes leoperti, de super capite fine ipsa bia publica qui in curte iubini preducit, de supto capite similiter fine mea qui supra ioanni, como ipsa sepe da firmulu dicernit. infra ipse finis, cot ille ipso per cartula emtum abuit ab a leodemperto . . . . germanu suo, totum in integrum a funditum ipso mihi cambia . . . . ego et meus erede ad possidendum bel faciendum cot boluerimus . . . . . cum bice de biam suam. unde pro ista sua bigariatione recepit da ipso in cambio una peciam de terra cum biniam et insetetum et terra campense . . . . . . tenientes in suprascriptum locum castelione ubi propio ad palumbulu bocatur; qui abet finis de unam pars fine ipsius grimperti, termiti ficti sunt, de aliam pars fine suprascripti ioanni notarii et fine fermusi, cot da erchenaldo ille abuet, et ipsa finem qui mihi da rodenando pertinet et fine berte, de super capite fine terra episcopii, cot ilderico ibi offertum abuit, de supto capite fine bia publica. infra suprascripte fines tota integram ipsa quarta parte, una cot ego ibi abeo de orsa uxore mea, et illa ipsa

quarta legibus abuet ab a walpertu filio leopardi. infra suprascripte finis tota ipsa quarta in integrum ille in cambio da me recepit, eam ratione, ipsa mea bigariatione ille et suos eredes da omnis omine mihi et ad meus erede ipsa inantistare et defendere promise [1]); et si noluerit nos defensare, aut forsitans cot illi ipsis per collibet ingenium retornare quesierit, primis omnium duppla simile rebus in eodem loco nobis componere spodimus, quale iste cambio in diebus illi baluerit; et cot melioratum paruerit, in subestimatione ipso nobis spodimus staurare de colludio secundum legem spodimus nobis iurare; unde tali tinore nobis complendum wadia mihi dedit suprascripto grimperto et per sua manum exit sibi mediator et omnia, como superius legitur, ipso nobis percomplire.

† ego truppaldo teste

† ego warimberto teste

† ego ademari me subscripsi

† ego lupini me subscripsi.

CXXIII.

A. D. 907.

† In nomine domini quintodecimo anno principatus domni nostri guaimarii filii domni guaimarii gloriosi principibus, mense . . . . . . indictione . . . . . . Memoratorium factu a me domnus musandus venerabilis abbas monasterii sancte sofie situm intus hanc salernitanam civitatem, qui fuit pertinentem guaiferi filii quondam guaiferi comitis, eo quod ante subscripti testes per bona comvenientia una mecum adesse petrus adbocatore ipsius monasterii tradidit musandi filio quondam mauri, qui fuit de apus monte, de due pecie de terra cum arbustis vitatis et pomis de iamdicto locum apus monte ubi ad linzara dicitur per finis et mensuras. prima pecia, in quo casis et palmenta dua abet fabrita, a meridie fine ipsius monasterii sicut bia discernit, inde sunt per latitudo passi quadraginta quadtuor; a parte occidentis similiter fine ipsius monasterii, inde longitudo passi duocenti duo; a parte septemtrionis fine ipsius monasterii sicut via da trenta discernit, inde sunt passi quadraginta septem et guvitum unum; a parte orientis similiter fine ipsius monasterii, et inde sunt de longitudo passi duocenti decem et octo. ipsa alia pecia ibique

---

[1]) *Promise*, vox vulgaris, quae latinam formam arripiens idem sonat ac *promisit*.

a super ipsa via da trenta per finis et mensuras; de pede fine ipsa via, inde sunt passi triginta unum; hab oriente fine ipsius monasterii, inde sunt passi centum duodecim; a parte septemtrionis fine ipsius monasterii, inde latitudo passi biginti sex; a parte occidentis similiter fine predicti monasterii, inde longitudo passi centum decem et octo, totum mensuratum ad iusto passu hominum. ideo, ut diximus, de ambe ipse pecie tradidimus ei totum et inclitum illut quantum exinde pertinet predicto monasterio, tali ordine eos ei tradidit, ut amodo et semper ille et suos eredes nato nascentes sue potestatis illut tenere, et fovee et omnis sue utilitatis iusta rationem ibidem facere, et ibidem residere et avitare in ipse casis, et per annum suo tempore totum ipsum arbustum, quod ei tradidimus, de super et de supter laborare et cultare et propaginare, et ubi meruerit arbores et vites ibidem plantare et surgere, et sic per annum suo tempore totum illut laborare, sicut in ipso locum meruerit, ut per omnis annum bonum laboratum pareat quatenus in melius proficiant et non dispereant, et salbum illut semper faciant et abeant. et per annum de vindemie faciant scire nos vel pars ipsius monasterii, ut missum nostrum illuc dirigamus, et ipse musandus vel eius eredes suo tempore ipsis arbustis, quod ei tradidit, annualiter vindemiare, et quando meruerit poma inde colligere, et omne vinum exinde ibique ad palmentum et ipsa poma quando meruerit ibique dividerent per medietatem: missum nostrum tollat illut medietatem, et ipse musandus et suos eredes medietatem, et ipsa nostra medietate de ipso vinum illis per annum reponere ibique in ipse casis in organea predicti monasterii per illis organea ipsa conciata et studiata per annum bona sicut meruerit, et faciant ipso vinum illis salbum, donec illut inde tulerit pars predicti monasterii absque de ingne et gente [1]. de que per annum ibidem seminatum fuerit, deant inde ibique ad pars ipsius monasterii per annum terraticum secundum consuetudo de ipso locum, et per annum deant ad pars ipsius monasterii palmentateca, sicut meruerit: missum nostrum, dum pro ipse vindemie ibidem steterit, illis eum notrire, sicut iustum fuerit et illorum possivilitate; et quale tempore ille vel suos eredes supradicta tradictione in predicto ordine et sic inde ad pars predicti monasterii adimpleverint, sicut supra dictum est, tunc tota et inclita supradicta traditione in predicto ordine laborata et operata et cultata remitterent ad potestate predicti monasterii ad faciendum inde quod boluerit, et illis liceat inde exire cum causa sua movilia. de qua per comvenientia guadia nobis ipse musandus dedit et mediatorem nobis posuit iohannes de locum sianum filius petri, qui dicitur barilli; et per ipsa guadia obligavit se et suos eredos, ut si taliter omnia suprascripta ad pars ipsius monasterii non adimpleverit et aliquit exinde removere aut contrare quesierit, per bona comvenientia per ipsa

[1] *Gente* idem est ac *genta* vel *gantae*, ut in Du Cange: *anser agrestis*.

guadia componere obligavit se ipse musandus et suos eredes nobis vel in pars ipsius monasterii biginti auri solidi constantini. et hunc brebem scripsi ego ademari notarius.

† ego iohannes notarius me subscripsi

† ego alderissi notarius me subscripsi.

CXXIV.

A. D. 908.

† In nomine domini sextodecimo anno principatus domni nostri waimarii principis filius domni waimarii patricii, mense maius undecima indictione. ideo que ego inghelprandus filius cumprandi, de sicut mihi congruum est, mea vona volumtate per hanc cartula venumdedit tibi adelmanni presbiteri filius adelprandi terra mea cum arvusto bitatum et alii arboribus suis, que habeo in locum nuceria ubi propio ad porta romana dicitur, que mihi ex possessionem prenominati genitori meo mihi habere subcessi: habentes finis de due partibus fine tuaque adelmanni presbiteri, alia vero parte fine terra sancte marie, de alio vero capite fine radoaldi presbiteri, sicut ipse muro discernit. hec vero clausum, qualiter superius finis posite sunt, totum in integrum cum omnis arboribus et pommifera sua et cum omnia intro se habentibus cum propie finis et biis suis trasattibus nomine et a funditus eos tibi nominato adelmanno presbiteri venumdedimus, unde nec mihi nec cuiqua hominibus nichil restitit nec dicimus remanere sortiones. et pro confirmandam et stabiliscendam hanc nostram bindictionem, nunc a presentis recepimus a te nominatus emtorem nostrum statutum pretium, idest auri tari numerum quindecim; finitoque vero pretium aput nos eam vero rationem, ut nunc a presenti die et im perpetuis temporibus tu prenominatus adelmannus presbiter quam et ad tuis heredibus, ut eaque nostram bindictionem, de sicut superius scriptum est, nos vobis ab omnis homines inantestare et defensare promittimus ego et meis heredibus vobis et ad vestris heredibus, ut omni tempore firmiter habere et possidere et facere quod volueritis. quit sim minime potuerimus, vel si nos ipsi forsitans per quavis modis remobere aut retornare quesierimus, ante omnia questio nostra sit bacuum et inanes et duplum supradicto pretium vobis componere promittimus; et que aput vos fuerit remelioratum vel factum edificium, sub estimationem pretii vobis restituamus, de colludio autem legibus vobis iuremus per dei misteria. igitur et si uxor mea de ista nostra bindictionem sortes tollere aut habere quesierit, amodo vobis apposui et obligo ipsa terra mea cum arvusto ad ipsa turre, ubi ego residentes fui

in eodem loro nuceria, et in alio tantum per adpretiatum vos exinde tollere liceat, de quantum exinde ipsa uxor mea vobis exinde tulerit, et firmiter eos omni tempore habeati per ista cartula et supradicta obligationem, et hanc cartula ut supra firme permaneat. quam te ursus notarius tali tinore scribere rogavimus. actum nuceria.

† ego ermengari teste subscripsi

† ego antipertus teste

† ego abelferi teste sum

† ego nandipertu teste subscripsi

† ego argo teste subscripsi

† ego petrus teste subscripsi.

CXXV.

A. D. 909.

† In nomine domini septimodecimo anno principatus domni nostri waimari principis et filii domni waimari imperialis patricii, mense nobembre tertiadecima indictione. ideo que ego walpertus clericus filius bassaci, habitator in locum qui dicitur siano rotense finibus, bona etenim mea voluntate pro salutis anime mee per hanc cartulam offero omnibus rebus substantiis meis quod habeo in suprascripto loco siano, quam et ipso qui michi pertinet de gattone iermano meo, seu et in locum qui dicitur arcufrancilli, castanietum et quertietum cum ipse plagarie sue et cum omnibus suis pertinentiis in quacumque locis exinde de rebus mea inventum fuerit, in montibus quam et in planis, in integrum et a funditus illud offero in ecclesia beati sancti maximi, quod domnus waiferius princeps edificabit adque construxit intus hec civitate salerno, ubi nunc deo fabente iohannes abbas regimen tenet. hec nostra rebus, qualiter prelegitur, in integrum atque a funditus offero ego qui supra nominatus walpertus clericus cum inferius superiusque suis abiacentiis et cum omnibus mobilibus adque pertinentiis suis, unde nec michi neque ad alios homines nichil exinde reserbo portionem; ea namque videlicet ratione, ut amodo et in perpetuis temporibus securiter et firmiter in ipsa sancta dei ecclesia permaneat et de suis rectoribus pro nostre mercedis anime, et obligamus nos et nostris heredibus hista rebus ab omnis homines antistare et defendere. quod si antistare et defendere noluerimus, aut per quavis ingenium remobere quesierimus, ante omnia autem questio nostra sit vacua, et ita similiter tantum

ferquidum componere spondimus, et in antea ipsa rebus firmiter atque stabile permaneat in ipsa sancta dei ecclesia atque de suis rectoribus, et cartula hista offertionis firma sit. quam te sichelfrid presbiterum et notarium scribere rogabimus. signum manu walperti clerici qui ita hec fieri rogabit.

† ego walpertus presbiter me subscripsi

† ego leomari presbiter me subscripsi

† ego benedictus presbiter me subscripsi

CXXVI.

A. D. 910.

† In nomine domini domno constantino dibina gratia imperator augusto deo propitio tertio hanno imperii eius, mense ianuario tertiadecima indictione. ideo que nos qui sumus nominati trupoaldo . . . . . filio cotuneo et halamanno filio adelmanni, qui sumus commorantes intus cibitate luceria, declarati enim sumus nos intus cibitate luceria coram presentia iohanne magnifico iudice et haliis nobiliores hominibus qui supter conscripti sunt, quia ex predicto. . . . . . . clerico habemus . . . . missione una petia de binea da illa pars . . . . bona etenim nostra bolumtatem una . . . . videlicet cartula coram presentiam supradicti iudicis et haliorumque supscriptorum testium vindedimus tibi domno franco benerabilis abbas de ipsa hecclesia sancti iacobi apostoli [1]) tecum abente adbocatore iohanne imperiali potorti [2]) et filio rofrit ipsa iamdicta binea, que superius patefecimus nobis esse pertinentes; que habet fines de prima vero pars quod est a medio limite fine ipsa binea berno et iohanne filio adammi, inde sunt ad passum iustum mensuratum hominis mediocris persona passi triginta uno; de secunda vero pars, quod est a medio limite fine ipsa binea iaquinto filio merigni, inde sunt passi triginta et hocto; de tertiam vero pars, quod est a fine de ipsa binea tracko presbiter, inde sunt passi viginti nobem et medium; de quarta autem pars, quod est a fine de ipsa vestra trasita et fine ipsa terra riso filio adelperti, inde sunt passi viginti tres. intra iste namque finis et mensure, que superius

[1]) Monasterium S. Iacobi positum extra moenia Luceriae Apuliarum, anno 1083 ab Henrico Comite Montis Gargani donatum fuit S. Petro Abbati III Coenobii Cavensis.

[2]) *Potorti*, a *potorium* (*poculum*, *vasculum*), qui pocula principibus praebebat: haec vox deest in Gloss: Du Cange.

cernitur et legitur, de fine in fine quantum infra clautrum [1]) est ipsa iamdicta vinea, unde nec nobis neque hab eredibus nostris, verum etiam neque ad nullumquempiam homine ibi aliquit portio reserbabimus requirendi, set qualiter edificiata est ipsa iamdicta vinea una cum mediis limitibus et cum biis et handita sua et cum ipso palmento et cum legitima trasita et exita sua, cum bobes et karrum, nec non et cum suis omnibus pertinentiis vindedimus tibi domno franco abbati entori nostro possidendum. De quo pro constabiliscendam atque confirmandam tibi hanc nostram benditionem manifesti sumus, quod a presente recepimus a te nominato franco abbate una cum ipso abbocatore vestro septe aurei solidi constantini boni scifati per caput: finitum dicimus aput nos receptum habere ipsum pretium, ea scilicet ratione, ut hamodo et semper eadem nostram benditionem integram , sicut supra legitur , habere et possidere baleatis et faciatis exinde , que amodo tibi tuique posterioribus placuerit sine contradictione nostra et de nostris heredibus requisitione. Unde guadia tibi dedimus et mediatores vobis posuimus musando filio rossemanni et cotuneo filio halarico, et obligamus nos et nostris heredibus vobis cuius nominato franco abbati vestrisque posterioribus, ut hanc nostram benditionem nos vobis ab omnibus hominibus ab omnique partibus hantistare et defendere debeamus illam vobis per inbitis. quod si noluerimus, aut si nos ipsis per qualiscumque modis vel ingenium illam vobis retornare aut remobere quesierimus, primis omnium questio et causatio nostra inanis et tacita sint, et quindecim aurei solidi constantini penam vobis vestrisque posterioribus nos et nostris heredibus componere obligamus, et in antea tacimus nos et contenti per inbitis maneamus in eadem guadia et per districti ipsi mediatores, qui se tribuimus vobis ad pinnerandum omnia illorum pinnera legitimam et inlegitimam : tandium donec per inbitis adinpleamus vobis ea, que superius diximus. quem te adelferi notario han cartulam benditionis asscribere rogabimus, qui et interfuit. Actum in civitate lucerie indictione feliciter.

† ego iohanne iudex

† ego gilio teste

† ego poto teste.

---

[1]) *Clautrum*, pro *claustrum*.

CXXVII.

A. D. 911.

† In nomine domini domno constantino dibina gratia imperator agusto deo propitio quarto hanno imperii eius, mense ianuarius quartadecima indictione. Ideo que ego vir nomine lando trumarcha[1]) de cibitate florentino habitantes, eo quod intus cibitate luceria coram presentiam domno iohanne magnifico-iudice et haliis nobiliores hominibus, qui hic supter conscripti sunt, clarefacimus nos, quia pertinente michi habeo duobus petie de vinee da illam pars flubio perticata[2]) super ipso bado de alarino, quod retineo per cartulam emtione, et qui his dicte vinee pro meis bona volumtatem michi bendere congruum est et meam congruitatem vel necessitatem exinde faceret. Sic michi congruum et abtum esse videtur, bona etenim mea bolumtatem unanimiter parique consensum per hanc enim quoque videlicet cartulam coram presentiam supradicti iudicis et haliorumque supscriptorum testium vindedimus tibi nominato poto filio poterisi ipse iamdicte vinee, que superius patefecimus nobis esse pertinentes; que habet fines de prima vero pars, quod est a medio limite, fine ipso pastino minore, inde sunt ad iustum mensuratum, qualiter in ipsa porta consignatum est passi triginta duo; de secunda vero pars, quod est hab integrum ipso carbunario, fine ipsa terra bacua, inde sunt passi triginta et medium; de tertia vero pars fine et medio ipso carbunario fine ipsa vinea musscato notario filio caliperto, inde sunt passi triginta; de quarta autem pars, quod est a fine de ipse flubio perticata, inde sunt passi triginta septe. Simul et ipso pastino minore; qui habet fines de prima vero pars, quod est a medio limite, fine ipso pastino maiore, inde sunt passi cum ipso medio pastinello passi quaddraginta sex; de secunda vero pars, quod est a fine et media fenestra, fine ipso pastino rotardi, inde sunt passi viginta hocto; de tertia vero pars, quod ab integrum ipso carbunario, fine ipsa bia plubica, inde sunt passi quaddraginta sex; de quarta autem pars, quod est a fine de ipso flubio perticata, inde sunt passi viginti quadtuor. Intra iste namque finis et mensure, que superius cernitur et legitur de fine in fine quantum infra claustrum est, ipse iamdicte vine, unde nec nobis neque hab eredibus nostris, verum etiam neque ad nullum quempiam homine ibi aliquit portio reserbabimus requirendi, Set qualiter edificiate sunt ipse iamdicte vinee una cum mediis limitibus, et cum biis

---

[1]) *Trumarcha* , vel *Tormarchis* , seu *Turmarcha* a graeco ἀρχός, dux turmae, dux exercitus , princeps militiae aequestris; turma enim ordo fuit militaris tres equitum continens decurias, totidemque habens decuriones. Hoc vero nomen, quod officium et dignitatem denotabat, in successoribus locum cognominis sumpsisse videtur. Sic legimus : *Durante, qui dictus est de Trumarchi* : Anno 1164 Arca XXXI. N. 60. *Iohannes Turmarcha* : Anno 1134 Arca Magna G. N. 11.

[2]) *Perticata*, in finibus Luceriae.

et handita sua, et cum ipso palmento et cum legitima trasita et exita sua cum vobis[1]) et carrum, et cum suis omnibus pertinentiis vindedimus tibi nominato poto entori nostro possidendum. De quo pro constabilisscendam atque confirmandam tibi hanc nostram benditionem manifesti sumus, quod a presente recepimus ha te nominato poto entori nostro[2]) aurei solidi constantini boni scifati et uno tario bono: finitum dicimus aput nos receptum habere ipsum pretium, ea scilicet ratione, ut hamodo et senper eadem nostram benditionem integram, sicut supra legitur, habere et possidere baleatis et faciatis exinde, que hamodo tibi tuique heredibus placuerit sine contradictione nostra et de nostris heredibus requisitione. Unde guadia tibi dedimus et mediatorem tibi posuimus iohannem iudicem filium gisaldi; et obligamus nos et nostris heredibus vobis cuius nominato poto entori nostro tuique heredibus, ut hanc nostram benditionem nos vobis ab omnibus ominibus ab omnique partibus hantistare et defendere deabeamus ea vobis per inbitis. quod si noluerimus, aut si nos ipsos per qualiscumque modis vel ingenium illem vobis retornare aut remobere quesierimus, primis omnium questio et causatio nostra inanis et tacita sint, et quinquaginta aurei solidi constantini penam vobis vestrisque heredibus nos et nostris heredibus componere obligamus, et in antea tacimus nos et contenti per inbitis maneamus in eadem guadia et per districtum ipsum vestrum mediatorem, qui se tribuimus vobis ad pinnerandum omnia sua pinnera legitimam et inlegitimam, tandium donec per inbitis adinpleamus vobis ea, que superius diximus. quem te adelferi notarium han cartulam benditionis asscribere rogabimus, qui et interfuit. Actum in civitate lucerie indictione feliciter.

† ego qui supra ioanne iudes

† ego trupoaldo teste.

CXXVIII.

A. D. 911.

† In nomine domini nonodecimo anno principatu domni nostri waimari filii domni waimari patricio, mense magius quartadecima indictione. ideo que ego landemari filius ademari, de sicut mihi congruum est, per anc cartula bindedit tibi ursi filio erchemperti terras bacua, quas abeo ab intus civitate noba salernitana had ortu magnu; qui abet fini de super parte andres filii ragemprandi, per ipsam parte est longitudo pedi treginta septe et simmisse unu; de supter parte

[1]) *Vobis*, scilicet *bobus*.

[2]) Deest numerus monetarum.

abet fine mea qui supra binditoris, per ipsam parte est longitudo pedi treginta septe et simmisse unu; de uno capite abet fine platea, in ipso capite est latitudo pedi decem et octo; de alio capite abet fine landemari varbanis meis, in ipso capite est latitudo pedi decem et octo at manum de iusto homine mensuratum est. clauso isto, sicut finis posite sunt et ex omni parte mensuria percurrit, totum a funditus in integrum cum inferius superiusque suis et cum andito suos ipsos tibi qui supra ursi emtoris meis bindedit in omnibus at abendum et possidendum, et faciendum quit volueritis. unde pro suprascripta meam binditione de presente recepit pretium a te qui supra emtores meum aurum tari numerum quindeci, eam ratione, ut amodo et semper vos quam et vestris eredibus abere et possidere baleatis suprascripta mea binditione; de quibus me repromicto ego qui supra binditor, et obligo me et meis eredibus vobis qui supra emtoris meis et at vestris eredibus ex ipsa mea vinditione ab omnis omine antistare et defendere promictemus. quit si nos menime antistare aut defendere potuerimus, aut si nos ipsis forsitans per quolibet ingenio retornare quesierimus, primis omnibus a nostris partibus tacitis et vacui exinde maneamus, et duplo suprascripto pretium nos vobis conponere promictemus; et insuper quod aput vos melioratum paruerit in deficium[1]) aut in quavis parte, sub estimationem pretiis nos vobis restituemus, et de colludio per dei misteria secundum lege satis vobis faciamus; et si uxor mea in ista vinditione intraverit et legibus vobis exinde tullerit, amodo anteponimus vobis ipsa terra meam qui cum ista vinditione coniuntum est, ut per atpretiatum liceat vos et vestris eredibus exinde tollere cum ista cartula duplo tantum, quantum de ista mea vinditione vobis tullitus fuerit, et abeatis ipsos firme, et ego et meus erede ipsos vobis et at vestris eredibus defensemus, et anc cartula vinditionis in suprascripta ratione firma sit permanea. et te landone notarium scribere rogabi. Actum salerno mense indictione. iterum recordamus nos qui supra landemari binditor. ut da parte de platea liceat vos et vestris eredibus introire et exire in ista vinditione, unde nos vobis anditu dare voluerimus, et te ut supra landone notarium scribere rogabi.

† ego qui supra landemari
† ego autelgrimo teste subscripsi
† ego ragemprandus
† ego lupeni teste subscripsi
† ego potelhisi
† ego petrus teste
† ego lupu filio lupuini
† ego dabelferi

---

[1]) *Deficium*, pro *aedificium*.

† ego wisenolfu
† ego pando
† ego adenolfo.

CXXIX.

A. D. 912.

† In nomine domini bicesimo anno principatu domni nostri waimari principi filii domni waimari patricio, mense februarius quintadecima indictione. ideo que ego ioanne notarius filius martini, abitator fuit in castelione salernitana finibus, cumpulsu sum dei omnipotentis misericortiam et pro mercidem adque salbamentum anime me hoffero in ecclesia beati sancti massimi, qui fundatum adque edificatus est in curtem et rebus domni waiferio, qui fuit princeps, infra anc nobam salernitanam cibitate hubi ioanne presbiter et abbas loci tenere bidetur est, offero ibique in supradicta sancta ecclesia tota integram ipsam metietatem rebus sustantiam meam, cot abeo in suprascriptum locum castelione; idest territorie, bineis, arboribus pomifris, castanieta, inseteta, quertieta, campi, silbis, cultu bel inculto, in plano bel in monte, ubicumque de rebus mea inbentus fuerit cum propie finibus et biebus suis et usi aqquarum, et cum ipsa lignamen sortione meam de ipsa casa qui ibidem positam est, totum in integrum a funditum in supradictam sanctam ecclesia sancti maxsimi offeroimus sub tali ordinem, ut si ioanne filio meo, qui supra nominatus merdulu bocatur, in ista terra regressu fuerit, qui de sarraceni captus fuet, bolo enim, ut totam integram istam supradictam rebus mea, sicut supra diximus, reberta in potestatem suprascripti ioanni filio meum; et si ipse suprascripto ioanne filio meo sine filium bel filia defunctus fuerit, bel si ipse suprascripto filio meo in ista terra non redierit, bel si ipsa suprascripta rebus ipse suprascripto filio meo non iudicatum remanserit, bolo enim, ut totum in integrum ebeniat in potestate prefate ecclesie sancti maxsimi huiusque rectoribus securiter possidendum sine omnes requisitionem meam et de meus alium heredem. preter sceptuabimus ego qui supra ioanne notarius tota ipsa quartam rimperghe, qui fuit uxor mea, cot illa legibus tollere debuit de rebus sustantiam adelferi priore biro suo; nam aliam rebus mea ubicumque exinde fuerit inbentus, totum in integrum in supradicta sancta ecclesia sancti maxsimi perbeniat in posessione. de quibus me repromicto ego suprascripto ioanne notario et obligo me et meus alius erede ad rectoribus de supradicta ecclesia, cot si aliquando tempore ipso remobere aut retornare bolueri-

mus, aut per quabis modi ipsam rebus de vestra potestate sustagere [1]) presumserimus, primis omnium questio nostro sint bacuum et inanis, et insuper biginti solidi costantini hobligamus nos ad rectoribus prefate ecclesie ad componendum. in simul et alio dicimus, ut in bicem nostram liceat rectoribus de supradictam sancta ecclesia sancti maxsimi causare et exigere cum costantinu atranense filio sergi grecu de ipsa monimen meam, cot ego eis commandabit, et cum ipsa monimen defensoris in ipsa suprascripta mea hoffertione bobis siatis ad defendendum, et anc cartula offertionis in suprascripta ratione sit firme. quam et ego qui supra ioanne notario in anc cartula hoffertione a me facta et manibus mea scripsi. actum salernum mense et indictione suprascripta feliciter.

† ego landemari

† ego radoaldo me subscripsi

† ego hieronimus

† ego roderissi me subscripsi

† ego aghenardus

† ego adelhisi

† ego adelghisi presbiter interfui.

CXXX.

A. D. 912.

† In nomine domini vicesimo anno principatus domni nostri waimarii principis filius domni waimarii principis et patricii, mense maius quintadecima indictione. ideo que ego adelmannus presbiter filius adelprandi, dum conpulsus sum dei omnipotentis misericordiam quam pro remedium salutis anime mee, quam et pro remedium salutis anime iohanni presbiteri et abbatis, qui fuit barbanem meum, per hanc cartula optulit deo in ecclesia sancti maximi, quem domnus waiferius princeps a nobo fundamine construxit intus salernitanam civitatem, ubi nunc modo iohannes presbiter et abbas regimen tenere videntur, tota et integra rebus ipsa, qui fuit lupi filius voniperti, et ipse lupus eos per scriptum datum habuit pro anima sua ipsius iohanni abbati, iterum postea benedictus gastaldeus rebus ipsa legibus adbincui et per alia cartula eos venum-

[1]) *Sustagere*, idem ac *subtrahere*.

dedi ipsius iohanni presbiteri et abbati barbani meo, et ipse iohannes presbiter et abbas mihi disposui et in manum commisit, ut pro eius salutis anime eos offerirent in ipsa ecclesia sancti maximi, et est rebus ipsa loco nuceria ubi propio agella vocatur et clusuria dicitur. ideo, qualiter per ipso scriptum et per ipsa cartula rebus ipsa ipsius iohanni presbiteri barbani meo datum fuit, sic in integrum cum finis et biis suis pro anima memorati iohanni abbati barbani meo in ipsa sancta ecclesia sancti maximi offerui, et ego pro meis salutis anime in ipsa ecclesia sancti maximi offerui una pecia de terra cum arvustis vitatum et alia fruttifera sua, quod ego per cartula comparatum habeo da audepertus filius adelperti in ipso locum agella, qui est erga ipso pratu domnicu. ideo, qualiter per ipsa monimen rebus ipsa nobis habere pertinuit, sic in integrum in ipsa sancta ecclesia offerui in ea rationem, ut amodo et omnibus diebus vite mee ea, que prelegitur, ad mea ipso reservo potestatem in omnibus dominandi, possidendi et fruendi nomine et de ipso suffrugio faciendum, quod mihi placuerint. nam non habeamus potestatem ipsos in aliis modis dandum aud alienandum, set post meum obitum in integrum pro nostre salutis anime, ut supra dictum est, in ipsa sancta ecclesia sancti maximi debeniat potestatem securo nomine habendum, dominandum eius rectoribus et iusta legem faciendum quod voluerint, sine omnis requisitionem de meis eredibus vel cuiqua homines; et pro securitate ipsius ecclesie ipse due cartule et ipso scriptum vestre dedimus potestatem ad semper habendum, et vices nostra cum ipsa monimen rebus ipsa vobis defensandum et omnis iustitia recipiendum, sicut continunt, et hanc cartula offertionis, ut supra, firme permaneat. quam te ursus notarius tali tinore scribere rogavimus. actum nuceria.

† ego adelmanno presbiter me subscripsi

† ego odelmannu teste

† ego magenolfus

† ego liotardo teste subscripsi

† ego petrus teste subscripsi.

CXXXI.

A. D. 912.

† In nomine domini dei salvatori ihesu cristi vicesimo septimo anno imperii dominorum alexandri et constantini magnis imperatoribus, et tertio anno patriciatus dominorum nostrorum

landolfi et atenolfi principes, mense nobembrio prima indictione. ideo que ego alaissi, filio ymetanci quam et ego adelgrima uxor eius filia quondam truppoaldi, vona nostra voluntate unanimiter, sicut nobis congruum est, per vervo et absolutione iamdicti ymetanci, consentiente mihi ipsius adelgrime truppoaldus et maio clerico germanis meis, et pro firma stavilitate interesset lodoicus gastaldus et iudex, per hanc quoque cartulam donavimus tibi domni guaimarii principi salernitano filio bone memorie idem domni guaimarii patricio medietatem de casa ipsa fabrita et terra cum pergola et cetrario et alii arboribus, quibus uno teniente esse videntur intus eadem vestra civitate salernitanam novam ad ortum magnum subtus porta ipsa, que appellatur de elino, quibus in integrum infra has fines esse videtur: de una parte fine ipsa casa fabrita, que fuit traselghisi, sicut sciricidia ex casa ipsius traselchisi decurrit, de subtus capite fine muro predicte civitatis et pergit in cantone de ipsa casa usque in alio cantone, et perexiente in ipso sciricidio de ipsa casa leoni abbati, et de alia parte fine ipsa trasenda, sicut serolatum discernit derictu usque ante casa ipsa, que fuit blati atranensis, et derictu volbente in ipso cantone de ipsa casa, que fuit guisoni, de super parte fine ipso parietem de ipse case, que fuerunt guisoni, et coniungente se in ipsa casa ipsius traselghisi. infra iste autem finis clausum ipsum cum casa et terra, pergola, viridiarium et arboribus suis, et cum puteum et vice de via carraria, et cum inferius superiusque suis integram medietatem exinde tibi ipsius domni guaimarii principis donavimus. unde ego ipsa adelgrima per meum morgincab, quod ipse vir meus mihi legibus firmavit, quartam debui accipere partem; et ideo nec nobis nec cuicumque alteri nullam ex integra iamdictam exinde reservavimus medietatem. et pro confirmandam hanc nostram donationem recepimus inde launegild in persona tua ab adelchisi clerico launegild maniciones nuscinii pario uno, ea ratione, ut amodo et semper tam tu ipse princeps quam et tuis heredibus supradicta nostra donatione, sicut superius legitur, habere et possidere securo nomine valeatis. unde repromittimus nos qui supra alaissi et adelgrima coniux eius, et nos nostrosque colligamus heredes tibi iam nominati domni guaimarii principis et ad tuis heredibus eadem nostra donatione ab omnibus hominibus antistare et defendere. si non potuerimus, aut si nos ipsis ex ea nostra donatione vobiscum causaverimus, aut qualitercumque eam remobere quesierimus, questio nostra modis omnibus adversus vos exinde vacua sint, et iuxta edicti tenore ferquidum donum cum suis remeliorationibus vobis componere atque restituere placitamus; de colludio autem, si a vos pulsati fuerimus ad sancta dei evangelia, legibus vobis inde satisfaciamus. et te accone notario taliter scribere rogavimus. actum benevento.

† ego qui supra alais me subscripsi

† ego qui supra imetancus me subscripsi

† ego adelchis clericus filius alais me subscripsi

† ego qui supra truppoaldus me subscripsi
† ego qui supra maio clericus
† ego qui supra lodoicus me subscripsi
† ego rato me subscripsi
† ego attelguicus me subscripsi
† ego castelmannu me subscripsi
† ego magelgardus notarius me subscripsi
† ego iohannes filius petri me subscripsi.

CXXXII.

A. D. 913.

† In nomine domini bicesimo primo anno principatu domni nostri waimari principi filio domni waimari patricio, mense iunius prima indictione. memoratorium factu a nobis ioanne presbiter et abbas rectore ecclesia sancti masximi una cum radelgardu sculdais abbocatore meum et ioanne notario filio martini, deo cot ante bonorum ominibus, qui supter scripti sunt, wadia nobis dedit benedictus filius adelferi et mediatores nobis posuit ademari filio landeradi, eo quidem ordinem, ut amodo et usque in anni decem completi spodimus laborare et propagenare adque cultare annualiter tote ipse binie, quante mea sorte modo ego suprascripto ioanne notario in castelione abeo, cot abeo hoffertum in ecclesia sancti masximi: tote ipse binie spodimus per omnes annu bene laborare et cultare aptu tempore suo, secundum consuetudo de ipsam loca, cot bene paream laborate, et ipso salbum facere spodimus, et damodo et usque in trex anni de ipse binie de supto nec de super de ipsu frugio nobis non dare, et da suprascripti trex anni usque in suprascriptum constitutum per bindimie per omnes annu spodimus nos facere sapere, et ipso binum cum omine nostrum per equaliter spodimus nobiscum debidere; nos medietate et ille medietate. et in ipse terre nostre, si illu adiutaberimus bobi et semente, ipso bictalio spodimus nobiscum debidere per equaliter; et si illu non adiutaberimus bobi et semente, spodimus nobis dare de ipse nostre terre terraticum secundum legem; et quando ipse binie ille inpaliet intro se lebaberit et fecerit me sapere, spodimus da me suprascriptu ioanne presbitero et abbas tollere unu pario bobis una hecdomada, ipsi abere ad lignamen tragere ad ipse binie nostre conciandum, et ipsi bobi salbi nobis spodimus rendere; et si ille ipse binie bene laborate et bene con-

ciate ante suprascriptum constitutum nobis rendere boluerit, stetimus nos ipse recolligere. insuper spodimus nobis supra scripto benedictus, cot si non compleberit nobis omnia, como superium legitur, decem solidi costantini spodimus nobis componere, et omnia, ut supra per inbitis spodimus ipso nobis complire.

† testi odelfrid, ursu filii ioanni, ursu, ademari filii ermengardi.

CXXXIII.

A. D. 917.

† In nomine domini vicesimo quinto anno principatus domni nostri waimarii principis et patricii filius domni waimarii principis et patricii, mense martius quinta indictione. ideo que ego petrus gratia dei episcopus sancte sedis salernitane ecclesie, dum partibus nostri episcopii habere terra bacua et arvoribus et cannietum in locum felline finibus salernitanis, qui fuit odelchisi diaconi et mauroaldi et de aliis eorum parentibus et nostri episcopio offertum fuit; et dum ad nos benit landoari capuano, qui modo est commaniente salernitane cibitatis filius idem landoari, qui eadem terra per vona conbenientia iusta legem commutationis ordine tollere querebat, et nobis dare integra curte illa de locum quarrasano, qui fuit waiferio filius adelmundi, quod ipsius landoari per subceptum launegild a superius domnus princeps donatum fuit, et pro remelioratione adiungere nobis solidos costantinos triginta; tunc cepimus exinde habere colloquium cum magelgardus diaconus et vicedominus et cum ursus notarius advocatorem nostrum et cum alios cleros honoratos nostri episcopii. set inito consilio, comparuit nobis dare ipsa terra et ab eo reciperemus predicta curte de predicto locum quarrasano et ipsi solidos, unde annualiter in partibus nostri episcopii aliquit frugium ebenirent. interea reminiscentibus nos et obserbantibus, ea que in edicti capitulo affixum est, a parte superii domni principi inter nos essendum commisit petrus clericus et iudice, et nos iterum a nostris partibus inter medium nostrum essendum comvocavimus idoneis hominibus, ut utrumque faceremus stavilis permanerent. sic itaque acta ambas partibus, tulimus leonem presbiterum et wilielmus et ipsum ursus notarius, quem per partes super ipse terris direximus, ut eos studiose estimarent. cumque illuc perrexerunt ad nos rebersi sunt, narraberunt nobis, ut cum aliis hominibus de ipsa loca diligenter eos providissent, set magis illorum comparuit esse remeliorata ipsa curte cum ipsi triginta solidi, quem ipse landoari dare volebat super ipsa terra nostri episcopii. ideoque ego superius petrus gratia dei episcopus

una mecum ipse magelgardus diaconus et vicedominus et ipse ursus notarius advocatorem nostrum, per vona conbenientia et per hanc cartula commutationis ordine tradidimus tibi nominato landoari predicta terra nostri episcopii de predicto locum felline: habentes finis de uno latere fine ipsa binea, qui fuit ipsius waiferii quod ei datam habuit lopenandus, et est per mensuria ab ipsa parte per longitudo passos centum quinque; de super parte fine ipsa terra, qui fuit ipsius lopenandi et terra nostri episcopii et fine ipsa terra de filii iohanni, est enim ab ipsa fines per latitudo passos quinquaginta quattuor; de alio vero latere fine iohanni rodentrude et fine terra nostri episcopii, et exiente in bia pulbica ab ipsa parte sunt per longitudo da ipsa bia et usque ad ipsum limite, qui discerni a fines de ipsi filii iohanni, sunt passos sexaginta duo; de subter igitur parte erga ipsa bia pulbica et usque ad ipsa fines, qui fuit ipsius waiferii, sunt passos septuaginta septem ad passum alfani diaconi filius ademari mensuratum est. clauso isto, qualiter superius finis posite sunt et mensuria ipsa percurrit, totum in integrum cum arboribus et cannietum et cum ipso puteum et cum omnia infra se habentibus, cum proprie finis et biis suis trasactibus nomine et a funditus, tibi nominato landoari vicariationis ordine tradidimus. et pro confirmandam et staviliscendam hanc nostra commutatione, a presentis per alia cartula, que aput nos scripta retinemus, recepimus da te nominatus landoari ipsa prenominata curte de predicto locum quarrasano finibus rotensis, qui fuit ipsius waiferii: exceptuavit exinde sivi una pecia de terra cum abellanietum de locum volano, quod ad sua reserbavit potestate, et insuper nobis adiunsistis ipsi triginta solidi costantino, qualiter nobis congruum fuit a te recipere. finitoque vero nostra vicariatione, eam vero ratione, ut a presenti die et im perpetuis temporibus tu prenominatus landoari quam et tuis heredibus predicta nostra tradictione, ut superius scriptum est, securo nomine habere et possidere baleatis et faciatis, quod volueritis. ex qua repromittimus, et obligo me superius petrus gratia dei episcopus et meis successoribus tibi nominato landoari quam et ad tuis heredibus, ut eaque nostra vicariatione nos vobis ab omnis homines inantistare et defensare promittimus. quit sim minime vobis eos defensare non potuerimus, unde partibus nostri episcopii ausi fuerimus vobis iurare secundum legem, ut nostrum non sit colludio; tunc alia talem et consimilem terram in eodem loco cum suis remeliorationibus et edificio, sicut illis diebus esse paruerit, vobis restaurare placitamus. si autem nos aud successores nostros hanc commutatione remobere aud retornare, seu contrare, aud irrita facere quesierimus, ante omnia questio nostra sit bacuum et inanis, et ad compositione siamus nos et successores nostros obligati ad componendum tibi nominato landoari quam et ad tuis heredibus tricentos auri solidos costantinos, et hanc cartulam vicariationis in eo ordine firma permaneat. quam te teodericus notarius scribere rogavimus. actum salerno.

† ego lando

† ego qui supra ursus notarius me subscripsi
† ego qui supra petrus episcopus
† ego adelgari
† ego lademari
† ego qui supra petrus me subscripsi
† ego maio clericus
† ego iohannes subdiaconus
† ego leo presbiter
† ego iohannes clericus me subscripsi
† ego potefrit
† ego leo diaconus
† ego ioannes presbiter
† ego rato
† ego petrus me subscripsi
† ego qui supra wilielmo.

CXXXIV.

A. D. 917.

† In nomine domini vicesimo quinto anno principatus domni guaimari gloriosus princeps et secundo anno principatus domni guaimari eius filii gloriosi principibus, mense magius octaba indictione [1]). Ideo que nos, i sumus iohanne filius iaquinti et petrus filius siconolfi, eo quod intus civitate dianense [2]) ante susscripti testis tradidimus atque benumdedimus tibi gentile filio iohanni clerici, idest inclite sortioni nostre de una petia de terra, que abuimus infra cibitate dianense super ipso petrone, per as autem finis sicut modo declaramus : a parte orientis fine ipso genestrito [3]), ex alio latere fine ipso plaio de ipso monte, de tertia namque parte fine ipsa carrarola tuaque predictus gentile in partibus de ipsa rupa de ipso petrone, de quarta vero parte fine ipso genestrito de ipsa labandara et coniungit se cum priori fine. infras autem fi-

[1]) Lege : *quinta indictione.*

[2]) *Dianense*, civitas in Principatu Salernitano, nunc *Teggiano* appellatur.

[3]) *Genestrito*, a *genesterium*, locus genistis obsitus.

nis inclite sortioni nostre tibi nominati gentile tradidimus atque benumdedimus una cum trasita sua et exita sua, et cum omnia intro se anbentibus trasactibo nomine, at semper abendum, et dominandum, et lavorandum, et frudiandum, et omnia exinde faciendum, quibus tibi nominati gentile tuique eredibus placuerit, absque omni contrarietate nostra et de nostris eredibus seu de qualiscumque ominibus. unde pro anc nostram benditionem vobis stabiliscendum et hunc testum cartule confirmandum, nunc a presente nos qui supra nominati iohanni et petrus recepimus a te predicto gentile statutum pretium, idest viginti tari aurei voni in omni deliveratione: finita nostra benditio, sicut dictum, est, nos vobis ab omnis omines omnique partibus inantistare et defendere, de colludio vero secundum legem nos vobis satisfaciamus. insuper nos qui supra nominati iohannes et petrus guadia tibi gentile dedimus, et mediatorem tibi posuimus sicelmundo filio siconolfi, ut nostris eredibus defendamus tibi et at tuis eredibus in inclite sortioni nostre de ipsa petia de terra, sicut superius declaratum est, et per finis circumdatum a pars quarta uxori nostre, et de omnes consortes nostros et da omnis omines omnique partibus. sin autem noluerimus illut vobis defendere omnia, que superius legitur, sic obligamus nos et nostris eredibus at componendum vobis et at vestris eredibus viginti solidi aurei constantini, et per inbitis adimpleamus vobis omnia, que superius legitur, et cartula ista nostra benditionis in suprascripta ratione firma permaneat. quod te nardus clericus et notarius scribere rogabimus intus predicta cibitate.

† ego sigilmundo diaconus

† ego roffreda me subscripsi.

CXXXV.

A. D. 918.

† In nomine domini vicesimo sexto anno principatus domni nostri waimarii principi et patricii filius domni waimarii principis et patricii, mense augustus sexta indictione. quadam vero die, dum nos petrus clericus et iudice essemus sacratissimo salernitano palatio ad singulis audiendum vel diffiniendum causas, tunc quoram nostris presentiis venerunt idest iohannes abbas ecclesie sancti maximi unaque cum waiferio advocatore ipsius ecclesie, cum quibus et ibidem venit adi, qui super nomine tina vocatur filius ragimperti, et continuo ipse quidem iohannes abbas cum ipso suum advocatorem causare ceperunt adversus ipsum adi dicentes: hic iste adi, qui vestris

adest presentiis, tenet terra cum abellanietum, et qui fuit arvusto uno teniente in locum flumicellu ubi proprio bolattiano dicitur qui fuit ursi filius ermemari, qui legibus pertinet ipsius ecclesie sancti maximi; pro eo quod ipse ursus omnis rebus sua in manum commisit et tradidit ad iudicandum ragemprandi diacono, et ipse quidem ragemprandus diaconus per offertionis cartule pro anima ipsius ursi in ipsa ecclesia offeruit. unde in nostris presentiis ipsum brebem et ipsa cartula offertionis ostensa et relecta est: cum quo auditis ipse adi taliter adversus se causantes, responsum eorum retdiderunt dicentes; verum est, ut rebus ipsa teneret, set dicebant exinde habere monimen, et statim ostedit quattuor cartule et manifestavit se exinde plus monimen non haberet. cum quo relecte sunt; et ita continebat prima cartula, quomodo ipse ermemari, qui fuit genitor ipsius ursi, de ipsa terra cum abellanietum et arbusto medietate donaberat pepini germani suo; secunda cartula, quomodo ipse nominatus ermemari donabera radoaldi filius ipsius pepini medietatem ipsa terra cum arvusto et abellanietum; tertia cartula continebat, quomodo ipse ermemari aliquantum de ipsa terra per finis donaberat lupuli liberto suo; quarta cartula continebat, quomodo maurus, qui fuit genero ipsius ermemari, venumdederat ipsius adi ipsa terra, quod lupolus libertus ipsius ermemari per subceptum launegild eis donaberat, et per hac ratione ipse adi querebat rebus ipsa habere et dicebat, ut partibus ipsius ecclesie aliquando ipsa terra non tenuisset, pro eo quod ipse ursus filio ipsi ermemari ibidem sortiones non habui, pro eo quod pater eius ipso dedit. quibus per ipso iohanne abbate et ipso eius advocatore ipsius adi responsum retdiderunt dicentes, quod partibus ipsius ecclesie rebus ipsa tenuit et dominavi, et ipse adi malo ordine ibidem introibit. etiam propter cognita causa ostederunt cartule et unum brebem qui sunt de alii homine, qui ibidem tenuerunt rebus coniunta, et nominabat ipse finis; de una parte fine sancti maximi, sicut ballone discerni et termiti ficti sunt; et una cartula continebat, quomodo mulier nomine ursileupa, qui fuit uxor ipsius ursi, venumdederat spendei filius petri ipsa quarta sua de due clusurie de terra de predicto locum bolatianu per nominate finis: habentes finis una ex ipse clusurie, ubi super residentes fui, de uno latere fines de eredes teoderici, de pede fine de eredes petri, de super capu fine terra qui fuit nandemari filius wisuli, que modo tenet sichardus gaslaldeus, de alio latu fines de eredes petri et terra qui fuit lupuli: ipsa alia pecia habet finis de uno latere fine bia, de pede fine caba, de alio latu fine godelperti presbiteri, de super capite fine ipsius spendei et dausdedi, sceptatum modica terrola, quod ipse ermemari socero eius dederat ipsius lupoli. dum nos superius iudex monimen ipsa per partes tulimus et superii domno principi portabimus, et causationes ipse per ordine numtiavimus, et ipse superius domnus princeps monimen ipsa per partes relegere fecit, et interrogavit ipsum adi, per qua ratione habere voleret ipsa terra, quo ipse due cartule sunt continentes, quod ipse ermemari donaberat ipsius pepini et ipsius radoaldi filio eius; ipse quidem

adi dixit, ut parentes ipsius fuisse et per successione eis esse pertinentes. unde iterum interrogavit eum, quomodo tivi fuerunt pertinentes; quibus ipse adi dixit: genetrice mea vera fuit soror ipsius pepini, unde per ratione iusta legem ei ereditare non deberet. deinde iterum ipse domnus princeps dixit ipsius adi: ecce cartule qui continet fines sancti maximi, ecce alia cartula qui continet, quomodo ipse ursus eos habui, et ipsa uxor eius ibidem introibi et quarta sua exinde tulit et eas bendidit; tu vero si potest consignare, quomodo ab illo tempore, quo ipse cartule sunt continentes, sic eos habuisse et dominasse. ille autem dixit, et statim profexus est et manifestavit se dicentes, ut exinde nullam adprobare poteret. et statim per iudicium superii domni principi inter eis iudicatum est, ut ipse adi habeant de ipsa terra ipsa modica terra, qui fuit ipsius lupoli, da quale fines per sacramenta ausus fuerit ipso sivi adpropriare et partibus ipsius ecclesie ex ipsa terra per ipse suprascripte finis, de ipso alium habeat tres sortiones. nos superius iudex regressi a bestigiis superii domni principi interrogavimus ipsum adi, si aduc amplius causare potuerit; quibus ipse adi profexus est et manifestavit se dicendum, ut de cunta rebus qui fuit ipsius ursi, sicut superius finis posite sunt, neque per testes, neque per monimen, neque per successione, neque per nullaquoque inbenta ratione exinde causare aud contendere poteret in partibus ipsius ecclesie, sceptatum ipsa modica terra, qui fuit ipsis lupuli, da quale fines per sacramenta ausus fuerit eos facere; et statim rem ipsa retdidit atque retradidit in possessione ipsius ecclesie. et nos superius iudex iudicavimus, ut partibus ipsius ecclesie ipsa rebus omni tempore securo nomine sivi habeas, sine omnis requisitione ipsius adi et de eius eredibus; et inde pro securitate ipsius ecclesie et de eius rectores hunc nostrum diffinitionis emmisimus iudicatum, quod scripsit ego ursus notarius et interfui. actum salerno.

† ego qui supra petrus me subscripsi.

CXXXVI.

A. D. 919.

† In nomine domini vicesimo septimo anno principatus domni nostri waimarii principi et patricii filius domni waimarii principi et patricii, mense magius septima indictione. ideo que ego walpertus presbiter filius (*deest nomen*), dum compulsus sum dei omnipotentis misericordia quam et pro remedium salutis anime mee, mea vona volumtate ante presentia petri clerici et iudici aliosque subscripti sacerdotes et testes per hanc cartula offeruit in ecclesia sancti maximi,

quem domnus waiferius princeps a nobo fundamine construxit intus hanc salernitanam cibitatem, ubi nunc modo iohannes presbiter et abbas regimen tenere videntur et ego in eadem ecclesia sum commanentem, omnis rebus substantiam meam, que habere visus sum in locum qui dicitur agellu, et in puliano, et in tusciano, et in ipso laneum et per aliis singulis locis; idest territoribus, castanieta, quertieta, campis et silbis, pratis, pascuis et aquis, finis et biis, monte quam et in plano, ubicumque de rebus mea inbentus fuerit, sibe quod per successione parentum mihi habere successi, seu et quod ex meum paratum habeo, vel undecumque mihi pertinentes fuerit habere, totum in integrum trasactibus nomine et a funditus eos in eadem ecclesia sancti maximi offeruit, amodo et semper partibus ipsius ecclesie eos habendum, possidendum et faciendum omnia, quod voluerit sine omnis contrarietate vel requisitione mea et de meis heredibus. et si ego nominatus walpertus presbiter aud meis heredibus per qualecumque ratione de potestate ipsius ecclesie eos tollere aud contrare quesierit, ad compositione obligo me et meis heredibus ad componendum in ipsa ecclesia santi maximi et ad eius rectores biginti solidos costantinos, et questio nostra modis omnibus tacita et bacua remaneat; seu et pro securitate ipsius ecclesie omnis monimen, qui de ipsa rebus sunt pertinentes, in eadem sancta ecclesia dedimus tali tinore, ut rectores ipsius ecclesie vices nostra liceat cum ipsa monimen causare, et rebus ipse exigere et in eadem ecclesia rem ipsa defensare. et tali ordine te theodericus notarius scribere rogavimus. actum salerno feliciter.

† ego ursus notarius testis sum
† ego radoaldo me subscripsi
† ego iohannes presbiter interfui
† ego adelchisi presbiter interfui.

CXXXVII.

A. D. 919.

† In nomine domini vicesimo septimo anno principatus domni nostri waimarii principi et patricii filius domni waimarii principi et patricii, mense augustus septima indictione. ideo que ego dauferius filius cuiusdam faroaldi declaro, quia per successione mihi habere successi omnis rebus substantiis, qui fuit ragenaldi diaconi germani meo. et dum congruum est mihi exinde bindere integra omnis rebus substantiis, quam ipse raghenaldus diaconus germano meus habui in

finibus salernitanis et finibus capuana et de finibus ohere; interea ego superius dauferius per hanc cartula vona mea volumtate venumdedit vobis superius domno waimario principi et patricii tota et integra omnia rebus substantiis, de quantum quantoque ipse raghenaldus diaconus germano meus habui, vel eis pertinentes fuit habere per tota finibus salernitanis, et per tota finibus capuana, seu et per tota finibus oheretana, idest curtis, ortalis, territorie, arvusta, bineis, binealis, castanieta, olibeta, abellanieta, quertieta, campis et silbis, pratis pascuis et aquis, finis et biis, montibus vel in planis, casis et sedimen suam, tam de intus ipse civitatis et de foris casalibus, cum serbis et ancillis, cum omni pertinentia sua, in integrum ipsa sortione, qui fuit prenominati raghenaldi diaconi germani meo, trasattibus nomine et a funditus eos vobis superius domno waimario principi et patricio venumdedimus. et pro confirmandam et stabiliscendam hanc nostra bindictione, a presentis pro vices vestra recepimus da radoaldus nobilem et fidelem vestrum idest auri costantinos solidorum numerum centum: finitoque vero pretium aput nos eam vero ratione, ut a presenti die et im perpetuis temporibus vos superius domnus waimarius principe et vestris heredibus predicta nostra bindictione, ut supra dictum est, securo nomine habere et possidere baleatis, et faciatis quod volueritis. ex qua repromittimus, et obligo me superius dauferius et meis eredibus vobis superius domno waimarii principi et ad vestris eredibus, ut eaque nostra bindictione, ut supra dictum est, nos vobis ab omnis homines inantestare et defensare promittimus. quit si minime potuerimus, vel si nos ipsi forsitans per quabis modis remobere aut retornare quesierimus, ante omnia questio nostra sit bacuum et inanis, et duplum supradicto pretium vobis componere promittimus; et que aput vos fuerit remelioratum vel factum edificium, sub estimationem pretii vobis restituamus, de colludio autem legibus vobis iuremus per dei misteria, et hanc cartula ut supra firme permaneat. quam te ursus notarius scribere rogavimus. actum salerno.

† ego lando

† ego potefrit

† ego qui supra dauferi

† ego magelpoto me subscripsi

† ego roderissi me subscripsi

† ego lademari

† ego waiferius.

CXXXVIII.

A. D. 920.

† In nomine domini vicesimo octabo hanno principatus domni nostri waimari principis et patricii filii domni waimari principis et patricii, mense september nona indictione. ideo que nos germani roderissi et audelassi fili cuidam cutoni de sicut per an cartula bindedimus tibi ursi filio adi una petia de terra nostra cum suis arboribus in locum silia, ubi propio nomen maurisculu bocatur; habentes finis de pede fine flubio pecentino, de uno latere fine de erede ingelprandi, de alio bero latere fine de herede aginoni gastaldei, quomodo limite discernid, de super capite fine de herede wandelferi, quomodo limite discernit. clauso isto, de quantum nobis pertinet de ragimperto gastaldeo qui fuit habio nostro, totum et integrum nos tibi nominati ursi benumdedimus possidendum cum bece de bia sua. unde pro ac nostra vinditione recepimus nos nominati roderissi et audelassi de te urso emtore nostro pro ista nostra vinditione auri tari sex; finitum est bero pretium in ea quidem ratione, ut amode et semper ahabere baleatis. es qua repromictimus et obligamus nos et nostris heredibus tibi nominati ursi quam et at tuis heredibus, ut eaque nostra vinditione nos bobis ab omnis omines inantistare et defensare; et quod aput vos fuerit remelioratum vel factum edificium in quabis parte, sup estimatione hominum pretium nos vobis restituamus, et de colludio bobis iuremus per dei misteria, qualiter lex fuerit. iterum, si uxor mea nominati roderissi et mea qui supra audelassi uxor in ista nostra vinditione intrare boluerit et sue rationi exinde tollere boluerit, alio tantum per apretiatum tolatis de rebus nostra in ipso locum silia, et an cartula binditionis in suprascripta ratione firma permaneat. quam te iohannes clericus et notarius an cartula scribere rogabimus. acto stricturia [1]) de mense.

† ego qui supra roderissi
† ego valentino subscripsi
† ego qui supra audelassi
† ego leo presbiter me subscripsi
† ego puso me subscripsi.

[1]) *Stricturia* vel *Paludicula*, prope Iufunium in finibus salernitanis.

CXXXIX.

A. D. 923.

Quum chartae huius anni vetustate fortasse corrosae et omnino perditae nulla nobis superessent vestigia, quale in membranarum indice invenimus, tale praebemus summarium.

† « Testamentum Bonae Cofinellae de Neapoli, quo legavit pro anima sua tremissem unum « ac tarenos auri sexdecim, dotes quoque suas et omnia bona mobilia distribuit.

« Mense Februario XI Indictione — V Anno Imperii Romani et Michaelis.

CXL.

A. D. 923.

† In nomine domini tricesimo primo anno principatus domni nostri waimarii principi et patricii filius domni waimarii principi et patricii, mense iulius undecima indictione. memoratorium factu a nobis iohannelgari monachus filius iohanni et ermengarda, qui fuit uxor mea, et iohannes clericus filium nostrum , et una noviscum adessent radoaldus filius cacconi advocatorem nostrum, de eo quod ante presentia arechiso gastaldeo aliosque noviliores homines ibidem astantibus, quibus subter scripti sunt, wadia nobis dedit iohannes presbiter et abbas rector ecclesie sancti maximi, et mediatorem nobis posuit ipsum nominatus radoaldus advocatorem nostrum; et per eadem wadia obligavit se suoque successores, qui pro tempore fuerit rector in ipsa ecclesia sancti maximi, tali ordine, ut amodo et cuntis diebus vite nostre annualiter temporibus suis lavorare et cultare inclita ipsa rebus nostra de locum agella, vel ubicumque de rebus nostra dominare potuerit, que nos modo per cartula offeruimus in ipsa ecclesia sancti maximi, et annualiter temporibus suis bindemiare et ipso binum ad palmentum, et omnes poma exinde et castanie et abellane medietatem nobis dare et medietatem sivi tollere, et que in ipsa rebus seminaberit, dare exinde nobis secundum consuetudinem de ipso locum, et qui de nos bibus fuerit, semper medietatem ipso frugium nobis dare diebus vite nostre, ut supra dictum est, et me nominatus iohannelgari monachus diebus vite mee defensare de ipso fenum domnicum, quod trahere debeo, et defendere me de omnis censum et angarias a partibus gastaldalem,

excepto ipso binum, que dare debemus in domnicum, de commune de ipsa rebus mea annualiter eas demus. et si nos exinde defensare non voluerit aud non potuerit, tunc ipse iohannes abbas aud eius successores disruppere nobis ipsa cartula offertionis, que modo de rebus nostra in ipsa ecclesia emisimus, et rebus ipsa in integrum retdere ad nostra potestate, sicut de primitus fuit, ad faciendum exinde quod voluerimus; et si taliter, ut superius legitur, nobis non adimpleberit, componere per ipsa wadia nobis obligavit se suoque successores decem solidos costantinos, et omnia, ut supra dictum est, per inbitis nobis complire.

† ego theodericus notarius interfui et hunc brebem scripsi

† ego qui supra arehisi me subscripsi

† ego radoaldo me subscripsi

† ego ursus notarius interfui

† ego iohannes presbiter interfui.

CXLI.

A. D. 923.

† In nomine domini tricesimo primo anno principatus domni nostri waimarii principi et patricii filius domni waimarii principi et patricii, mense iulius undecima indictione. ideo que nos iohannelgari monachus filius iohanni quam et ego ermengarda, qui fuit uxor eius, et una noviscum iohannes clericus filium nostrum, dum compulsi sumus dei omnipotentis misericordia quam et pro remedium salutis anime nostre, quod rebus nostra offerire volumus in ecclesia vocabulum sancti maximi de intus hanc salernitanam cibitatem, quod domnus waiferius princeps a nobo fundamine construxit, ubi nunc modo iohannes presbiter et abbas regimen tenere videntur, sic benimus ante presentia arechiso gastaldeo et ante alios noviliores homines ibidem astantibus, et vone nostre voluntati pro amore omnipotenti deo et pro salutis anime nostre per hanc cartula unanimiter parique consensum offeruimus in eadem ecclesia sancti maximi omnis rebus substantiis nostris, quod habere visi sumus nominatibe in locum agella vel per tota finibus nucerie et finibus stavianense; idest curtis, ortalis, territorie, arbustis, castanieta, quertieta, campis et silbis, pratis, pascuis et aquis, finis et biis, monte quam et in plano, ubicumque de rebus nostra in quacumque loco fuerit inbentus, sive que nobis de angelus presbiter et abbas barbanem nostrum datum fuit, sive quod de supradicto genitorem nostrum, seu da sicha gene-

trice nostra seu et de aliis parentibus nostris nobis habere successi, seu et quod de nostrum paratum habemus, vel nobis undecumque pertinentes fuerit habere, in integrum trasactibus nomine et a funditus in eadem sancta ecclesia offeruimus: ego nominatus iohannelgari monachus inclita mea sortione, et ego nominata ermengarda totum ipsum meum morgincaput, et ego nominatus iohanne clericus totum ipso aliut, de quantum mihi legibus exinde habere pertinet. unde nec nobis nec cuiqua hominibus nihil restitit nec dicimus remanere sortiones, set, ut dictum est, in integrum in ipsa sancta ecclesia optulit possidendas; in ea ratione, ut amodo et semper in ipsa ecclesia permaneat potestatem dominandum, possidendum et lavorandum, et annualiter dare nobis exinde diebus vite nostre ad palmentum medietatem ipso binum, que ibidem fecerit, et medietatem abellane et castanie et medietate omnis poma exinde; et que annualiter ibidem seminaberit, dare exinde nobis secundum consuetudinem locis illius. et qui de nos de hac vita discesserit, unus alterius in ipso frugio nobis succedere debeamus, ut semper ipso frugium diebus vite nostre medietatem tollamus, ut superius legitur; et post nostrum obitum in ipsa ecclesia permaneat potestatem securo nomine habendi, dominandi, possidendi, faciendi omnia quod voluerit, sine omnis requisitione de nostris heredibus vel cuiqua hominibus; ea vero ratione obligamus nos et nostris heredibus in ipsa ecclesia sancti maximi et ad eius rectores, ut si de hec omnia, que superius legitur, de potestate ipsius ecclesie per qualecumque ratione tollere aud substrahere quesierimus, ad compositione siamus ibidem obligati ad componendum sexaginta solidos costantinos, et questio nostra modis omnibus exinde tacita et bacua remaneat. seu et wadia tivi nominato iohanni abbati dedimus, et nos ipsis nobis mediatores exivimus; et per eadem wadia obligamus nos et nostris heredibus, ut omnis monimen, qui de ipsa rebus fuerit pertinentes, vobis eas demus ad defensione ad semper habendum in ipsa ecclesia, et hanc cartula ut supra firma permaneat. quam te theodericus notarius uno tinore scribere rogavimus. actum salerno feliciter.

† ego qui supra arehisi me subscripsi
† ego radoaldo me subscripsi
† ego ursus notarius testis sum
† ego iohannes presbiter interfui
† ego adelhisi presbiter interfui.

CXLII.

A. D. 924.

† In nomine domini dei salvatoris ihesu cristi imperante domno constantino magno imperatore anno sextodecimo sed et romano et cristoforo eius filio magnis imperatoribus, anno tertio die prima mensis iulii indictione duodecima neapolis. Certum est nos iohanne humilem presbiterum custodem ecclesie veati archangeli michahelis, sita a foris sub muro publico regente porta nobense, et cuntas stauritas ipsius ecclesie, a presenti die venundedimus et tradidimus tivi iohanni clerico flolario [1]) filio quondam (*deest nomen*), idest locum terre, ubi tivi ad omnem tuum expendium sepulturia facere et habere debeas, sita foris porta ipsius ecclesie iuxta obsida [2]) sancti abba cyri et via publica, ut in tua tuisque heredibus sit potestate ividem corpuscula sepeliendi, et qualiter exinde facere volueritis, et per unumquoque corpusculu in suprascripta ecclesia luminaria pelsolbere debeatis; et neque a nobis predicto iohanne presbitero et iamdictis stauritas, neque a posteris nostris, nec a nobis personis summissis nullo tempore numquam tu iamdicto iohanne clerico flolario aut heredes tuis habeati ex ipsa sepulturia, quam in suprascripta terra feceritis, quacumque requisitione per nullu modum nec per summissis personis ha nunc et in perpetuis temporibus, propter quod exinde accepimus a te integram nostram sanationem, ut inter nobis convenit. si autem nos vel posteris nostris contra hanc chartulam venditionis, ut supra legitur, venire presumserimus per quolivet modum aut summissis personis, tunc componimus tivi tuisque heredibus auri solidos viginti quattuor bytianteos, et hec venditio, ut supra legitur, sit firma. Quam venditione a nobis facta petro scriptori discipulo domni leoni primarii scribendam rogavi die et indictione suprascripta duodecima.

† IOHANNES PRESBITER SUBSCRIPSI †

hoc signum manum suprascriptis stauritas quod ego qui suprascriptos hab eis rogatus pro eis subscripsi et suprascripta sanatione confessus sum percepisse †

† EGO PETRUS FILIUS DOMNI GREGORII ROGATUS A SUPRASCRIPTOS IOHANNE PRESBITERO ET TSAURITAS TESTI SUBSCRIPSI ET SUPRASCRIPTAS SANATIONE CONFESSUS PERCEPISSE †

† ΕΓΟ ΣΤΕΦΑΝΟΣ ΦΙΛΙΥΣ $\overline{\text{ΔΝ}}$ ΣΕΡΓΙ $\overline{\text{ΜΟΝ}}$ ΡΟΓΑΤΥΣ Α $\overline{\text{ΣΣΤΟ}}$· ΙΟΑΝΝΕ $\overline{\text{ΠΒΡ}}$ ΕΘ ΣΤΑΥΡΙΤΑΣ ΤΕΣΤΙ $\overline{\text{ΣΥΒ}}$ ΕΘ $\overline{\text{ΣΣΤΑ}}$ ΣΑΝΑΖΙΟΝΕ $\overline{\text{ΚΟΝΦ}}$ ΠΕΡΚΕΠΙΣΕ †

---

[1]) *Fiolario*, a *fiola* vel *phiala*, qui ampullas ferebat in sacrificio Missae, idest accolythus. (Deest in Du Cange).

[2]) *Osida*, pro *absides*.

(*Ego Stefanos filius domni Sergi monachi rogatus suprascripto Ioanne presbitero et stauritas testi subscripsi et suprascripta sanazione confessus percepise*)

† εγο ιω φιλιυσ δν γρεγορυ ρογατυσ α σστο ιοαννε πρεσβυτεροσ ετ σστο σταυριτοσ τεστι συβ εθ σστα σαναξιο κονφ περχεπισε †

(*ego ioannes filius domni gregorii rogatus a suprascripto ioanne presviteros et suprascripto stauritos testi subscripsi et suprascripta sanazio confessus percepise*)

† Ego Petrus notarius qui suprascriptorum post subscriptionem testium complevi et absolvi die et indictione per ista prima †

CXLIII.

A. D. 925.

† In nomine domini nostri ihesu cristi tertio anno imperii domni romano sanctissimo imperatori nostro, Mense nobember quartadecima indictione. Ideo que ego manso filius sebio ex civitate melfi [1]), Qualiter in predicta Civitate ante presentia petro clericus et iudex et de supscripti testes Coniunxit me pars bone Combenientie Cum iohanne germano meo et dibidimus inter nos rebus nostra, que fuit predicto genitori nostro; hoc sunt olibe et termiti, quod abemus in loco turris et in pertinentiis eius, unde et retradidit illius per sortionem medietatem de ipsa vinea cum omnia infra se abentem que se bocat de ipse pera, sic quomodo signaide [2]) posite sunt a pars maris, que abet finis; da prima pars a medie signaide petre ficte, est sortio mea qui supra manso; da secunda et tertia pars a mediis limitibus est vinee marco presbiter et aliquantulum tanget in campo, qui se bocat leoni; da quarta vero pars erga pariete pergit via publica. quam et retradidit tivi qui supra germanus meus omnes arbori de olibe et termiti per sortionem quanti nobis pertinent, qui sunt statuti in vinee de nepoti iohanne picculo absque uno oliaster et alia oliba, que est statuta in vinea muscato presbiteri filii sparari. in simul retradidit tivi qui supra iohanne germanus meus per sortionem inclita ipso pastinello [3]) de-

---

[1]) *Melfi*, et infra *Turris*, in Lucania.

[2]) *Signaide*, idem ac *sinadia*, incisio facta in arboribus ad limites designandos.

[3]) *Pastinello* et infra *Silbolina*, *Limitincello* et *Clausurella*, sunt nomina diminutiva, quae originem ducunt a vocibus *pastinum*, *silba*, *limes* et *clausura*.

sertino cum omnia infro se abentem et cum ipsi tres arbori de olibe, qui sunt statuti erga ipsa via in capite de vinea filii pandolfi; et indicamus finis ad iamdicto pastinello; da prima pars a medio limite sunt vineali cum olibe de nepoti stefani presbiteri; da secunda pars erga iamdicta via a medio pariete est vinee predicti filii pandolfi; da tertia pars a medio limite est silbolina iohanne filio lepore de civitate iubenacie [1]; da quarta vero pars a media fenestra iterum est desertina maiorano filio musandi cum una oliba maiore, que est statuta in vineale iam nominati nepoti stefani presbiteri et cum toti arbori de olibe, qui sunt statuti in ipso limitincello; in capite de eamdem desertina de maiorano filio musando et cum alia oliba, quod abemus in ipse fracte, qui est statuto in campo de iohanne de civitate bari. similiter retradidit tivi qui supra germanus meus per sortionem toti ipsi termiti et ensete, quod abemus in ipso campo de gondari, a capite de ipsi arbori maiori, qui da te qui supra germanus meus michi per sortionem benit et cum una oliba, que est statuta in campo de filii balzami clerici; quam et retradidit tivi qui supra germanus meus per sortionem de illut, quod tu qui supra dibidisti; unde et retrado tivi sortionem de ipsa clausurella de ipsa strata, sic quomodo signaide posite sunt a pede de ipsa trofa [2]), que est statuta in ipsa predicta strata et recte pergit per ipse signaide de ipsa silbolina usque in ipso parie de ipso fundo de atreperto, qui se bocat in pars hoccidentis, et cum ipsa curte que ibi est statuta, et cum omnia infro se abentes. Unde et pono finis ad eamdem sortionem tua qui supra germanus meus; da prima pars a medie signaide petre ficte est sortio mea, qui supra germano tuo, quod a te qui supra michi per sortionem benit; da secunda pars a medio pariete est iamdicto fundo, qui se bocat de treperto; da tertia pars a medio pariete et a medio limite, quomodo recte pergit usque in iamdicta strata, est curte nepoti garami magistri et ipsa clausurea maria ancilla dei et clausurea, que fuit iamdicti garami magistri; da quarta vero pars a medio pariete erga ipsa nominata strata est vineale, qui se bocat madelberti, et aliquantulum tanget in clausurea cladi filii petri. Infra hos namque finis, qualiter prelegitur, tivi qui supra germanus meus per sortionem tradidit una cum inferius superiusque suis, cum trasitis et exitis suis usque in via publica et cum omnia infro se abentem, quantum nobis pertinet, sicut diximus, tivi qui supra iohanne germanus meus trasactibe per sortionem tradidit. Unde et per eadem combenientia que combenit inter nos, bona quidem boluntate guadia tivi qui supra germanus meus dedi, et mediatorem tivi posuit pando filium ursi ex eadem civitate, eam ratione, ut si aliquando ad-

---

[1]) *Iubenacia* vel *Invenitia*, hodie Giovinazzo in terra Barensi; temporibus Strabonis nuncupabatur *Netio* vel *Castrum Natii*.

[2]) *Trofa* idem ac *tropia*, *signum*.

benientis tempore ego qui supra manso vel meos eredes remobere aut contrare illut tivi qui supra germanus meus tuique eredibus boluerimus, aut si mensuram ibidem traere aut adequationem ibidem ponere, aut si aliter illut dividere boluerimus, obligata pena supiaceamus dare tivi qui supra germanus meus tuique eredibus quinquaginta solidos constantinos, et in antea ipse sortionis stavilis sint inter nos omni tempore per invitis. Et quam enim cartula divisionis in supradicta ratione semper sit firma et stavilis permaneat, quam te Urso Archidiacono et notario taliter scribere rogavimus intus in predicta civitate. Acto Mense et indictione nominata.

† Ego qui supra petro clericus et Iudex

† singnu propie manu qui supra mansu qui hoc egit

† εγο μανζο μαρτηρον απεγραψα

† ego dumnello teste

† ego benedicto.

CXLIV.

A. D. 926.

† In nomine domini tricesimo quarto anno principatus domni nostri waimarii principis filius domni waimarii principis, mense nobember quintadecima indictione. ideo que ego rodelgardus filius geronimi dum conpulsus sum dei omnipotentis misericordia, quam et pro remedium salutis anime mee et ipsius genitori meo optulit deo et in ecclesia sancti maximi, quem domnus waiferius princeps edificavi, ubi nunc modo iohannes presbiter et abbas regimen tenere videntur, tota et inclita rem meam, quod habeo infra flubio syler et flubio calore [1]) et infra loca qui dicitur ielasana et pressanu [2]), idest curtis, ortalis, bineis, binealis, pratis, pascuis et aquis, campis et silbis cum integris parietibus, qui ferunt de ipse casis et sedimen suam et sortionem nostram de ipsa ecclesia qui ibidem fundata est. ideo quomodocumque infra ipsa predicta flubia syler et calore et infra ipsa nominata loca ielessana et pressanu mihi pertinentes fuerit de genitorem meum, totum in integrum cum finis et biis

---

[1]) *Syler* et *Calore*, hodie *Sele* et *Calore* in finibus salernitanis.

[2]) *Ielasana* et *Pressanu* (hodie Persano), terrae in agro pestano.

suis et cum omni pertinentia sua in eadem sancta ecclesia sancti maximi offeruit; in ea ratione, ut amodo et deinceps pars ipsius ecclesie omni tempore securo nomine sivi habere et possidere, et omnia exinde facere rectores ipsius ecclesie iuxta legem, quod voluerint. ea vero ratione obligo me qui supra rodelgardus et meis eredibus in ipsa predicta ecclesia et ad eius rectores omnia, ut superius legitur, ibidem defensandum da omnis homines; et si nolueri-mus aut non potuerimus eos defensare, aut si nos ipsis forsitans per quavis modis remobere aut retornare quesierimus, ante omnia questio nostra modis omnibus taciti et bacui maneamus, et ad compositione siamus nos et nostris eredibus obligati ad componendum in ipsa ecclesia biginti solidos costantinos et per invitis eos ibidem defensemus, ut supra dictum est. et tali ordine te ursus notarius scribere rogavimus. actum salerno.

† ego qui supra rodelgardus me subscripsi

† ego petrus clericus me subscripsi

† ego waiferi.

A tergo *huius chartae ita scriptum est* »

Iste ieronimus frater fuit madelmi de singulis germanis nati fuerunt, ieronimus pater fuit rodelgardi qui offeruit; madelmo autem avius maraldi equaliter devent dividere cum ecclesia ista res.

CXLV.

A. D. 927.

† In nomine domini tricesimo quinto anno principatus domni nostri waimarii principis, mense ianuarius quintadecima indictione. memoratorium factu a me iohannelgari filius iohanni, de eo quod ante vonorum homines, quibus subter scripti sunt, dedit siconi filius sichelgari tres solidos costantinos ad sibi habendum. propterea wadia mihi ipse sico dedit et ipse sibi mediator exibit, eo ordine, ut hamodo et usque ad decem anni completi ipse quidem sico aut eius here-des non querad tollere de meam potestatem omnis rebus sua, quod abent in locu iobi finibus sa-lernitanis, set licead me et meis heredibus ipso tenere et dominare, et laborare et cultare de su-per et de subto, sicut locus ipse meruerit ut vene paread laboratum, et annualiter ipso binum et omnis frugens exinde totum licead nos exinde tollere et habere ad nostram potestatem, et usque ad ipsi decem anni in omnibus eos nobis defensare da omnis homines; et si noluerint eos nobis de-

fensare, vel si ante ipso constitutum de nostra potestate eos tollere aut contrare quesierint, componere se suoque herede obligavit per ipsa wadia decem solidos costantinos et per inbitis eos nobis defensare, ut supra dictum est. ego iohannes notarius interfui et hunc brebem scripsi.

† ego ursus notarius interfui

† ego theodoricus notarius interfui

† ego gaidenardu

† ego theodelgrimus notarius interfui.

CXLVI.

A. D. 927.

Quum chartae huius anni vetustate corrosae et omnino perditae nulla nobis supersint vestigia, eiusdem praebemus summarium.

† « Instrumentum sententiae iudicis publici civitatis Neapolis de quodam atrio domus in « Platea, quae dicitur Furcillensis, cum furno et lavacro ibidem constructis communiter possiden- « dis inter Domnum Iohannem Boccaboccia et Mauram uxorem Domni Petri Magistri Sergii, ac « Mauram uxorem Domni Stephani cognomento Cintruto uterinas sorores illius, poena invicem « imposita. Mense Aprili XV Indictione — IX Anno imperii Constantini Porfirogeniti.

CXLVII.

A. D. 927.

† In nomine domini tricesimo quinto anno principatus domni nostri waimarii principis filius domni waimarii principis, mense maius quintadecima indictione. ideo que ego arechisi filius leoni salbie, clarefacio me habere rebus in locum campiliano salernitane finibus, quod mihi habere pertinet da castelmannus filius castelei pro ipsi decem et nobem solidis de dinarios, quod ego eidem castelmanni dedit, ut exinde dare nobis in bindemie binum mundum sine aquas hic salerno tractorie sex; et per scriptum abposuit et obligavit nobis tota et integra curte sua de locum cam-

piliano salernitane finibus, ut si in ipso constitutum ipso binum nobis non dederit, ut nos et nostris heredibus curte ipsa securiter haberemus et faceremus exinde omnia, que nobis placuerit. et ideo, neque ipsi solidi neque ipso binum nobis non dedit, et secundum testum ipsius scripti curte ipsa ad nostram pervenit potestatem; modo vero, sicuti nobis congruum esse videtur, per hanc cartula venumdedimus tivi wilielmi filius teodini tota et integra ipsa curte cum suis pertinentiis de ex eodem loco campiliano, qui est terra bacuum et silba uno tenientem, sicut per ipso scriptum da ipso castelmannus nobis obligatum fuit. ideo, sicut ipse scriptum curte ipsa cum suis pertinentiis est continentem, in integrum eas tivi nominato wilielmi benumdedimus, unde nec nobis nec cuiqua hominibus nihil restitit nec dicimus remanere sortionem. et pro confirmandam et staviliscendam hanc nostra bindictione a presentis recepimus a te nominatus entorem nostrum statutum pretium, idest auri tari quattuor; finitoque vero pretium aput nos ea ratione, ut a presenti die et im perpetuis temporibus tu prenominatus wilielmus quam et tuis heredibus, seu cui per vos aut vestris heredibus datum paruerit, predicta nostra bindictione securo nomine habere et possidere baleatis et faciatis, quid bolueritis. ex qua repromittimus, et obligamus nos qui supra arechisi et nostris heredibus tivi nominato wilielmi quam et ad tuis heredibus, ut si eaque nostra bindictione, ut superius scriptum est, per nos in aliis modis datum aut obligatum paruerit, vel si per nos ipsis eos vobis tollere aut contrare seu remobere quesierimus, ante omnia questio nostra adversus vos siant bacua et inanis, et ad compositione siamus nos et nostris heredibus obligati ad componendum vobis et ad vestris heredibus decem solidos costantinos et per imvitis eos vobis defensemus, cui per nos exinde datum aut obligatum paruerit: de aliis vero hominibus, qui boviscum exinde causaverint, et nos aut nostris heredibus vobis vel ad vestris heredibus eos defensare non potuerimus, unde ausi fuerimus vobis iurare, ut nostrum non esse colludio, nullatinus amplius nos exinde queratis habere defensores, set pro vestra perpetua securitatem ipsum scriptum, qualiter curte ipsa nobis est pertinentem, vobis illum ad defensione ad semper habendum dedimus, tali ordine, ut liceat vos vel vestris heredibus, seu cui per vos datum paruerit, vice nostra cum ipso scriptum causare et rebus ipsas vobis defensare per vos ipsis. preter, ut diximus, si per veram legem curte ipsa perdideritis, et nos aut nostris heredibus ausi fuerimus vobis iurare, ut nostrum non esse colludio, tunc retdamus vobis aut vestris heredibus nos aut nostris heredibus quattuor tari, sicut nobis modo dedistis, et restauremus vobis per estimationem omnis hedificium vel laborationem, quod in ipsa curte feceritis, et soliti [1]) exinde maneamus. et tali ordine te theodelgrimus notarius scribere rogavimus. actum salerno.

---

[1]) *Soliti*, scilicet *soluti*.

† ego lupeni teste subscripsi
† ego iohannes teste subscripsi
† ego radelgardo.

CXLVIII.

A. D. 928.

† In nomine domini trigesimo sesto anno principatus domni nostri guaimari principis filius domni guaimari principis mense. . . . . prima indictione. dum resideremus nos guaiferius et petrus gastaldei in locum nuceria nostrum gastaldatum, et ibi. . . . . nostris presentiis coniunti sunt in contentiones benedictus et grimo glerici germani filii radelgrimi cum grimpertus filio cumperti et cum ioccardus filio (*deest nomen*) propter causationibus, que inter se abuerunt de rebus de locum decemmari et a supra masciano [1]) de ista et illa pars foce de predicto locum decemmari, ubi plagarie sunt; unde de ante os tempore ante presentia meaque petri inter se fuerunt guadiati per partes plicandum se bice sua et de germanis et consortes suos cum suis rationibus et secundum legem inter se exinde finem facere; modo autem in die, que inter se posuerunt constitutum, ante nostris presentiis per partes sunt se plicati inde finem faciendum . . . . perreximus, et per ipsi nominati benedictus et grimo clerici et per partes ostederunt monimina ipsa, quod ipsi benedictus et grimo clerici ostederunt: erat per numerum inter cartule et brebri numerum quinque, et manifestaberunt plus monimen inde non abere; et ipse grimpertus et ioccardus bice sua et de alii germani et consortes suos hostederunt inter brebri et iudicata quindecim et cartule numerum quadraginta, que erat continentes de decemmari et cemmarola et airole et de balneara. qui statim ibique presens super ipsa rebus de decemmari incipierunt relegere ipsa monimen, quas ostederunt ipse benedictus et grimo clerici, et non erat continente per finis de ipsa rebus ipsa monimina, quod ipsi nominati grimpertus et ioccardus ostederunt. prima cartula erat continente: de anno sexto domni sichardi mense magius indictione prima; leo atrianense filius romani benumdederat quarniperti filio aliperti terra cum arbustu bitatu et quem abuerat in decemmari erga foce cum plagarie, que concessam habuerat a supradicta potestatis per finis, de

---

([1] *Decemmari*, *Masciano*, *Cemmarola*, *Airole*, *Balneara*, terrae intra Cavam et Nuceriam positae.

uno latu et uno capite fine bia que deducit ad fine de saranianisi [1]) et fontana biba [2]), de alio latu et alio capu coniuntum cum ipsum emtorem ad fine, et aliut continebat ipsa cartula: scripta erat per manum ursi notarii actu nuceria, et signum manus supradicti leoni ibi posita erat et raborata sufficienter. secunda cartula continebat: sexto anno domni siconolfi principis mense iunio indictio hoctaba; guarnefreda filia quondam gumeperti abitator in airole benumdederat guarniperto filio aliperti terra sua cum castanietum et quertietum integra sorte sua et adelberti germano suo, quod ipse genitor eorum per cartulam emtum abuerat da neurillu et prandulu et mauru et da lupelchis, que sunt pecie due in locum qui dicitur supter foce, sicut descendit per medio ribus, et ista cartula ec finis decernit; prima pecia de tribus partibus fine ipsius emtori et uno capu fine bia pulbica; ipsa alia pecia ubi argilla bocatur abentes finis, de uno latu fine terra sancti benedicti, alio capu, fine terra domnica, et de alio latu fine ipsius binditori, alio latu fine guarniperti quod est a capu et aliut continebat: ipsa cartula scripta erat per manu barbati notarii et roborata sufficienter. et dum boluerunt plus de ipsa sua monimina relegere, ipse grimpertus et iocardus interrogabimus ipsum benedictus et grimo clerici, si abere alia monimen aut testimonia, quomodo potuerit facere de ipsa rebus de decemmari et cemmarola et airole et balbeara suas pertinentes; illi autem manifestaberunt plus monimen inde non abere, nec per testimonia talia facere non potere. iterum interrogabimus ipsi nominati grimpertus et ioccardus, si potuerit facere per tistimonia, qualiter supradicta rebus, que supradicte cartule continunt, per ipse finis illut dominasset; illi autem ibique presens per tistimonia parati erat per sacramentum illut firmare, ut per triginta annos illut tenuisset et dominasset per supradicta sua monimina. nos superius dictus petrus et guaiferius taliter inde bidimus parati illis cum ipsa testimonia et ipsa monimina ipsorum grimperti et ioccardi agnobimus, ut inde esset cognita de ssupradicta rebus per iamdicte finis, et inbenimus illis ibi residentes, inter eis iudicabimus et per parte illis guadiare fecimus, ut ipsi nominati grimpertus et ioccardus bice sua et de germanos et consortes suos secundum legem iurare, ut per triginta annos rebus ipsa per ipse finis, quem ipsa eorum monimina continet, dominasset et possedisset; et hubi taliter inde iuraberit, securo nomine rebus ipsa sibi cum ipsi suos germani et consortes suos abere absque omni requisitione ipsorum benedicti et grimi clerici et de ipsi sui germani et consortes et de heredes eorum. post hoc factum, in die constitutum ipsi nominati grimpertus et ioccardus ante nostris presentiis cum duodecim sacramentales suos sunt se plicati, et per ipsi nominati benedictus et grimo clerici parata est sancta dei evvangelia, et antequam inde sacramentum esset datum, acta est inter eis conbe-

---

[1]) *Saranianisi* habitatores Saraniani, nunc *Saragnano* civitas in finibus salernitanis.

[2]) *Fontana biba* vel *viva*, idest fons, de qua semper aqua manat.

nientia, et ipsi benedictus et grimo clerici donaberunt eorum ipsum sacramentum et receperat pro exinde iusta legem launegilt camiso unu, et ipsi nominati grimpertus et ioccardus manifestaberunt ipsorum benedicti et grimi clerici bice sua et bice de ipsi germani et consortes suos de medio ipso ribus et inde ascendente et coniungente in bia et per ipsa bia pergente et trabersante ipsa foce, ubi ipse plagarie sunt, et inde pergente et coniungente in fontana hab inde autem in foras in partibus septemtrionalis, ut aliquando nulle calumnie aut causationes heorum inde emittere per qualecumque ratione nec a germanis vel ad consortes eorum; et ipsi nominati benedictus et grimo clerici bice sua et de germarnis et consortes suos manifestaberunt ipsorum grimperti et ioccardi vice illorum et de germanis et consortes eorum im partibus meridie per finis, de una parte fine medio ipso ribus, et ascendente per medio ipso ribus et coniungente in ipsa bia et per ipsa bia pergente et coniungente in foce ipsa de decemari et rebolbente ipsa bia in partibus orientis per fine de saranianisi ominibus, et exiente in alia foce, ubi ipsa fontana est de aqua biba, et saliente per ipsa foce de ipsa fontana usque ad toru rotundu, a pars meridie fine alio medio ribus qui descendit in ipso locum airole, de supter parte fine ipsorum grimperti et ioccardi et de consortes eorum, et inde exiente in bia, que se reconiungit in ipso ribus qui est priore fines. ideo per iste finis ipsi nominati benedictus et grimo clerici bice sua et de germanis et consortes suos se manifestaberunt ipsorum grimperti et ioccardi, ut aliquando nec per testes aut per monimen nec per nulla ratione cum illis aut cum consortes eorum vel cum eorum eredibus causare aut contendere non potere, et bolumtarie sue guadia ipsi nominati benedictus et grimo clerici ipsorum grimperti et ioccardi dederunt, et mediatorem eorum posuerunt machenolfus filius richardi; et obligaberunt se ipsi nominati benedictus et grimo clerici bice sua et de ipsi consortes suos, ut si aliquando quomodocumque per qualecumque ratione cum ipsi nominati grimpertus et ioccardus et cum ipsi eorum consortes causare presumserit per qualecumque ratione, tunc per ipsa guadia obligaberunt se et suis eredibus componere ipsorum grimperti et ioccardi et ad eorum eredes, seu cui hunc scriptum in manum paruerit, quinquaginta aureos solidos costantinos, et omni tempore aput illis per inbitis taciti inde manere, et isti grimpertus et ioccardus retinunt istum scriptum, et aliut tale aput se ipsi nominati benedictus et grimo clerici retinunt. et pro securitate ipsorum grimperti et ioccardi et de ipsi consortes et de eorum eredes unc nostrum diffinitionis emisimus iudicatum, quod tibi gaidenardo clerico et notario scribere fecimus, qui interfuisti.

† ego qui supra waiferius

† ego qui supra petrus.

CXLIX.

A. D. 928.

† In nomine domini tricesimo sexto anno principatus domni nostri waimarii principis filius domni waimarii principis, mense augustus prima indictione. ideo que ego mulier nomine imelsenda religiosa femina filia cuiusdam madelmi relicta quondam dauferii gastaldi, dum a gravissima infirmitate preoccupata sum, tamen pleniter profiteor mihi habere tota mentem et recte loqui baleo, volo pro meis salutis anime libertare unum servum meum nomine iohannes filius iohannelgari, et ut firmam ei libertatem permaneat, postulavit dauferius et maio dilecti filii mei, ut mihi consentiens esse hec perficiendum libertate; et ideo ab ipsi dilecti filiis meis sum exaudita et ante subscripti novilibus mihi consentiens fuerunt et pro stavilitatem una mecum . . . . suis manibus posuerunt. interea ego nominata imelsenda per consensum predictorum filiis meis pro remedium salutis anime mee per hanc cartula te nominatus iohannes liberum absolutum constituimus cum omnis tuo iuxto conquisitum; in ea ratione, ut amodo et semper liberum absolutum permaneatis inter omnes liberi hominibus ubicumque volueritis, et neque a nos superius nominati imelsenda, neque ab ipsi filii mei, neque a nostris heredibus, neque a nullusquemquam hominibus habeatis aliquando aliqua requisitionem aud reprehensionem a partibus iugo servitutis, set im perpetuis temporibus liberum absolutum permaneatis, et vestrum conquisitum firmiter habere et possidere baleatis. preter hoc, volumus, ut dum tu nominatus iohannes infra terra salernitana havitantes fueritis, non habeatis potestate te apprehendere aud habere alium seniorem, nisi salba tua libertate meis heredibus habeatis seniorem. et tali ordine te theodericus notarius scribere rogavimus. actum salerno.

† ego qui supra dauferi

† ego qui supra maio

† ego truppoald

† ego roderissi me subscripsi

† ego aghenardus

† ego roderocho.

CL.

A. D. 930.

† In nomine domini tricesimo octavo anno principatus domni nostri waimarii principi filius domni waimarii principi, mense aprilis tertia indictione. ideo que nos ermetancus filius imetanci et ursus presbiter rector ecclesie sancti angeli, quem adelaita abia meaque ermetanci construxit in curte sua intus hanc nobam salernitanam cibitatem, clarefacimus nos partibus ipsius ecclesie habere una pecia de terra cum arbustis in locum nuceria ubi ad pratu dicitur, quem congruum nobis est bindere et in aliquantum restaurare exinde de casis eidem ecclesie, qui ceciderunt; ex quo per plures homines divulgare fecimus, ut inbeneremus qui eos emant. et nunc autem venerunt ad nos quedam frampertus et madelfrid germani filii godelperti qui dixerunt, ut si terra ipsa eorum dederimus, dare exinde nobis septem auri tari. nos enim talia agnoscente, et non potuimus inbenire hominem, qui tantum pretium nobis inde dare volere [1]), comparuit nobis terra ipsa cum arbustis dare, eo quod modo deserta est et absque ullo offectum ea possidemus, et recipere exinde ipsi septem auri tari, unde aliquotiens perficere valeamus de restaurationem casis ipsius ecclesie. interea nos superius memorati ermetancus una mecum ipse ursus presbiter vone nostre volumtatis ante presentia petri diaconi et iudici ceterorum subscriptorum testium per hanc cartula et per vona combenientia tradidimus vobis nominati framperti et madelfrid ipsa predicta pecia de terra cum arbustis de ex eodem loco nuceria ubi ad pratu dicitur; habentes finis de uno latere et de uno capite fine vestra qui supra germani, de alio latere fine alphani comitis filius landenolfi, de alio capite fine waiferii comitis et pertange ad fine vestra. hec vero terra cum arbustis, qualiter superius finis posite sunt, totum in integrum cum omnis arboribus suis et cum omnia infra se habentibus et cum vice de bia sua trasactibus nomine et a funditus eos vobis nominati framperti et madelfrid tradidimus, unde nec nobis nec cuiqua hominibus nichil exinde restitit aud dicimus remanere sortionem. et pro confirmandam et staviliscendam hanc nostra combenientia, a presentis recepimus a vos nominati frampertus et madelfrid ipsi septem auri tari voni, sicut inter nos combenit: finitoque vero nostra tradictione ea ratione, ut nunc a presenti die et im perpetuis temporibus vos nominati germani et vestris heredibus predicta nostra tradictione securo nomine habere et possidere valeatis et faciatis, quod volueritis. ex qua repromittimus, et obligamus nos superius memorati ermetancus et meis heredibus et ursus presbi-

[1]) *Volere*, vox vulgaris, *velle*.

ter et nostris successoribus vobis nominati framperti et madelfrid et ad vestris heredibus eaque, nostra tradictione nos vobis ab omnis homines inantistare et defensare promittimus. quit si minime potuerimus, aud si nos ipsi forsitans per quavis modis remobere aud retornare quesierimus, tunc nos et nostris heredibus et nostris successoribus obligati maneamus ad componendum vobis et ad vestris heredibus biginti auri solidos costantinos. et tali tinore te theodericus notarius scribere rogavimus. actu salerno.

† ego qui supra ursus presbiter

† ego qui supra ermetancus

† ego qui supra petrus me subscripsi

† ego ursus notarius testis sum.

CLI.

A. D. 932.

† In nomine domini quadragesimo anno principatus domni nostri guaimarii principi filius domni guaimarii principi, mense augustus quinta indictione. memoratorium factu a me guido comes filius supradicti domni guaimarii priori principis, de quibus ante subscripti testes wadia mihi dedit ursu, qui fuit natibus grecorum fines, et ipse sivì mediator exivi, eo tinore, ut amodo et dum nostra fuerit bolumtas, ipse quidem ursus residere et abitare in ipsum ortalem meum et in ipsa casa que ibidem posita est, que est erga ipso castellum de lauri [1]) et est pertinentes de ipso fundum, quod ego comparatum abeo da hominibus neapolitani, qui vocantur calbusi; qui avet finis de uno latere fine bia pulbica que pergis ad ipso castellum, et de alio capite fine. . . . . . . qui de ipsa fenestra de ipso muro dixcurent et perconiungente se ad ipsa bia, de alio vero latere fine ipso muro de ipso castellum, et de alio capite fine, sicut ipsa pila de ipsa turre noba discerni, et exiente ad ipsa bia. hec vero clausum, qualiter superius finis posite sunt, ipse quidem ursus ibidem residere et abitare et eos lavorare, et omnis frugens liceat eum exinde tollere et avere ad suam potestatem, et dare exinde nobis annualiter censum per natibitas domini gallina una, et in pasca domini similiter gallina una; et nos omni tempore liceat per ipso ortalem biam avere homines nostros ad ingrediendum et regrediendum usque ad ipsa dulia no-

[1]) *Lauris*, casalis in Cilento.

stra, quam ego ibidem orbitam aveo, et de ipso alium foras ipse finis at meam ipso reservo potestatem. et si taliter omnia, ut superius legitur, ipse quidem ursus mihi et ad meis heredibus non adimpleverit, componere nobis se obligavit decem solidos constantinos et omnia ut supra, per inbitis nobis complire, et ad pignerandum nobis apposui omnis pingnera sua legitimam et inlegitimam prindere et tenere, donec ut supra nobis compleant iuxtitia.

† ego alderissi notarius interfui et hunc brebem scripsi.

† ego andreas

† ego gaido

† ego liodelgardu

† ego ioannes.

CLII.

A. D. 932.

Huius chartae ex omni parte tineis erosae summarium praebemus.

† « Quadragesimo anno principatus domni waimarii, mense augusto quinta indictione. Tra-
« dictio sexdecim tanenorum auri facta Magelgardo filio Gaidemarii a Iohannelgario Atrianensi
« filio Iohannis; completo tamen anno uno, illos restituat et det in proximis vindemiis quinque
« salmas vini mundi, pignorando res suas ob securitatem restitutionis; et interea, si ipse Ma-
« gelgardus nequeat neque vendere neque donare illas, si suis necessitatibus ad vendendas eas
« compulsus fuerit, alicui non possit, sed tantum ipsi Iohannelgario Atrianensi eas vendat *iuxta*
« *pretium quod per bonos homines fuerit adpretiatum*. Et Ursus notarius et presbyter interfuit
« et hoc instrumentum scripsit.

Firmae testium.

† ego iohannes clericus

† ego ademari

† ego audoaldo

† ego aimo.

CLIII.

A. D. 933.

† In nomine domini quadragesimo primo anno principatus domni nostri guaimarii principi et primo anno principatus domni gisulfi eius filii, mense september septima indictione. ideo que ego talaricus filius ursi declaro, quod per subccessionem a parte ingnelgarde genetricis mee, que fuit filia ingnelprandi notarii, mihi abere successi rebus eius, inter quos inde abeo una pecia de terra in locum silia finibus salernitanis; et congruum est mihi ipsos bindere, de qua hob rem postulabi ipso ursus genitorem meum, ut in ac bindictionem mihi consentiens esse. ideo ab ipso genitorem meum sum exauditus et mihi largietatem tribuit eadem terra bindendum guidoni comiti filius vone recordationis domni guaimarii principis, et pro stabilitatem una mecum in ac cartula suis manibus posui. interea ego superius nominatus talaricus ante presentia petri diaconi et iudici et ceterorum bonorum homines ibidem astantibus, sicut mihi congruum esse bidetur, per hanc cartula benumdedit tibi nominato guidoni comiti predicta pecia de terra in eodem loco silea, que, ut dixi, ab ipsa genetrice mea mihi abere successi; abentes finis, de una parte fine de filii rodelgrimi, de alia quidem parte fine tuaque guidoni comiti coniuntum est, quod comparatum abetis da adelchisi filius alboin et da uxore eius, alia quidem parte fine bia pulbica, alia igitur parte fine flubio pecentino. hec vero clausum, qualiter superius finis posite sunt, medietatem in integrum trasactibus nomine et a funditus tibi nominato guidoni benumdedimus cum proprie finis et bice de bia sua et cum omnia imfra se abentibus; reliqua autem medietatem de ipso clausum reserbo ad potestatem prenominati ursi genitori meo. his peractis, et ego gomeltruda, que sum uxor istius talarici, quartam partem profiteor me abere sortionem in ipsa medietatem terra, quod ipse vir meus superius benumdedit pertinentes mihi per ipsum meum morgincaput emissum mihi ab ipso viro meus alio die nostre copulationis; et congruum est mihi ipsa quarta mea exinde bindendum, sic exinde fecit notitiam radelchisi clerico genitori meo et rottelferi et arechisi fratribus meis, ut in ac bindictionem mihi çonsentiens esse. et ideo ab ipso prenominatus genitorem et fratribus meis sum exaudita et iuxta legem ab ipso petrus diaconus et iudicem diligenter sum interrogata vel imquisita, ne forte aliqua biolentia esset patibula ab ipso biro meus aut a quacumque hominem; in eius presentia manifesta sum, spontanea mea esset bona bolumtate ipsa quarta mea exinde bindendum, quorum ipse nominatus genitor meus et predicti fratribus meis mihi consentiens fuerunt, et pro stabilitate una mecum in ac cartula suis manibus posuerunt. et per notum et absolutionem ipsius iudici et una mecum ipse bir meus et per

largietatem ipsius ursi socero meus per hanc cartula benumdedimus tibi nominato guidoni comiti ipsa quarta mea, quod ego legibus tollere debeo de supradicta terra, quod ipse nominatus bir meus superius tibi benumdedi cum finis et bice de bia sua. et pro confirmandam et staviliscendam hanc nostram bindictionem, nuc a presentis recepimus da te nominatus guidonem comitem emtorem nostrum statutum pretium: ego nominatus talaricus sex auri solidos costantinos, et ego nominata gomeltruda pro ipsa quarta mea recepit duo auri solidos costantinos; finitoque bero pretium aput nos ea vero rationem, ut a presenti die et im perpetuis temporibus tu nominatus guido quam et tuis heredibus predicta nostra bindictionem, ut superius scriptum est, securo nomine abere et possidere baleatis et faciatis, quod bolueritis. ex qua repromittimus et hobligamus nos superius binditores et nostris heredibus tibi nominato guidoni comiti quam et ad tuis heredibus, ut eaque nostra bindictionem nos vobis ab omnis homines inantistare et defensare promittimus. quit si minime potuerimus aut noluerimus eos vobis defensare, aut si nos ipsi forsitans per quavis modis remobere aut retornare quesierimus, ante omnia questio nostra tacita et bacua remaneat, et duplum supradicto pretium vobis componere promittimus; et que aput vos fuerit remelioratum vel factum hedificium, sub estimationem pretii vobis restituamus, de colludio autem legibus vobis iuremus per dei misteria. et tali ordine te alderissi notarium scribere rogavimus. actum salerno.

† ego ursus notarius testis sum

† ego qui supra petrus me subscripsi

† ego autari

† ego wisenolfus.

CLIV.

A. D. 933.

† In nomine domini quadragesimo primo anno principatus domni nostri guaimarii principi et primo anno domni gisulfi principi filio eius, mense nobember septima indictione. ideo que ego adelpertus, qui cicero bocatur filius adelberti, dum mihi te maria filiam adelberti ad meo sociabit coniugio, tunc in alia die nuptiarum ante parentes et amicos nostros per hunc scriptum morgincaput secundum ritus gentis nostre langobardorum comfirmo adque tradidit tibi nominate marie uxori mee quarta enim partem ex omnibus rebus substantiis meis, idest casis et intrinse-

cus casis, territorie, arbusta, bineis, castanieta, quertieta, campis et silbis, mobile adque immobile, peculia, idest de omnia et in omnibus, que nuc modo abeo vel quod in antea parare aut comquidere potuerimus, de totum tibi nominate marie uxori mee quartam partem tradidit, sub eam bidelicet rationem; ut ab odiernum diem at tua que supra uxori mee sint potestatem iuxta legem faciendum, quod bolueritis, et neque a me superius adelpertus biro tuo neque a nostris heredibus neque a nullum quemquam hominibus abeatis exinde aliquando aliqua requisitionem, set im perpetuis temporibus securo nomine abere et possidere baleatis, quod vero scriptum morgincaput in eo ordine firmum permaneat. quam te alderissi notarium scribere rogavimus. actum salerno.

† ego ursus presbiter

† ego voso clericus

† ego iaquintus

† ego ademari clericus.

CLV.

A. D. 934.

† In nomine domini anno quadragesimo secundo principatus domni nostri waimarii principi et primo anno principatus domni gisolfi filio eius, mense februarius septima indictione. memoratorium factu a nobis aghenardus filius quondam audelassi et audelassi nepotem meum filius roderissi, eo quod ante presentia petri diaconi et iudici aliosque subscripti novilibus coniuncti sumus cum arechis filius rodelgrimi super ipsa terra cum verdiareum de intus hanc nobam salernitanam cibitatem a super porta nucerina secus case nostre, unde ante os dies ipse arechis noviscum causavit, quod de parentes eius fuisse et legibus ei pertineat. et nos ostedimus una cartula, quomodo in anno nonodecimo principatus domni waiferii et quarto anno domni . . . . mense martius tertiadecima indictione, alphanus clericus filius vone memorie ratoni venumdedit altrude genetrice . . . . . nostra terra intus nobam salernitanam cibitatem, que ex successione predicti genitori eius ei pertinuit et in sorte receptum a germani sui, et est per mensuria longitudo pedes centum et decem, et per latitudo a fine de filii lademari pedes decem et octo, et in medium latitudo pedes quadraginta, et de uno capu per latu a platea pedes octo, mensuratum fuit ad manum poterici presbiteri: de terra ipsa per ipse finis medietatem ei

benumdederat; scripta cartula ipsa per teodericus notarius, ubi ipse alphanus clericus cum plures alios testes scripti fuerunt. cum quo ipse arechis cartula ipsa religentem haudivi, contravit nobis dicendum, ut non potuisse ipse alphanus clericus medietatem terra ipsa vindere, eo quod dicebat, ut grimoaldus abio eius et aghino et ipse rato genitor ipsius alphani clerici veri fratres fuerunt, et ipse alphanus clericus tantum tertiam partem pro partibus ipsius ratoni genitori sui exinde habere debui; nam et ipse arechis exinde debere habere tertiam partem pro partes ipsius grimoaldi abio suo. nos autem contravimus ei dicendum, quod non ipse arechis legibus ibi sortionem habere, eo quod ipsi nominati grimoaldi rato et aghino divise habuerunt inter se casis et terris intus hanc salernitanam cibitatem, et terra ipsa per ipsa mensuria hebenit in sortionem ipsorum ratoni et aghinoni, et ipse grimoaldus suam inde tenuit sortionem. unde inter nos iudicatum fuit, ut nos monstrare ipsa sortione, qui fuit predicti grimoaldi, quam per ipsa divisione tenuit, et iurare ei, quod terra ipsa per ipsa divisione ipsi germani per partes tenuisse. pro ideo, sicut diximus, super ipse terris sumus coniuncti et monstravimus nos ei terram cum parietibus et baciba, quam ipse arechis retinet; ex quo diximus fuisse sortionem eidem grimoaldi abii sui, et ipse arechis sancta dei evangelia ibidem habuit parata, et statim ego nominatus aghenardus iuravit ei et dixi per hec sancta dei evangelia, quia medietatem terra ipsa, que ipsa cartula nostra continet, per divisione fuit sortio. . . . . . ratoni, et ipse grimoaldus abio eidem arechis pro taliter per divisionem tenuit ex hac terra, que ei monstravit quem ipse retinuit . . . . . . nominato audelaxi noluit sacramentum inde tollere, set eum mihi donavit et launegild a me exinde recepit camiso unum. et inde pro securitate nostra et de nostris heredibus hunc brebem diffinitionis emisimus, quod scripsi ego theodericus notarius et interfui.

† ego qui supra petrus me subscripsi

† ego ermetancus

† ego radoaldo me subscripsi

† ego roderocho.

CLVI.

A. D. 934.

† « Quadragesimo secundo anno Guaimarii principis et secundo Gisulfi filii eius. Mense Iulio « septima indictione. Concessio emphiteutica facta ab ecclesia Sancti Maximi de Salerno An- « tolino filio quondam Siconi et vaxallo, unius molendini in loco ubi Agella dicitur, et medie- « tatis de Fusario propinquo dicto molendino ad censum novem auri solidorum de tarenis ana « quatuor . . . .

« *Suprascripta membrana ex una parte abrasa minime legi potest, non ita quoad ad aliam « quae inferius transcribitur* ».

« . . . . et de suprascripta tradictione, quod superius illorum tradidimus, dederunt exinde illis modo mihi censum nobem auri solidi de tari ana quadtuor tari auri boni per solidum, faciendum quod boluerimus; et si parutus sit, ut benerit sicscitatem de aqua, ut ipso molinum non potuerit macenare, quantum tempus opera perdiderit, tuc aliut tantum tempum super ipso constitutum, quod supra adsingnemus, ad completo ipso constitutum ipso molinum, quod est medium conciatum cum ferratura et mola et cum omni ordine et pertinentiam de ipso molinum, ud perfectum macenare possam, totum salbum inclita medietate de ipso molinum remicterent ad potestatem . . . . . pars iamdicte ecclesie et inclita medietate de ipso fusario similiter salbum remicterent ad meam vel in pars iamdicte ecclesie potestatem. pariter in ipso constitutum quantum terraticum debet illum autem exire de tota suprascripta tradictione, quam superius legitur, nullam exinde illis vel suis eredibus querad tollere terraticum, set licead nos vel pars iamdicte ecclesie totum et inclito ipso terraticum tollere, sic tamen ipso costitutum medietate ipso molinum et medietate ipso fusario et tota et inclita ipsa terrateca, quam de supradictis rebus exierit, illis vel suis eredibus remicterent ad potestate mea vel de pars predicte ecclesie. unde in eo ordine per bona combenientia guadia mihi ipsi nominati antolino et baxsallo et iohannes dederunt, et mediatores nobis posuerunt se ipsis; et per ipsa guadia obligaberunt se et suis eredibus, quod si aliquit de omnia suprascripta mihi et in pars iamdicte ecclesie non adimpleberit, per ipsa guadia obligaberunt se et suis eredibus nobis vel in pars iamdicte ecclesie biginti auri solidos constantinos. quod scribsi ego alderissi notarius.

† ego qui supra grimoalt comes et iudex.

CLVII.

A. D. 935.

✝ In nomine domini tertio anno principatus domni gisulfi gloriosus princeps, mense iunius septima [1]) indictione. memoratorium factum a nos, ii sumus gentile filius iohanni clerici, et siconolfus presbiter, et pandilfo filius pandoni, et roffrida filia atenolfi, et petrus filius domniperti Clarefacimus nos prenominati, qualiter iam ante hos dies, sicuti dei omnipotentis volumptate complacuit, per visionem nobis apparuit sancti seberini et per bisione nobis allocutus est, ut construeremus in ipso planello [2]) foriis ipsa pusterula sancti benedicti intus in ipsa terra meaque gentile una ecclesia vocabulum sancti seberini confessori, et presentaliter perreximus ante servis dei et bonis hominibus et omnia illorum enarravimus, qualiter nobis in visione locutus est; et dum ipsis servis dei et bonis hominibus talia a nos audientes presentaliter pro dei timore consilium nobis dederunt, ut, qualiter nobis per visione apparuit, taliter illut adimpleamus, ut cum dei atiutorium at perfectione ipsa sancta ecclesia perducamus. qui statim nos prenominati siconolfus presbiter, et gentile, et pandilfu, et roffrida, et petrus perreximus ante bonis hominibus, qui hic supter ascripti sunt, et bone nostre volumptati, sicut inter nos convenientiam stetit, et pars partium inter nos guadia dedimus et mediatores inter nos posuimus landolfus filius sicone et disiio filius evelardi; eo namque ordine, ut ipsa predicta ecclesia nos comuniter laboremus cum nostro expendio quantum in ipsa fabrica meruit, seu et de alia regimen et copertura, quantum in ipsa ecclesia necesse est. et ubi deo volente et ipsa ecclesia at perfectione illam conducimus, et si qualiscumque votatione ibi intraverit, medietatem exinde tollant ipsi rectores qui serviunt ipsa ecclesia, et ipsa alia medietas recipiamus nos consortibus, et ipsa ecclesia de nostro dominio non esceat, set semper de nostras et de nostris heredibus maneat potestate sine omni contrarietates de qualiscumque hominibus: per has autem videlicet finis et mensurias, sicut modo declaramus; a pars orienti fine muricio antico et sunt passi triginta sex; ex alio namque latere fine mungrone meoque gentile, et inde sunt passi biginti uno; a parte occidenti quomodo recte assendit per ipso plaio meoque gentile, et inde sunt passi triginta; a capite fine via publica de ipsa pusterula, et inde sunt passi (*deest mensura*) et coniungit se

---

[1]) Lege: *octava*. Deest autem in hac charta annus XLIII Guaimarii principis, qui cum filio Gisulpho regnabat.

[2]) *Planello* vel *Pianello* castrum in Aprutio ulteriori et proprie in comitatu Pinnensi, cuius medietas concessa fuit monasterio Montis-Cassini A. D. 1080 a Sansone filio q: Adelberti et q: Ghiburgae.

cum priori fine. unde de omnia, qualiter superius dissimus, qualecumque homo aliquam contrarietatem in supradicta ecclesia vel in rebus ipsius facere aut diminuare voluerint, primis omnium maneant sub anathema omnipotenti deo, et insuper componat in prefata ecclesia quinquaginta solidi aurei Constantini et per inbitis atimpleant omnia, quod superius legitur. quod per demandatione supradictis servis dei et bonis hominibus et nostris consortibus ego siconolfus presbiter et notarius hunc brebem scripsit et interfui intus supradicta civitate.

† ego sigismundo diaconus

† ego amatus presbiter.

CLVIII.

A. D. 935.

† In nomine domini anno quadragesimo tertio principatus domni nostri waimarii principi et tertio anno principatus domni gisolfi filio eius, mense iunius octaba indictione. memoratorium factu a me rodelgrimus filius cumperti, eo quod ante presentia romoaldi gastaldei aliosque subscripti testis wadia mihi dedit walcari germanum meum et mediatorem mihi posuit iohannes filius odelmanni, eo tinore, ut plicare se et dividere mecum ipsa casa, qui fuit genitori nostro erga ipsa platea ad pede de ipsa turre mediana [1]), cum ipsa casa que ego in capite de ipsa casa frabricavi, una simul casam qui fuit eidem genitori nostro, et ipsos que ego fravricavi per traversum, dividamus, et dare mihi eos medietatem in sortione ab ipsa parte que ego fravricavi, ut ipso meum frabritum et quantum . . . . ipsa medietatem in ipsa casa genitori nostro adunatum mihi hebeniat et illis hebeniat in ipso alio capite adunatum, et ego stetit uniter cum eo facere unum applittum de casa lignitia in ipsa curte erga ipsa sortionem eius de ipsa casa et erga ipsa bia carraria, que pergit ad curte teodelgrimi, ubi ipse walcari residere debeas diebus vite genitricis nostre, pro quibus ipsa nostra genetrice residet in ipso capite de ipsa casa, quem ei sortionem dare stetimus pro quarta sua; post vero obitum ipsius genetricis nostre dividere mecum ipsa ligna de ipso applittum ligneum quam fecerimus, et dividere mecum ipsa cimenta et prete et ligna, qui fuerunt de ipsa casa genitori nostro, et dare eos mihi medietatem, ita ut pariter eos disturbemus et sic eos dividamus, et liceat me eos exinde tollere.

---

[1]) Intra Salernum.

exceptuavimus per partes scandôle, ut ille non querere tollere de ipsa sortione mea, nec ego de ipsa eius; seu et per ipsa wadia obligavit dividere mecum similiter per medium ipsa curte, et mihi deas inde sortione a parte de ipsa casa mea, et ille tollat a parte de ipsa casa sua et in ipsa eius sortionem ipsum applittum, sicut diximus, faciamus que abeas diebus vite genetricis nostre.

† ego theodericus notarius per demandatione ipsius gastaldei hunc brebem scripsi.

† ego qui supra romoald

† ego petrus.

CLIX.

A. D. 936.

† In nomine domini anno quadragesimo quarto principatus domni nostri waimarii principi et quarto anno principatus domni gisolfi eius filio, mense iunius nona indictione. memoratorium factu a me orseprandus filius ursi, de eo quod ante presentia petri diaconi et iudici et ante alios bonorum homines tradidit mihi petrus, qui offi bocatur, et mari germani filii landoni terra sua, quod abunt in locum capazzana ubi correiano bocatur finibus salernitanis, per as finis; de una parte fine ipsorum germani, sicut media ipsa aqua discerni; de alia parte similiter fine ipsorum germani, sicut limite discerni; alia quoque parte mariziano vestro; alia igitur parte fine iosepi ebrei. hec itaque terra per supradicte finis cum bice de bia sua mihi tradiderunt tali ordine, ut liceat nos eadem terra tenere amodo et usque ad sex annos completos, et pastenare salices, et insitare inserte et mila, ut ad conpletos ipsi sex annos perfectum salicetum et insitetum abeamus, et usque ad ipsi sex annos nulla sortionem de ipso frugio nobis tollere querat. unde in eo ordine de omnia, ut supra nobis conplendum, wadia nobis ipsi germani dederunt et mediatorem mihi posuit potonem filius potefrit; et per eadem wadia obligaberunt se suorumque heredes eadem terra infra predicte finis usque ad ipso constitutum nobis defensare da germani et consortes eorum et da genetrice eorum et da omnis homines: et ad conpleto ipso constitutum plicaret seipsi germani aut eorum heredes. et ipsa terra cum salicetum et insitetum per equaliter dibidere nobiscum vel cum nostris heredibus, et medietatem eos nobis dare cum bice de bia sua ad securo nomine habendum nos et nostris heredibus et faciendum omnia, que nobis placuerit, et illis et eorum heredes ipsa medietatem cum bece de bia sua defensare da germani et genetrice eorum et da consortes eorum et da omnis homines . . . . vel si

eos nobis tollere aut contrare quesierit, tunc per ipsa wadia obligaberunt . . . . componendum nobis et ad nostri heredibus decem solidos costantinos et omnia, ut supra . . . . . . ipsa medietate, que nobis exinde hebenerit. si illos bindituro aut daturo abuerimus, non habeamus potestatem eos alteriis hominibus bindere aut per quolibet titulum alienare preter ipsorum germani . . . . quem iuxte fuerit appretiatum, et faciamus eos scire ad ipsos tollendum per tertio constitutum usque ad dies triginta sex ; nam si infra ipsa constituta noluerit eos tollere, liceat nos ipsos dare cui boluerimus, et si ante ipsa constituta cuicumque absque eorum bolumtate dederimus, absque pretium in illorum germani et de eorum heredes rebertas potestatem. et ego iohannes notarius interfui et hunc brebem scripsi.

† ego qui supra petrus me subscripsi

† ego petrus

† ego poto

† ego petrus

† ego ahenardo.

CLX.

A. D. 936.

† In nomine domini anno quadragesimo quarto principatus domni nostri waimarii principi et quarto anno principatus domni gisolfi filio eius, mense augustus nona indictione. ideo que ego maio presbiter filius madi, sicut mihi congruum esse videtur, ante presentia petri gastaldei aliosque subscripti testis per hanc cartula vicariationis ordine tradidit tibi rodelgrimi filius cumperti una pecia de terra mea cum arbustis in locum nuceria ad saltera [1]), ubi dicitur ad cleulu, habentes finis; de una parte fine tua qui supra rodelgrimi, que emtum habetis da iohanne filius amiperti et maria uxor eius; de alia parte fine leoni ponge; de alia parte fine terra domnica et pertange ad fine iohannis, qui fuit framperti, de quarta parte fine agazoli, qui fuit iohannis filius trasiperti et pertange ad ipsa fine eidem iohannis, qui fuit framperti. hec vero terra, qualiter superius finis posite sunt, totum in integrum cum proprie finis et vice de via sua et cum omnia infra se habentibus trasactibus nomine et a funditus eos tibi nominato rodelgrimi

[1]) *Sallera*, amniculus per Nuceriam decurrens.

vicariationis ordine tradidit. unde pro confirmandam et staviliscendam hanc nostram vicariationem, nunc a presentis recepit a te nominatus rodelgrimus per alia cartula, que aput me scripta retineo, una pecia de terra tua cum arbusto ibique ad saltera; que habet finis de uno latere et de uno capite fine mea, de alio capite fine de heredes mauriscoli, de alio latere fine grimoaldi varbani eius et leoni ponge, sicut termini ficti sunt, et ego adiunxit ei unum tari; finitoque vero nostra vicariatione ea ratione, ut nunc a presenti die et im perpetuis temporibus tu nominatus rodelgrimus quam et tuis heredibus predicta nostra vicariatione securo nomine habere et possidere valeatis et faciatis, quod volueritis. ex qua repromittimus et obligo me qui supra maio presbiter et meis heredibus tibi nominato rodelgrimi quam et ad tuis heredibus eaque nostra vicariatione nos vobis ab omnis homines inantistare et defensare promittimus. quit si minime potuerimus vobis eos defensare, unde ausi fuerimus vobis iurare, ut nostrum non sit colludio, amodo apposui et obligavit tibi, ut liceat te tuique heredibus introire tam in ipsa terra, quem pro hec vicaria nobis dedistis, quam et de ipso alio nostrum ibique coniunctum, et in alio tantum per appretiatum licentiam habeatis exinde tollere, de quantum de ista vicariatione perdideritis et soluti inde maneamus; si autem per nos ipsi forsitans aliquo modo vicariatione ista contrare aud removere quesierimus, tunc decem auri solidos costantinos vobis componere obligamus, et questio nostra tacita exinde permaneat. et tali tinore te theodericus notarius scribere rogavimus. actum nuceria.

† ego qui supra petrus

† ego qui supra maio presbiter

† ego petrus

† ego roffrid.

CLXI.

A. D. 936.

† In nomine domini quadragesimo quarto anno principatus domni guaimarii principis et quarto anno principatus domni gisolfi eius filio, mense octuber decima indictione. ante me radelgrimus iudex coniunti sunt maurus filius liotardi cum truppoaldus, qui est advocator episcopio salernitano pro pars ipsius episcopii, at faciendum inter se finem de due pecie de terris cum

binee de locum frecdara in ipso monte a super sanctum felicem [1]), unde iam ante os dies inter se plurime causationes inter se habuerunt; modo quidem sunt coniunti exinde finem faciendum, unde ipse truppoaldus querebant rebus ipsa facere esse pertinentem de ipso episcopio. ipse maurus dicebat, una cum eum adessent iohannes notarius advocatorem suum, dixerunt, ut ipse ambe pecie de terris cum binee sue esse pertinentes per rationibus. nos superius iudex cum superius dictus truppoaldus cum ipsum maurus et cum ipso suum atvocatorem super rebus ipsa perreximus cum aliis vonis hominibus, et ibique presens super rebus ipsa ipse maurus una cum predicto atvocatorem suum in primis monstrabit una de ipse pecie de terris cum binea a supter parte et ostedit ipse maurus una cartula continentem, qualiter ipsa pecia de terra cum binea comparatam habebat da cicero filius flodelgardi per finis: a pars orientis fine de germani sui et in ista fine mensurabit et per alie finis, sicut ipsa cartula continet, et da supradicta priore fine sunt in ipsa parte passi octoaginta . . . . . . a partibus meridie sicut quertietu discernit, et exinde rebolbente in partibus orientis sunt inde passi septuaginta unum, a partibus occidentis fine landonis, sicut morico de petre discernit et inde . . . . sunt in ipsa parte passi quinquaginta septem, a partibus septemtrioni fine . . . . sicut bia discernit, est inde passi quinquaginta ses. et ibique ipse maurus ostedit alia cartula de ipsa alia pecia de terra cum binea, que continebat similiter per finis et mensurie: a partibus meridie fine bia, sunt inde passi centum triginta octo, sicut termiti ficti sunt: a pars orientis fine bia, que pergit ad ipse plagarie pertinentem ipsius episcopii, sunt inde passi quadraginta quattuor: a partibus septemtrionalis fine bia da . . . . . . sicut termiti ficti sunt, sunt inde passi sexaginta uno: a pars occidentis sicut termiti ficti sunt sicut a fine ipsius episcopii discernit, sunt exinde passi nonaginta octo ad iusto passum homini mensuratum. dum autem ipse truppoaldus cartule ipse religentem audibit, dicebat, ut de ipse ambe pecie de terris cum binee non inde esset pertinentem. nos qui supra iudex interrogabimus ipsum truppoaldus, ut si pars ipsius episcopii habere inde monimen, eam ostendere; ille dixit, ut monimen inde non habere. et dum super eadem terra rebersi sumus et uniter perreximus ante presentia domni petri episcopi ipsius sancte sedis salernitane et totum ipse supradicte causationis nuntiabimus ipsius domni episcopi, et ipse domnus presul taliter audientes, ambe ipse cartule sibi relegere fecit et taliter religentem audierat, sue volumtatis ipse domnus episcopus una cum predicto suum adbocatorem manifestaberunt, ut pars ipsius episcopii monimen inde non haberet, et neque per testes, neque per monimen, neque per nulla quoque inbenta ratione pars ipsius episcopii de supradicta rebus per supradicte finis, quantum ipse ambe cartule continent, nullo

[1]) Extra Salernum.

modum cum ipsum maurus haut cum eius heredes causare aut contendere non potere. nos superius iudex, dum taliter ipsum domnus pontifex cum iamdictum suum adbocatorem manifestanter audibi, ideo iusta legem iudicabimus, ut....... ipse maurus et eius heredes ipsa rebus per superscripte finis et mensurie securo nomine eos habere et possidere baleat, et omni tempore exinde illis faciati, que voluerit apsque omni contrarietate vel requisitione de iamdicto ipsius domni presuli vel de eius successoribus ha partibus ipsius episcopii. et inde pro perpetua securitate ipsius mauri et de eius heredes hunc emisimus iudicatum, quod tibi ursi presbiteri et notario scribere precepimus.

† ego qui supra radelgrimo iudex.

CLXII.

A. D. 936.

† In nomine domini quadragesimo quarto anno principatus domni nostri guaimarii principi et quarto anno principatus domni gisolfi eius filio, mense nobember decima indictione. Ideo que ego andrea filius ramperti, quum declaratus sum a partibus ipsius genitori meo mihi abere pertinet terra bacuum intus hanc nobam salernitanam cibitatem erga casa de heredes quoddam domni waiferii principi et congruum est mihi illos bindendum, interea ego superius nominatus andrea bona mea bolumtate per hanc cartula benumdedimus tibi guidoni comes filius vone recordationis domni guaimarii principi ipsa predicta terra de intus hanc salernitanam cibitatem: abentes finis de super parte fine vestra, sicut pariete fabrito discerni, de alia parte fines de heredibus maghenolfi, de supter parte fines de heredibus gaidoni et pertange im fines de heredes ipsius maghenolfi, et de alia igitur parte fine andito; est per mensuria longitudo pedes triginta unum et summisse uno, et latitudo pedes biginti quinque ad iuxta manum homini mensuratum. hec vero terra, qualiter superius finis posite sunt et mensuria ipsa percurrid, totum in integrum cum proprie finis et vice de bia sua et cum omnia imfra se abentibus trasactibus nomine et a funditus eos tibi nominato guidoni comiti benumdedimus, unde nec nobis nec cuiqua hominibus nihil restitit nec dicimus remanere sortionem. et pro comfirmandam et staviliscendam hanc nostra bindictione, nunc a presentis recepimus a te nominatum guidonem comitem emtorem nostrum statutum pretium, idest auri tari numerum triginta; finitoque vero pretium aput nos ea vero ratione, ut nuc a presenti die et im perpetuis temporibus tu nominatus guido comes quam

et tuis heredibus predicta nostra bindictione, ut superius scriptum est, securo nomine abere et possidere baleatis et faciatis, quod volueritis. ex qua repromittimus et hobligo me qui supra andrea et meis heredibus tibi nominato guidoni comiti quam et ad tuis heredibus, ut eaque nostra bindictionem, ut dudum dictum est, nos vobis ab omnis homines inantestare et defensare promittimus et hobligamus. quit sim minime potuerimus aut noluerimus eos vobis defensare, vel si nos ipsi forsitans per quavis modis removere aut retornare quesierimus, ante omnia questio nostra sit bacuum et inanis, et duplum supradicto pretium vobis componere promittimus et hobligamus; et que aput vos fuerit remelioratum vel factum hedificium, sub estimationem pretii vobis restituamus; de colludio autem legibus vobis iuremus per dei misteria. seu et pro vestra perpetua securitatem dedimus vobis ad defensionem ad semper abendum due cartule, qualiter ipse genitor meus eadem terra comparatam abui, ut si vobis exinde contentio fuerit exurta et volueritis nos exinde avere defensores, semper ipse nobis ante iudice ostendere deveatis usque ad veram et diffinitam legem, post vero finem facta, ipse cartule im vestra et de vestris heredibus rebertas potestatem; et si nolueritis nos aut nostris heredibus exinde avere defensores, licead te et tuis heredibus bices nostras in omnibus exinde causare et omnis legem et iuxtitiam exinde recipere, et per vos ipsi siatis exinde vobis defensores. et tali ordine te alderissi notarium scribere rogavimus. actum salerno.

† ego ermetancus

† ego theodericus me subscripsi

† ego mirandus presbiter filius suprascripti andree

† ego ermenandus clericus.

CLXIII.

A. D. 937.

† In nomine domini quadragesimo quinto anno principatus domni nostri waimari principi et quinto anno principatus domni gisolfi filio eius, mense agustus decima indictione. memoratorium factu a me adelpertus filius idem adelperti, de eo quod ante bonorum homines wadia mihi dedit iohannes filius leoni, tali ordine, ut tollere sivi ad uxore abendum maralda filia mea et in alio die nuptiarum secundum legem dare ipsius filie mee firmum scriptum morgincaput, idest quartam partem e xua substantia, sicut modo est consuetudo homini langobardi, alio die nu-

ptiarum dandum ad suam uxorem; et si eadem filia mea sivi uxore abendum tollere noluerit, vel si ipsum scriptum morgincaput eidem filie mee secundum legem eidem filie mee non emiserit, componere nobis se obligavit quinquaginta solidos costantinos, et per inbitis ipsa filia mea per inbitis sivi uxorem tollere. iterum alia wadia mihi ipse nominatus iohannes dedit, ea rationem, ut ipsa nominata filia mea abere sivi uxore, et quieta et pacifica vita cum ea bibere et bene eam abere et colere secundum suam possivilitatem, et iniuxte ei non facere; et si iniuxte eis facere presumserit, unde quantes vices a nobis aut a nostris heredibus pulsatus fuerit et nos ei evangelia paratam abuerimus, et ille nobis exinde ausus non fuerit iura cum parentibus suis, per omnes vices componere nobis se obligavi viginti solidos et in antea per inbitis ea vene abere et colere secundum suam possivilitatem, et pignera, que exinde pignerata fuerit, absque iuxtitia retdantur. igitur alia wadia mihi ipse nominatus iohannes dedit tenorem quidem, ut, si quis heminentibus peccatum et ipsa prenominata filia mea aput illum foras civitatem aut castello depredata fuerit per qualecumque generatione et ista parte mare fuerit inbenta, tunc, de quantum pretium nos a nostris partibus dare boluerimus, una sorte quod est ad nostram partem, ille autem a sua parte dare due sortis de ipso pretium, et abeant ex ea maxima certamen et inquisitione pro ea comparandum, et aput se eam reducad uxore abendum; et si ea comparare noluerit, componere nobis se obligavi decem solidos costantinos, et per inbitis ea comparare et aput se eam reducat uxore abendum, scepto si ea inbenire non potuerit vel si ad ipsum pretium ea recomparare non potuerit; unde ausus fuerit nobis iurare, ut diligenter ea comparare boluisset et non potuisset, tunc retdere nobis ipso pretium, quod pro ea comparandum dederimus, et sit exinde solutus a calumnie. unde in eo ordine de omnes supradicte wadia mediatores mihi posuit wisonem filius grisemari et andrea germano suo. ego (*deest nomen*) notarius per indicatione ipsius ursi notari genitori meo hunc brebem scripsi.

† ego andrea

† ego ursus notarius interfui

† ego radoaldu.

CLXIV.

A. D. 938.

† In nomine domini quadragesimo sexto anno principatu domni waimarii principi et sexto anno principatus domni gisolfi eius filio, mense nobember duodecima indictione. memoratorium factu a nobis iohannipertus filius iohanni qui pro vice petri cognato meo causavi, et ego leomari pro vice iohanni nepoti meo, quam et ego sindolfus filius adelperti, de eo quod in sacratissimo salernitano palatio coram presentia radelgrimi iudici aliosque nobiliores homines ibidem astantibus, dum coniunti sumus cum teopus et wisenolfus germani filii teopi ad faciendum cum eis finem de rebus ipsa, qui fuit gisolfi abio eorum, et ipsi germani ante os tempore rem ipsam dibisa abuerunt cum sindolfus barbanes illorum, qui fuit filio ipsius gisolfi, cuius sortionem nos tenemus, et amodo ipsi nominati germani contraberunt nobis dicendum, ut cum ipso sindolfus rem ipsa dibisa non abuisset. unde nos eorum ostendimus parentes nostros qui in ipsa dibisione fuerunt, idest eorum nomina sindo et ingnelgardus et ursus, et ante ipso iudice testimonium uno tinore dixerunt: nos ibidem fuimus, quando ipse sindolfus ipsa rebus de mitiliano, ubi modo illi residentes sunt seu et ubi nos residentes sumus, cum isti germani dibidit in tertiam partem isti germani de quantum exinde tenunt, comprehenserunt pro due sortis, et de quantum nos exinde tenemus, ipse sindolfus illos conprehensit pro una sorte, et isti germani wadia ipsius sindolfi datam abuerunt, ut omnes alias rebus et ipsa casa de intus civitatem, ubicumque ipse gisolfus abio illorum abuit, ipsi eos dividere in tertiam partem; illis exinde tollere due sortis, et ipsius sindolfi et ad eius heredes dare tertiam partem. hoc testimonio retdiderunt et parati erant per sacramenta ipsos firmandum, set continuo ipsi nominati teopus et wisenolfus coram omnibus profexi sunt et manifestaverunt se dicentes, ut sic esset beritas, sicut ipsi testes retdiderunt testimonia, et sacramenta exinde ab eis recipere non bolerent et manifestaberunt se, ut de quanta rebus exinde nos modó tenemus, in sortione ipsos datum abuisset ipsius sindolfi barbani suo et neque per testes, neque per monimen, neque per possessione, neque per nulla quoque imbenta ratione adbersus illis hominibus, cui ipsa rebus ipsius sindolfi est pertinentes abere, causare aut contendere non poteret de ipsa tertiam partem. post hoc factum, wadia nobis ipse teopus et wisenolfus dederunt et mediatorem nobis posuerunt supradictus ingnelgardus, ut plicaret se et dibidere omnes alias res tam intus civitate et foras casalibus, ubicumque ipse gisolfus abio illorum abui, que non fuit dibisum, et dare inde nobis inclita tertiam parte ad securo nomine omni tempore abendum illis et eorum heredibus, pro cuius vices nos exinde causavimus et faciendum inde omnia.

que illorum placuerit; et si noluerit se plicare ad ipsos debidendum et sortes nobis dandum, aut si de illos que dibisum fuit, aliqua causationem nobis exinde presumpserit, tunc per ipsa wadia obligaberunt se suoque herede ad componendum nobis et ad nostris heredibus decem solidos costantinos et omnia, ut supra dictum est, per inbitis nobis conplire: seu et per ipsa wadia obligaverunt se et suos heredes de quantum ex ipsa rebus commune abemus, ut semper illis exinde dibidere due partis et nos tertiam partem per supradicta obligatione. et ego petrus notarius per indicatione ipsius iudici hunc brebem scripsi.

† ego ursus notarius interfui

† ego theodericus notarius interfui

† ego qui supra radelgrimo iudex

† ego pepino

† ego madelgari.

CLXV.

A. D. 940.

† In nomine domini anno quadragesimo octavo principatus domni nostri waimarii principi et septimo anno principatus domni gisolfi filio eius, mense februarius tertiadecima indictione. memoratorium factu a me adelchisi presbiter, eo quod ante presentia dauferi iudici et aliis novilibus combenientibus mecum adelchisi presbiter filius lupechis, ut ego conciare et cludere ipsa casa eius solarata lignitia de intus hanc salernitanam cibitatem propinquo ecclesia sancti maximi, et ego et adelchisa genetrice mea haberemus medietate ipsa casa ad nostra potestate diebus vite nostre, et ipsa alia medietatem teneremus ad residendum in subscripto ordine. dum autem ita inter nos complacui, statim ipse quidem adelchisi presbiter, qui ioaquintus vocatur, donavit mihi medietatem predicta casa sua solarata cum solo terre, et sedimen, et lignamen suam, et cum sericidia sua, sicut conciata vel edificata esse dinoscitur, et cum vice de bia et andito suo, tali tinore, ut ego et ipsa genetrice mea diebus vite nostre eadem medietatem casa teneamus nostre potestati residendi, dominandi, omnis nostra utilitate ibi faciendi: ipsa alia medietatem casa similiter liceat nos tenere nostre potestati, tali tinore, ut si ipse adelchisi presbiter exierit de ipsum ordinem, quem habes de ecclesia de locum sarno et hic rebersus fuerit ad habitandum, aud si propter perturbatio gentis hic redierit, tunc ipsa medietatem casa revertas in eius pote-

state, dum in hac cibitate havitaverit et ubi foras exierit ad havitandum, ad nostram revertas potestatem tenendi in suprascripta ratione. unde in eo tinore pro confirmandum hoc donum, launegild a me exinde recepit camiso unum; seu et wadia mihi ipse adelchisi presbiter dedit et ipse sivi mediator exivit, et per eadem wadia obligavit se suique heredibus defensare mihi et ipsius genetricis mee predicta casa cum vice de bia et andito suo da omnis homines. si autem noluerit aud non potuerit nobis ea defensare, aud si eam nobis tollere aud contrare quesierit, excepto, sicut dictum est, hic ad havitandum redierit, ut recolligat ipsa medietatem, componere nobis decem solidos costantinos et per imbitis nobis ea defensare, ut supra dictum est, diebus vite nostre: post vero nostrum qui supra adelchisi presbiteri et adelchise genetricis mee obitum, predicta casa, sicut fuerit illis diebus conciata, revertas ad potestate ipsius adelchisi presbiteri et de eius heredes omnia nostra causa, quam ibi habuerimus, liceat heredes nostras aud cui per nos datum aud iudicatum paruerit exinde tollere et excotere absque contrarietate ipsius adelchisi presbiteri et de eius heredes per supradicta obligatione.

† ego theodericus notarius interfui et hunc brebem scripsi

† ego qui supra dauferius iudex

† ego maio

† ego richardus me subscripsi

† ego andrea

† ego ioannes

† ego ermetancus.

CLXVI.

A. D. 940.

† In nomine domini quadragesimo octabo anno principatus domni nostri guaimarii principis et septimo anno domni gisulfu principe filio eius, mense februarius tertiadecima indictione. Ideo que ego iohannes filio madilberti dum te puella nomine grusu filia iohannis at meum sociabi coniugio, tunc quoque in alia die nuptiarum botorum ante parentes et amicos nostros, secundum ritus gentis nostre langobardorum, per hunc libellum scriptum a testibus roboratum per verbum et absolutionem ipsius genitori meo et ipsum astantem, dabo atque trado tibi nominate uxori mee morgincaput, idest quartam partem ex omnibus rebus substantiam meam, ec videlicet, casis quam

et intrinsecus casis, vineis et terris, campis et silvis, ortalis, castanieta et quertieta, olibeta et camnieta, arbusteta et abellanièta, arboribus pomifera et infructifera, in montibus quam et in planis, cultum et incultum, mobile atque inmobile, servis et ancillis, peculia maiori et minori, de omnia et in omnibus meis faccultatibus, de quit quantum modo habeo, sive de paterna vel maternaque possessio, seu quod in antea parare vel conquirere potuerimus in quavis modis, iusta legem langobardorum da odiernum die at tua que supra uxor mea sit potestatem ista quidem ratione omni tempore faciendum, que tibi uxori mee placuerit, sine contrarietate mea vel de meis eredibus aut de qualibet hominibus. igitur obligo me nominatus madilbertus tibi nominate grusu nure mee tali tinore, quod si dei iudicio evenerit, et ipse iohannes filio meus et vir tuus ante me fuerit defunctus, ut talem portionem tibi nure mee demus de cunctam rebus substantiam meam et de mobile et inmobilem, qualem legibus tibi evenire debuit de ipso filio meus et vir tuus, tamquam si ipse filio meus et vir tuus post meum obitum remansisset, et per ista cartula illut firmiter habeatis sine contrarietate mea vel de meis heredibus aut de qualibet hominibus, et anc cartula in suprascripta ratione sit firme. Quam te ursus presbiter et notarius hanc cartula me scribere rogabi.

† ego radoaldo

† ego iohannes clericus

† ego landemari

† ego pepino.

CLXVII.

A. D. 940.

† In nomine domini anno quadragesimo octavo principatus domni nostri waimarii principi et septimo anno principatus domni gisolfi eius filio, mense martio tertiadecima indictione. ideo que nos rodelgrimus, qui bassi clamatur, et walcari, qui amatus bocatur, germani filii cumperti, sicut nobis congruum esset videtur, per hanc cartulam benumdedimus tibi mansoni comiti amalfitano filius costantini, qui fuit prefectorio, una pecia de terra nostra cum arbustis, que abemus in locum nucerie ubi casolle dicitur: abentes finis de parte fine terra sancte marie, est per mensuria in ipsa parte longitudo passi biginti octo, et de uno capite fine de heredes mauroni, est latitudo passi quattuordecim pedem unum, semisse unum ; de alio bero latere fine nostra

binditori, est longitudo passi biginti sex; de alio quidem capite fine nostra, est in ipsa parte latitudo passi decem et nobem gubito unum. hec bero clausum, qualiter superius finis posite sunt et mensuria ipsa percurrit, ad iuxto passum homini mensuratum cum bice de bia sua et cum omnis arboribus et pomifera sua et cum omnia infra se abentibus, trasactibus nomine et a funditus tibi nominato mansoni benumdedimus. et pro confirmandam et stabiliscendam hanc nostram bindictione, nuc a presentis recepimus a te nominatus emtorem nostrum idest auri tari octo: finitoque bero pretium aput nos, ea bero ratione, ut a presenti die et in perpetuis temporibus tu nominatus manso comes quam et tuis beredibus predicta nostra binditione securo nomine abere et posside baleatis, et faciatis quod bolueritis. ex qua repromittimus et obligamus nos qui supra rodelgrimus et walcari et nostris heredibus tibi nominato mansoni comiti quam et ad vestris heredibus, eaque nostra bindictione nos vobis a omnis homines inantistare et defensare promittimus. quit si menime potuerimus, aut noluerimus vobis eos defensare, vel si nos ipsi forsitans per quabis modis remobere aut retornare quesierimus, ante omnia questio nostra sit bacua et inanis et duplum supradicto pretium vobis componere promittimus, et que aput vos fuerit remelioratum vel factum hedificium, sub estimationem pretii vobis restituamus; de colludio autem legibus vobis iuremus per dei misteria. si autem aliquit homo pro partibus uxor meaque walcari introierit in ista nostra bindictione et legibus vobis exinde tollere potuerit sue rationis, ita et vos et vestris heredibus licentiam abeatis cum ista cartula introire in ipsa rebus nostra ibique coniunta, et in alio tantum per appretiatum licead vos exinde tollere, de quantum de ista nostra bindictione vobis tultum fuerit, et omni tempore eos firmiter abeatis per ipsa cartula et suprascripta . . . . et tali ordine te iohannes notarius scribere rogavimus actum . . . . . .

† ego qui supra walcari

† ego ermetancus

† ego ursus notarius testis sum

† ego theodelgrimus notarius testis sum

† ego ragemprandus

† ego radoaldo.

CLXVIII.

A. D. 940.

† In nomine domini anno quadragesimo octavo principatus domni nostri waimarii principi et septimo anno principatus domni gisolfi filio eius, mense aprelis tertiadecima indictione. ideo que ego adelchisi filius albuin clarefacio, quia ante os tempore ego et ipse alboin, qui fuit genitor meus, et adelchisi filium meum per una cartula venumdatam habuimus widoni comiti filius domni waimarii principi una pecia de terra cum binea in locum silia, que mihi nominato adelchisi et predicti filii mei in sortione datum fuit da wandelferi filiastro meus filius wandenolfi pro medietatem ipsa quarta adeltrude genetrice eorum qui primis . . . . wandenolfi, quam de rebus ipsius wandenolfi viri sui tollere debui; qui habet finis de una parte fine ipsius wandelferi, sicut termiti ficti sunt et refaneum discerni; de alia parte fine via publica, qui erga ipsa binea deducit; de alia vero parte fine qui fuit de heredes cutoni, quem tu nominatus wido emtum habetis da ursus filius adi et da uxore eius et da tallaricus filius ursi et uxore eius; de alio latere fine tuaque widoni, que ego emtum habui da iohannes filius sapatine et radelsenda uxore eius, et tibi qui supra benumdatum habuimus, et exiente de uno capite in ipsa bia. hec vero clausum per supradicta mensuria totum in integrum eis benumdatum habuimus, et ipsum brebem divisionis, que ab ipsu wandelferi habuimus, ei dedimus pro sua defensione. seu et per alia cartula ego nominatus adelchisi una cum ipso genitorem meum et cum arelenda uxore mea benumdatum habuimus ipsius widoni terra cum binea et insitetum et abellanietum et baciba uno teniente ibique coniuncta, que ego nominatus adelchisi comparatum habui da ipsum iohannes filius sapatine et radelsenda uxore eius; qui habet finis de una parte fine ipsius widoni, quem da muliere nomine inghelchisa filia inghelprandi et gaidonem viro eius emtum habes, et fine de heredes ipsius wandelferi; de alia parte fine eidem widoni comitis, sicut limite discernit, qui fuit predicti inghelprandi; alia vero parte ipsa fine ipsius widoni, que iam per alia cartula ei venumdedit; alia namque parte fine via publica. hec clausum, qualiter superius finis posite sunt, totum in integrum et quantum extra ipse finis nobis fuit pertinentes in eodem loco trasactibus nomine eidem widoni venumdatum habuimus et datam ei habuimus pro sua defensione ipsa cartula, que a predictis iohannes et radelsenda uxore eius, exinde emissam habuimus. dum autem tota suprascripta vindictione ego et ipse alboin genitor meus et ipsa uxore mea et ipse filius meus per supradicte cartule fecimus, modo autem post discessum predictorum alboin genitori meo et adelchisi filio meus, qui defuncti sunt, combenientibus mihi et predicti widoni comiti, ut iterum

confirmare ei per cartula habendum sivi securiter predictam hereditatem, que per supradicte due cartule a nos emtam habui in predicto locum silia finibus salernitanis; et nunc autem per ipsum widonem comitem ante moncolam iudicem et aliis novilibus ostense sunt ipse supradicte cartule quam nos ei emisimus, et alie cartule, que da ipsi finales emisse habui et ibidem relecte sunt, manifestavit ego ei sic ipsos venumdatum haberemus, sicut predicte cartule continunt. et ideo mea vona volumtate in eadem presentia per hanc cartula confirmamus tibi nominato widoni comiti predictam hereditatem, sicut cartule ipse continunt, quam tibi emissem habuimus, ut omni tempore tu nominatus wido et tuis heredibus securo nomine eos habeatis et deteneatis vestre potestatis faciendi omnia, que vobis placuerit, absque mea vel de meis heredibus contrarietate vel requisitione; et obligo me nominatus adelchisi et meis heredibus tibi nominato widoni comiti vel ad tuis heredibus defensare omni tempore predictam hereditatem da omnis homines. ita tamen vos nobis ostendere deveatis pro vestra defensione ipsa supradicta cartula, que da ipso iohannes et ipsa uxore eius emissam habuimus, et ipsum brebem divisionis a predicto wandelferi, quem vobis datim habuimus, usque ad diffinitam legem, ut vobis eos defensemus, sicut cartule ipse continunt. si autem noluerimus aud non potuerimus vobis eos defensare, sic omnia vobis adimpleamus, sicut ipse cartule sunt continentes; et si forsitans per nos ipsis emiserimus vobis inde aliquo modis calumnie aud causationes, querendo vindictionis ipse removere aud contrare, componere vobis obligamus quinquaginta auri solidos costantinos, et questio nostra tacita adversus vos inde permaneat. si autem volueritis per vos ipsi exinde esse autores et defensores, liceat vos vice nostra exinde causare et omnia agere, quamquam nos debuerimus, et vobis eos defensare; nam si quesieritis nos autores, nos autem et nostris heredibus vobis vestrisque heredibus eos defensemus et omnia adimpleamus, sicut superius legitur, per supradicta pena obligata. et tali tinore te theodoricus notarius scribere rogavimus. actum salerno.

† ego qui supra adelhisi

† ego agenardo

† ego maio

† ego qui supra moncola iudex

† ego aderissi notarius testis sum.

CLXIX.

A. D. 940.

† In nomine domini quadragesimo octabo anno principatus domni nostri guaimarii principis et octabo anno principatus domni gisulfi eius filii, mense nobember quartadecima indictione. clarefacio ego petrus domini misericordia episcopus sancte sedis salernitane, quia predicte nostre sedis habere pertinentes est ecclesia bocabulum sancti felici, qui fundatus est intus ipsa turre, qui in rebus predicte ecclesie constructa est cum rebus ipsius ecclesie, qui olim vinie fuit et pauca viniola ibidem est cum pertinentiis suis, quibus esse videmini a super fonti. et dum nostri episcopii obsordium est illud laborare et nequaquam eos laborare possumus; ideo et ipsa turre et predicta ecclesia et rebus eius in desolatione et debastatione posita est, congruum fuerat nobis illud ad laborandum et frugiandum dare et annualiter exinde censum tollere, quam amplius in desertum rebertere et nullum offectum nobis exinde obvenire, sicuti et modo nobis inde nihil obveniet. et dum venerunt ad nos lupenus amalfitanus filius ursi et leone clericus et ursus amalfitanus filius mauri, qui dicitur de rini, et sunt consovrini frates, qui per bona conbenientia ipsa ecclesia et rebus ipsius ecclesie et ipsa turre ad restaurandum et laborandum seu frugiandum a nobis tollere querunt, et annualiter persolbere exinde in nostro episcopio in festivitate sancte marie censum tari aureum bonum unum et aliquit visitationes; tunc cepimus exinde habere colloquium cum odelchisi diaconus et vicedominus nostre sedis et cum cleros honoratos nostri episcopii et cum truppoald adbocatorem nostri episcopii; set inito consilio, comparuit nobis ut melius esse illud dare et annualiter ipsum censum exinde tollere, et ipsa ecclesia et rebus eius restaurata et laborata esse, quam amplius in desertum redire et desertum eos habeamus sicuti et modo. et pro itaque staviliscendum a pars palatii missus regi inter nos directus est radelgrimum iudicem, et nos a nostris partibus conbocavimus hidoneis hominibus, ut quo utrisque faceremus stavilis permaneret. sic itaque acta, ego superius petrus episcopus et una mecum ipse vicedominus et adbocatorem nostri episcopii per hunc scriptum per bona conbenientia tradidimus vobis lupeni et ursi ad laborandum tenendum predicta ecclesia sancti felici cum ipsa turre et rebus et pertinentiis suis, in hoc enim ordine, ut vos et vestris heredibus predicta ecclesia cum rebus eius et ipsa turre ad vestra habeatis et deteneatis potestatem tenendum ad laborandum, ut ipsa ecclesia et predicta turre restauretis et laboretis sicut meruerit; et quale sacerdotes vos imvenietis, qui in ipsa ecclesia pro officiandum esse debuerit, tunc nos et nostris successoribus pariter vobiscum vel cum vestris heredibus in ipsa ecclesia pro officiandum et regendum eas

illum ordinemus, ut semper in ipsa ecclesia sacerdotes sint, qui ibidem officium facias, et rebus prephate ecclesie vos et vestris heredibus temporibus suis de super et de subto laboretis et cultetis, sicut locus ipse meruerit ut bene pareant laborata, et ut de quantum binea fuit, per vestrum laborem adcrescat et non minuentur ipsa binea in predicta rebus, et omnis frugio de ipsa rebus et offerta de ipsa ecclesia, totum vos et vestri heredes cum sacerdotes, que in ipsa ecclesia ordinaverimus, tollere deveatis, sicuti inter vos et ipsum sacerdotes conbenientiam fuerit, et in nostro episcopio de ipso frugium nulla sortiones detis: preter annualiter detis exinde censum in nostro episcopio vos et vestris heredibus in festivitate sancte marie unum bonum tari et aliquit visitationes. si autem vos iamdicti lupenus et ursus seu vestris heredibus prephata ecclesia et rebus eiusdem ecclesie et ipsa turra non laboraveritis vel restauraberitis, sicut superius legitur, aut si ipsum censum annualiter in nostro episcopio non dederitis, vel si ipsa ecclesia et de rebus eius aut ipsa turre per qualecumque ratione per vobis vel per summissas a vobis personas de sub potestate nostri episcopii substraere aut tollere quesieritis, tunc iste scriptum disruptum permanead, et ipsa ecclesia cum rebus suis et cum omnibus suis hedificiis et ipsa turre nostri episcopii rebertas potestatem; et si vos et vestris heredibus ipsa ecclesia et rebus eius et ipsa turre lavoraveritis et restauraveritis et omnia conpleveritis, velut superius legitur, et annualiter ipsum censum nobis datis, tunc neque nos neque nostros successores non queramus illud vobis aut ad vestris heredibus tollere aut contrare, et obligo me et meis successoribus eos vobis et ad vestris heredibus defensare da omnis homines; et si illud vobis non defensamus, aut si eos vobis tollere aut contrare quesierimus, scepto si illud non laboratis, sicut dictum est, ad compositione siamus nos et nostris successoribus obligati ad componendum vobis et ad vestris heredibus decem solidos constantinos. et hunc scriptum scripsi ego theodelgrimus notarius et ita nobi per rogum ipsius domni presuli. actum salerno.

† ego qui supra petrus episcopus

† ego qui supra odelchis diaconus et bicedominus

† ego qui supra radelgrimo iudex

† ego adelgardus presbiter

† ego ermenandus clericus

† ego wisenolfus

† ego petrus

† ego truppoald.

CLXX.

A. D. 942.

† In nomine domini quinquagesimo anno principatus domni nostri guaimarii principi, et nono anno principatus domni gisolfi eius filio, mense aprelis quintadecima indictione. Ideo que ego petrus gratia dei episcopus sancte sedis salernitane, quum declarati sumus pars nostri episcopii per dibersis locis habere substantia, set propter generationibus, que i hanc terra fuerunt, multa ex ea inculta permanet et absque ullo offectum eas poxidemus, et congruum fuerat nobis commutationis ordine de rebus predicti nostri episcopii ubi potuerimus dare, et recipere exinde alia rebus, unde in nostro episcopio aliquit offectum perbeniad. et dum benit ad nos petrus filius teupi, qui commutationis ordine a nos tollere querebat una pecia de terra bacua de locum mitiliano pertinentes de plebe nostri sancti cesari[1]), et dare im predicta nostra plebe terra sua cum biscilietum de castaneis, qui est in eodem loco mitiliano congrua predicte nostre plebis, et pro remeliorationis adiungere nobis sex auri tari, tunc cepimus exinde habere colloquium cum odelchis diaconus et vicedominum et cum truppoaldus adbocatorem nostri episcopii et cum cleros onoratos nostri episcopii; set inito consilio, comparuit nobis, ut melius esset daremus nos ipsa pecia de terra bacua, et ab ipso petrus reciperemus ipsa terra eius cum ipsi tari, unde annualiter im partibus nostri episcopii aliquit frugium tollere possamus; et ut iuxta legem pleniter perficere baleamus, tunc super eadem terra direximus ipsum odelchisi diaconus et vicedominus et prenominatum truppoaldus adbocatorem nostrum. dum autem illuc perrexerunt et ad nos rebersi sunt, narraberunt nobis, ut cum alios bonos homines de ipsa loca super ipse terris ambulasset et eas excurrisset, set modo plux magis esset remeliorata ipsa terra ipsius petri, qui est biscilietum de castaneis, quam esset ipsa terra predicte nostre ecclesie. et dum nobis congruum esset hec fieri commutatione, interea reminiscentibus nos et obserbantibus ea que in edicti capitulo affixum est, inter medium nostrum exendum, conbocabimus missus regis, idest dauferium iudicem, et alios idoneos hominibus, ut quo utrumque faceremus stabilis permanere. sic itaque acta, ego superius petrus gratia dei episcopus, et una mecum ipse odelchisi diaconus et vicedominus et prenominatus truppoaldum adbocatorem nostri episcopii et per consensum cleros honoratos nostros, per bona conbenientia per hanc cartula commutationis ordine tradidimus tibi nominato petri predicta terra pertinente de ipsa plebe sancti cesarii de ex eodem

---

[1]) *Sancti Cesari*, ecclesia parochialis in Mitiliano (*Cava dei Tirreni*).

loco mitiliano per ax fines: a partibus orienti fine terra nostri episcopii, que fuit aldemari, et est per mensuria in ipsa parte passos triginta nobem: da partibus septemtrionalis fine lupoaldi, qui fuit de ipsi atrianensi, sunt inde passos decem et septem: a partibus occidentis fine tuaque petri, sunt inde passos triginta sex et gubitum unum: a partibus meridie fine ipsi parieti antici, sunt inde passos biginti et gubita tres, et im medio locum sunt passos decem et septem. hec bero terra, qualiter superius finis posite sunt et mensuria ipsa percurrit, totum in integrum cum vice de bia sua, et cum omnia infra se habentibus trasactibus nomine et a funditus tibi nominato petri vicariationis ordine tradidimus. et pro confirmandam et stabiliscendam hanc nostram vicariationem alia cartula, que aput nos scripta retinemus, recepimus da te nominatus petrus ipsa alia terra tua cum biscilietum in eodem loco mitiliano, que nobis congruum fuit pro hec vicaria recipere, et pro remeliorationis cause adiunsistis nobis ipsi sex auri tari. finitoque bero nostra vicariatione, ea bero rattione, ut a presenti die et im perpetuis temporibus tu prenominatus petrus quam et tuis heredibus, vel cui per vos datum paruerit, predicta nostra vicariatione securo nomine habere et poxidere baleatis, et faciatis quod bolueritis. ex qua repromitto, et obligo me superius petrus episcopus et meis successoribus tibi nominato petri quam et ad tuis heredibus, seu cui per vos datum paruerit predicta nostra vicariatione, ut superius dictum est, nos vobis ab omnibus hominibus omnique partibus semper inantistare et defensare promittimus et obligamus. quit si minime cos vobis defensare non potuerimus, unde partibus nostri episcopii ausis fuerimus vobis iurare, ut nostrum non sit colludium, tunc alia talem rem cum suis edificiis, qualis ista nostra vicariatione in illis diebus esset paruerit, alia tale vobis in eodem loco restaurare obligamus in supradicta ratione. si autem nos aut successores nostros hec vicaria vobis tollere aut contrare quesierimus, aut si hec cartula irrita facere quesierimus, ad compositione siamus nos et successores nostros obligati ad componendum tibi nominato petri quam et ad tuis heredibus, seu cui per vos datum paruerit, triginta solidos costantinos; tamen ipsa terra ad iuxto passum homini est mensuratum, et hanc cartula vicariationis in eo ordine perpetue firma permanead. quam te richardus notarius scribere rogabimus. actum salerno de suprascripto mense aprelis quintadecima indictione.

† ego qui supra petrus episcopus
† ego maio diaconus
† ego qui supra dauferius iudex
† ego qui supra truppoald
† ego qui supra odelchis diaconus et vicedominus
† ego pepino

† ego petrus
† ego iohannes presbiter.

CLXXI.

A. D. 946.

† In nomine domini anno quartodecimo principatus domni gisolfi principi, mense octuber quinta indictione. memoratorium factum a me dauferius filius pandoni gastaldei, eo quot ante nobiliores homines qui supter scripti sunt, dibidit cum friderissi et radoaldus germanis meis casis et terra hinctus ac salernitanam cibitatem, que fuerunt predicti pandoni gastaldei genitori nostri; unde ego et ipse radoaldus germano meus tradidimus eidem friderissi sortionem iest a cantone de fabrica de orem de ipso puteum et quomodo per ipsa . . . . termiti posuimus, ab inde in parte orientis usque ipsa trasenda, et de supter usque fine de ipsi ebrei et cum ipsa terra et casa a super ipso puteum conguncta ad parietem eius, quem per sua parationem abes usque ad fine que fuit de eredes echinoni, et de super usque fine que fuit aldemari. intra ec finis quantum quantoque ipse pado genitor noster ibi abuit vel ei pertinentes fuit, tote et integre nostre sortionis exinde ei tradidimus; unde et ille pro taliter tradidit mihi et ipsius radoaldi germani nostri sortionem suam de ipse due case, unam ergam platea, que deducit ad porta que dicitur elini, et aliam erga platea, que deducit ante episcopio salernitano. de ec vero due casis, sicut edificate sunt, ipse quidem friderissi tradidit mihi et ipsius radoaldus germano nostro inclita sua sortionem ipsa curte ante ipse casis, cum ipso puteum conmuniter inter nos abendum omni tempore reserbabimus et memsurabimus ipsa curte quam conmune reserbavimus . . . . sericidium de ipsa casa nostra usque cantonem, que est de ipso puteum a parte orientis, que est sortionem ipsius friderissi, per latitudo pedes duodecim summisse unum, et in alio capite erga sericidium de ipsa alia casa, que est trabersa usque ipsum termitem quam ibi posuimus, pedes nobem ad iusta manum homini mensuratum; quam et communiter abendum reserbabimus ipso anditum ad ipsa platea, que pergit ante episcopio erga parietem de casa parationis ibsius friderissi et inter fronte de ipsa casa nostra, sicut modo ibi est, usque ipsa curte quam conmune reserbabimus. dum autem inter nos tales fecimus dibisionem et per partes sortis tradidimus tali tinore, ut si quis nos vel nostris eredibus exinde per legem perdiderimus, tunc iustam rationem per partes nos exinde

restaurare stetimus. si bero nos vel nostris eredibus quesierimus ec dibisionem contrare aut remobere, obligabimus per partes, ut qui taliter egere quesierint, componere illi qui in ista dibisione firmiter permanserit, centum auri solidos constantinos, et questio illius tacita exinde manere, et sortis ipse inter nos omni tempore firme et stabilis permanead.

† ego romoaldus notarius per indicatione teohderici notarii genitori meo unc brebem scripsi

† ego qui supra friderisi

† ego iohannes notarius me subscripsi

† ego theodericus notarius interfui.

CLXXII.

A. D. 946.

† In nomine domini quartodecimo anno principatus domni gisulfi gloriosus princeps, mense nobember prima [1]) indictione. ideo que ego mastromile filius. . . . . eo quod intus cibitate dianense [2]) ante susscripti testis tradidimus atque benumdedimus tibi iohanni presbiteri filio iohanni clerici, idest una terra ortale per fines, sicut modo declaramus; a pede fine sancta barbara et sunt passi tres et pede uno; a parte occidentis fine iterum sancta barbara et sunt passi quattuor; de quarta bero parte fine madelfrit et sunt passi tres et medium et coniungit se cum priori fine; a parte orientis passi tres et medium. infra as finis tota et inclita predicta terra ortale tibi nominati iohanni presbiteri tradidimus atque benumdedimus cum trasita et exita sua et cum omnia intro se abentibus trasactibus nomine at semper abendum, et dominandum, et lavorandum, et frudiandum, et omnia exinde faciendum quit tibi nominati iohanni presbiteri tuique eredibus placuerit absque omni contrarietate nostra et de nostris eredibus seu de qualiscumque ominibus. unde pro anc nostra benditione vobis stabiliscendum et hunc testum cartule confirmandum, nuc a presente nos qui superius nominatus magistermile recepi a te predicto iohanni presbiteri statutum pretium, idest tres tari aurei voni in omni deliveratione: finita nostra benditio, sicut dictum est, nos vobis ab omnis omines omnique partibus antistare et defendere; de colludio vero secundum legem nos vobis satisfaciamus. insuper nos qui supra

---

[1]) Indictio falsa: *quinta* eo anno ac mense decurrebat.

[2]) *Cibitate Dianense*, hodie *Teggiano* in Princ. Cit.

nominati magistermile guadia tibi cui supra nominati iohanni presbiteri dedimus, et mediatorem tibi posuimus sico filio marco, ut nos et nostris eredibus defendamus tibi et at vestris eredibus in inclita terra ortale, sicut superius declaratum est, a pars quarta uxori nostre et da omnes consortes vestros et da omnes omines omnique partibus. si autem noluerimus illut vobis defendere omnia, que superius legitur, sic obligamus nos et nostris eredibus at componendum vobis et at vestris eredibus decem solidi aurei constantini, et per inbitis adimpleamus vobis omnia, que superius legitur, et cartula ista nostra benditionis in suprascripta ratione firma permaneat. quod te siconolfus presbiter et notarius scribere rogabimus intus supradicta cibitate.

† EGO THARSIVS PBR

† ego sando me subscripsi.

CLXXIII.

A. D. 947.

† In nomine domini quartodecimo anno principatus domni nostri gisolfi principis, mense ianuarius quinta indictione. Ideo que ego ragimpertus monachus filius wiselperti, dum michi congruum esse videtur bona mea volumtate per hanc cartula dono atque concedo vobis petri genero meus filius wisoni et adelchise filia mea, quem habetis disponsata uxore, omnia et in omnibus rebus substantiis meis, quod habeo in lauritu finibus salernitanis quod michi ex subcessione predicti genitori meo ividem habere subcessi, quomodocumque michi ividem pertinentes fuerit habere in monte quam et in plano, totum in integrum cum finis et vice de viis suis et cum omnia infra se habentibus trasactibus nomine et a funditus eos vobis donavi ad securo nomine amodo et semper vos et vestris heredibus illud habendum, dominandum, possidendum et omnia exinde faciendum, que vobis placuerit, sine omnis mea vel de meis heredibus contrarietate vel requisitione. preter hoc volumus, ut si tu nominata adelchisa filia mea absque filiis filiabus ante ipso viro tuo defuncta fueritis, due sortis ex integra predicta rebus revertat in potestate mea vel de meis heredibus ad securiter habendum, sicut usque modo habuimus; tertiam vero partem siat in potestate tuaque petri vel de tuis heredibus faciendum exinde omnia, quod volueritis sine omnis mea vel de meis heredibus aut cuiuslivet hominum contrarietate vel requisitione. et pro confirmandam et staviliscendam hanc mea donatione, nunc a presentis secundum legem

launegilt a vos exinde recepi camiso unum: finitaque vero nostra donatione per subsceptum launegilt, ea vero ratione obligo me nominatus ragimpertus monachus et meis heredibus vobis supranominati petri et adelchise genero et filie mee quam et ad vestris heredibus, ut eaque nostra donatione in supradicta ratione omni tempore defensandum vobis da omnis homines omnique partibus. quod si taliter illos vobis non defensaverimus, ac si nos illos vobis tollere aut contrare quesierimus per qualecumque ratione, preter, ut superius dictum est, ante omnia questio nostra modis omnibus apud vos tacita et bacua remaneat, et ad compositiones siamus nos nostrosque heredes ad componendum vobis vestrisque heredibus decem solidos constantinos, et per invitis illut vobis defensemus in supradicta ratione. verumtamen recordamus, quia rebus ipsa est in predicto loco laurito, ubi proprio casa orsana vocatur. et tali ordine te iohannes notarius scribere rogavimus. actum salerno.

† ego wisenolfus

† ego romualt

† ego petrus. .

CLXXIV.

A. D. 947.

† In nomine domini anno quintodecimo principatus domni gisolfi principis, mense maius quinta indictione. quadam vero die, dum superius domnus princeps secundum glorie dingnitatis sue residente sacratissimo salernitano palatio, et ante eius vestigiis astantibus lando gastaldeus et moncola iudex et aliis novilibus, tunc in eadem presentia venerunt idest petrus natibus francorum fines, seu nec non et ibidem venit adelchisi presbiter et abbas ecclesie sancti maximi, quem domnus guaiferius princeps a novo fundamine construxit intus hanc salernitanam cibitatem, unaque cum alderissi notarium advocatorem suum, et continuo ipse quidem adelchisi presbiter et abbas, una cum ipso advocatorem suum causare ceperunt adversus ipsum petrus dicentes: hic iste petrus, qui vestris adest presentiis, tenet rebus in locum nucerie, qui fui iohannelgari monacho filius iohanni, que in eadem sanctam ecclesiam offertum fui per ipsum iohannelgari et per ipsa uxor eius et per iohannes clericus filius eius. cum quo ipse petrus unaque cum guaiferium gastaldeum advocatorem suum taliter adversus se causantes audierunt, responsum retdiderunt dicentes: verum est, ut rebus ipsa tenere, pro qua dicebant a palatio ei con-

cessa fuisse; et statim in eadem presentia ipse quidem petrus ostendit ibidem unum preceptum, et ipse quidem adelchisi presbiter et abbas una cum ipso advocatorem suum ostenderunt ibidem una cartula, et per partes manifestaverunt plus monimen inde non avere. et dum relectus est ipse preceptum, continebant; qualiter domnus guaimarius princeps per rogum guidoni comitis et thensaurarii fratri suo concesserad eidem petri omnis rebus ipsius iohannelgari de predicto locum nucerie: ipsa cartula continebant essent emissa in tricesimo primo anno principatus ipsius domni guaimarii principis de mense iulius undecima indictione. ipse quidem iohannelgari unaque cum ipsa uxore sua et predictum iohannes clericum filium suum offeruerat in prephata ecclesia ante arechiso gastaldeo et aliis noviliores homines omnis rebus sua nominative in locum agella vel per tota finibus nucerie et stavianense, idest curtis, ortalis, territorie, arbustis, castanieta, quartieta, campis et silbis, pratis, pascuis et aquis, finis et biis, in monte quam et im plano, ubicumque de rebus illorum in quacumque locum fuerint imbentus, sive quod ei da angellus presbiter et abbas illorum datum fui, sive quod de genitorem suum seu da genetrice sua, seu da aliis parentibus suis illorum avere succexi, vel quod de suo paratum abui, aut undecumque illorum pertinentes fuerit avere, in integrum in eadem sancta ecclesia offeruerad eius rectoribus avendum et faciendum, quod illorum placuerit: scripta cartula illa per theodericus notarius, et ipse arechis ibidem scripto et per aliis hidoneis hominibus rovorata sufficienter. dum autem ipsa monimen ostensa et relecta fui, sententiam eidem petri preposita fui dicendum, ut pars palatii nihil potestatem abuisse rebus ipsa ipsius petri concedere, pro qua antea in eadem ecclesia offertum fui. nos superius lando gastaldeus et moncola iudex, dum ipsa monimen religentem audivimus, et antea fuisse offertum quam ipse preceptum scriptum fuisse; ideo iuxta legem iudicavimus, ut ipse preceptum bacuum et dixruptum permanere, et ipsa sanctam ecclesiam rebus ipsa securiter aveant et possideant, sicut ipsa cartula est continentem, absque omnis requisitionem ipsius petri et de eius heredes, et inde pro perpetua securitatem ipsius ecclesie et de eius rectoribus unc hemisimus iudicatum, quod tivi superius alderissi notario scribere dictavimus. actum in sacro salernitano palatio.

† ego qui supra lando

† ego qui supra moncola iudex

† ego friderisi.

CLXXV.

A. D. 947.

† In nomine domini quintodecimo anno principatus domni gisolfi, mense september sexta indictione. ideo que ego leo filius rose quum declaratus sum, quia quoddam ursus atrianense filius idem ursi de mauro comite per cartula me et ipsa nominata genetrice mea liberi constituit et concessit nobis una pecia de terra in locum transboneia, ubi proprio maiano dicitur finibus mitilianensis, et ego iterum postea eadem terra in integrum per finis ad partionem pastenandum insitetum datum habuit mauri et iohanni filii adelgari, ut illis habere eos medietatem, et nos medietate, et congruum est mihi ipsa medietatem, que nobis exinde hebenire debuerit, benumdare, tunc postulabit exinde clementia superii domni principi, ut mihi exinde solutionem dare rebus ipsa bindendum. ipse quoque a deo conserbatus princeps nobis solutionem dedit rebus ipsa bindendum, cui boluerimus et de suis presentiis inter nos essendum direxit . . . . . idcirco ego nominatus leo absolutionem accepta, ante presentia ipsius iudici ceterisque subscriptorum testium mea bona bolumtate per hanc cartula venumdedit vobis, idest stephani et lupi et iohanni germani filii supradicti iohanni et adelgari et teoderici et mirandi germani filii supradicti mauri, idest inclita ipsa medietatem de predicta terra cum insitetum de predicto locum maiano, qui habet finis de due partis fine de heredes magenolfi, et de alie due partis fine predicti adelgari abio vestro. infra hec supradicte finis medietate in integrum cum proprie finis et viebus suis, et cum omnes arboribus et pomifera sua et cum omnia infra se habentibus trasactibus nomine et a funditus ipsa medietatem in itegrum cum vice de bia sua vobis benumdedimus, pariter adque equaliter inter vos dividendum; unde de ipsa medietatem nec nobis qui supra nec ad ipsa genetrice nostra aut a quacumque hominem nichil restitit nec dicimus remanere sortionem; reliqua medietatem predictorum genitoribus vestris pertinui, pro quo a nobis a partiones eos tenuerunt. et pro confirmandam et staviliscendam hanc nostram bindictionem, nunc a presentis recepimus a vos nominati stephanus et adelgari vice vestra et de ipsi aliis germanibus vestris statutum pretium, idest auri tari decem et nobem, sicut inter nos conbenit: finitoque pretium, aput nos ea vero ratione, ut a presenti die et perpetuis temporibus vos nominati germani, quam et vestris heredibus predicta nostra bindictione, ut supra dictum est, securo nomine habere et possidere baleatis et faciatis quod bolueritis. ex qua repromittimus, et obligo me superius leo et meis heredibus vobis nominati germani stephani, lupi, iohanni, adelgari, teoderici, mirandi quam et ad vestris heredibus predicta nostra bindictione omni tempore

defensandum a partibus predicte genetricis mee et da . . . . . quis si minime potuerimus aut noluerimus vobis eos defensare, vel si nos ipsis vel nostris heredibus forsitans per quavis modis vobis eos tollere aut contrare seu removere quesierimus, ante omnia questio nostra modis omnibus adversus vos exinde tacita et bacua remanead et duplum supradicto pretium, quod sunt auri tari triginta octo, vobis componere obligamus; et quod aput vos fuerit remelioratum vel factu edificium, sub estimationem pretium vobis restituamus, de colludio autem legibus vobis iuremus per dei misteria. et tali ordine te petrus notarius scribere rogavimus. actum salerno palatio de supradicto mense september, sexta indictione.

† ego qui supra radelgrimo iudex

† ego maio

† ego godini.

CLXXVI.

A. D. 948.

† In nomine domini anno sextodecimo principatus domni gisulfi, mense agustus sexta indictione. memoratorium factum a me ursus filius iannelgari qui dicitur inginiusu, de eo quod ante subscripto testes donabit mihi iohannes presbiter filius iannelgari una pecia de terra, quod abuit in locum iobi finibus salernitanis, que de tribus partibus fine nostra coniungit, alia parte fine que fuit tauri, sicut limite discerni. infra ipse finis, sicut eidem genitori eius partinentes fuit, cum omnis monimen inde pertinentem, totum in integrum eos mihi donabi ad securo nomine omni tempore ego et meis heredibus abendum omnia exinde faciendum, que nobis placuerit; et obligavit se ipse iohannes presbiter et suos heredes nobis nostrisque heredibus defensandum a partibus da omnis hominibus, cui per eum exinde datum aut obligatum paruerit. de alii bero hominibus non queramus illum abere defensorem, sed licead me vice illius cum ipsa monimen in omnibus causare et omnis legem et iustitia. . . . . . recipere, et per nos ipsis siamus nobis inde autorem et defensorem; tamen ille eos defensare a sortifices [1]) suos et da omnis homines, cui per eum exinde datum aut obligatum paruerit. unde pro oc donum firmandum launegild a me exinde recepit camiso unum, et ego iohannes notarius interfui et hunc brebem scripsi.

[1]) *Sortifices*, haec vox deest in Gloss: Du Cange et accipitur eodem sensu ac *haeredes*.

† ego qui supra iohannes presbiter
† ego poto
† ego roderissi
† ego grimoaldus testes.

CLXXVII.

A. D. 949.

† In nomine domini anno septimodecimo principatus domni gisolfi, mense maius septima indictione. memoratorium factu a nobis mulier nomine maria et una mecum maio vir meus et iohannes notarius adbocatorem nostrum, de eo quod ante presentia radelgrimi iudici et rodelgrimi gastaldei coniunti sumus in causationes cum petrus abbas ecclesie sancti maximi et cum petrus gastaldeus filius arechis, et una cum eis adessent alderisi notarius adbocatore eorum . . . . terra cum binea et casa favrita et terra bacuum uno tenientem de locum agellu finibus salernitanis, in quo modo residentes sumus, ex quo ante os dies nobiscum causaberunt . . . . . rebus esset pertinentem predicte ecclesie sancti maximi; et per iudicium prefati iudici inter nos iudicatum fuit per partes plicandum nos super eadem rebus cum iudice et notario, et ibidem ostenderemus per partes ratione, que exinde abuerimus, et secundum legem inter nos exinde finem faceremus. et nuc autem una simul super eadem rebus coniunti et nos ostendimus monimen nostra inde pertinentem infra cartule et brebi numerum quindecim, et per ipso abbas et petrum et eorum adbocatorem ostenserunt due cartule, et per partes manifestabimus nos et illis, ut amplius monimen exinde non aberemus, cum quo relecte sunt de ipse nostre cartule. prima cartula continebat: tempore domni ademari principi filio wiconi et agello filius audelaupi benumdederat ragenaldi, qui fuit parente meique marie, terra cum binea in locum agello per finis, de due partibus bia, et de alie due partis fine ipsius ragenaldi. secunda cartula continebat, qualiter wiselperto filius ragenolfi benumdederat ragemprandi et adelprandi filii predicti ragenaldi terra cum binea in predicto locum agello per finis, de due partis fine predicti genitori illorum, alia parte fine germani, de pede fine agenaldi. tertia cartula continebat: agello filius audelaupi benumdederat predicti ragenaldi terra cum quertietum in locum pratu [1]), per finis de due partis

---

[1]) *Pratu*, locus extra Salernum.

fine ragenolfi germano eius, de uno capite fine medio ribus, qui discerni a fine servi sancte marie, de pede fine adelprandi medio limite discerni, et benumdederat ei alia pecia in locum, qui dicitur toru [1]). quarta cartula continebat: roderico filius wiconi benumdederat nantrude uxori ragenaldi terra cum binea et bacuum in locum agello per finis, de una parte fine bia publica, alia parte fine ragenaldi, alia parte fine predicti binditori, alia parte fine agelli, termiti ficti sunt. quinta cartula continebat, qualiter agello filius audelaupi benumdederat predicte nantrude terra cum binea in predicto locum agelle fine per finis, de pede adelprandi, de due partis fine ragenolfi et deduce in fine rachenaldi, alia parte fine ipsius nantrude, alia parte fine ipsius binditori. sexta cartula continebat, qualiter agello benumdederat achenaldi filius ragenaldi terra cum binea in predicto locum agello per finis, de una parte fine ragenolfi, alia parte fine ragemprandi, de uno capite fine de ipso binditore, alia parte fine de ipso emtorem. septima cartula continebat, qualiter ipse agello benumdederat ragemprandi filius ragenaldi terra cum binea in predicto locum agello per finis, de una parte bia publica, alia parte fine predicti binditori, alia parte coniuntum est in fine ragemprandi et peresset in bia publica. octaba cartula continebat, qualiter orsengari et ragemprandus germani filii ursi donaberat mihi nominato maioni tota et integra rebus ipsorum ragenaldi et ragenolfi. duo de ipsi brebi sigillati continebat, qualiter landenolfi concessa fuerat omnis rebus wiselperti filius ragenolfi de locum agellu et omnis rebus adelprandi filius raghenaldi. duo ex ipsi brebi continebant, qualiter ipse landenolfus vice meaque maioni donaberat leoperti filius amiperti tota et integra rebus adelprandi filius rachenaldi, et wiselperti filius ragenolfi de locum agello, sicut ei concessum fuerat. unum ex ipsi brebi continebat, qualiter ipse landenolfus donaberat ipsius leodemperti pro persona mea maioni et roffrid soceri mei calumnie de rebus ipsorum wiselperti. alio brebem continebat, qualiter ipsius roffrid retdidit adque retradiderat domnus petrus episcopus sancte sedis salernitane unaque cum frumelgarium presbiter et vicedominus et cum ursus notarius adbocatorem eorum, omnis rebus que fuit ragenaldi. alia cartula continebat, qualiter iohannes et teoprandus, wiso, cennamus germani filii magiperti benumdederat mihi nominato maioni ipsa rebus, quod comparatam abuerunt da nandelchisi et nandecisi germani filii nandiperti, quomodo ipse tres cartule continunt, que illorum in defensionem dederat. cum autem monimen ipsa per partes ostensa et relecta est, precepit nobis ipse iudex et predicto gastaldus, ut ipsa rebus monstraremus per finis, sicut eos tenuimus et sicut ipsa nostra monimen continet. cepimus monstrare ipse finis : de due partibus fine bia, et descendente per ipsa bia usque in fine de filii adelprandi, et descendente usque in ribus, et exiente de ipso

---

[1]) *Toru*, in Mitiliano (*Cava Tyrrhenorum*).

ribus et coniungente ad fine, qui modo tenent heredes ipsius adelprandi : de due partibus fine sancti angeli, et diximus, ut per ipse finis de ipsa nostra monimen esset pertinentem, et aliquantum per gradum successionis nobis ibidem pertinente est; et ipse abbas cum ipso suum adbocatorem non potebat ipse sue cartule ibidem congnite ponere. ideo inter nos iudicatum est et per partes nos wadiare fecit, ut ego nominata mulier secundum legem eorum iurare, ut ipsa rebus de ipsa nostra monimes esset pertinentem et legibus nobis rebus ipsa pertinente est; et ubi taliter eis iuraberimus, rebus ipsa securo nomine nos abere licead; unde mediator nobis posuerunt adelmundus filius achenardi. et ego iohannes notarius interfui et hunc brebem scripsi.

† ego qui supra rodelgrimo

† ego qui supra radelgrimo iudex.

CLXXVIII.

A. D. 950.

† In nomine domini dei salvatoris ihesu cristi imperante domno Constantino magno imperatore anno quadragesimo secundo, sed et romano magno imperatore eius filio anno quinto die secunda mensis iulii indictione hoctaba neapolis. Repetire itaque visi sumus nos leone et (*deest nomen*) naupigiis germanis filiis quondam boni, Idest inclita ecclesia vocabulo veati archangeli michaelis, que posita subtus murum publicum foris porta noba, cum omnibus eis pertinentibus. seu habitationibus suis de intus et foris, movilium et inmovilium seseque moventibus, omnibusque ad suprascripta integra ecclesia pertinentibus, sive que modo ad ea pertinet vel pertinentes fuerit per quobis modum, et repetibimus illos per chartula cessionis a quidem domno iohanne et domno marino in dei nominis eminentissimis consulibus et ducibus pro servitium, quas ad eis fecerimus de artificio nostro. Nos autem appreensimus iamdicta ecclesia cum omnibus eis pertinentibus, sicuti nobis iamdictis consulibus et ducibus fecit nobis exinde de . . . . . . autem cicino subdiacono sancte neapolitane ecclesie et leone de artiafi seu leone filio dometii, qui dicitur de mauriscnlu, iterum et alio leone qui dicitur sola, quamque marinus et petrus germanis filiis (*deest nomen*) contrastis nobis illut et dixistis nobis, ut ipsa ecclesia cum omnibus eis pertinentibus propria nostra de totis fuisset ha betere per parentorum nostrorum. Omnia suprascripta plurima fuit inter nobis altercatio per modis multis; set aiubante domino deo, qui est omnium

bonorum reformator, per colloquium multorum bonorum hominum, comvenit exinde inter nobis amica pactione, boneque voluntatis et in bona combenientia promittimus vobis suprascripto domno cicino subdiacono suprascripte sancte neapolitane ecclesie et iamdicto leone de artiafi et alio leone, qui dicitur de maurisculu, seu et alio leone, qui dicitur sola, iterum et marinum et petrus germanis filiis suprascripti (*deest nomen*) et posuimus vobis in omnibus suprascriptis, sicuti unus ex nobis per unoquoque, ut vos et heredes vestris nobiscum et cum heredibus nostris talem licerem, et dominatione seu pertinentia ibidem habere deveatis in omnibus suprascriptis per unoquoque ex vobis, sicuti unus ex nobis et heredes nostris, ut nullatenus aliquis ex nobis fortior esse per nullum modum. Ut vos suprascripto domno cicino subdiacono et leoni de artiafi habere deveatis sorte una, et vos suprascripto leone filio dometii, qui dicitur de maurisculu, et leone qui dicitur sola, sorte alia, et vos iamdicto marino et petro germanis similiter alia sorte, et nos suprascripto leone et cicino naupigiis germano meo sorte alia, ut fiunt in simul, funes quattuor; propter quod vos nobis dedistis de vestrum proprium per unoquoque ex vobis ana auri tari quinque. Iterum promittimus inter nobis unus alterutrum, ut si aliquis ex nobis habuerimus quolibet parentes, ut ipsum suum licerem et dominatione de omnibus suprascriptis vendere, aut dimittere ad eos per qualecumque modum, licentiam et potestatem habeamus, et si non habuerimus quolibet parentes inter nobis nostrisque heredibus, vendere deveamus in pretio, ut fuerit appretiatum a cristianissimis viris; et si inter nobis tollere noluerimus, clarafacta veritate, cui dare voluerimus, in eius sit potestate, quia sic inter nobis vone boluntatis complacuit: et si aliter fecerimus nos vel heredes nostris de his omnibus suprascriptis et minime adimpleverimus per quolibet modum aut summissis personis, tunc componat pars parti fidem servanti eiusque heredibus auri solidos duodecim bitiantes. et hec chartula promissionis, ut supra legitur, sit firma, Quam chartula promissionis, sicut superius legitur, a nobis facta david curialis scribere rogavi die et indictione suprascripta hoctaba. hoc sign † um manus suprascripti leoni naupigii. sign † um manus suprascripti (*deest nomen*). sign † um manus suprascripti leoni de artiafi. sign † um manus suprascripti alii leoni, qui dicitur de maurisculu. sign † um manus suprascripti alii leoni, qui dicitur sola. sign † um manus suprascripti marini et petri germanis. his omnes consortes et parentes, qui omnia suprascipta in unum voluntarie sue fieri rogaverunt et testes, ut subtus scribere rogaverunt, quod ego qui suprascriptus pro eis subscripsi et interclusi. †

† ego cicinus subdiaconus subscribsit †

† ΕΓΟ ΙΟΑΝΝΕ ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ СΤΕΦΑΝΙ ΡΟΓΑΤΟΥC Α CCΤΑC ΠΕΡCΟΝΑC ΤΕCΤΙ CΟΥΒ †

(*ego ioanne filius domni stefani rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi*)

† ΕΓΟ CΕΡΓΙΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ ΔΟΜΕΤΙ ΡΟΓΑΤΟΥC Α CCΤΑC ΠΕΡCΟΝΑC ΤΕCΤΙ CΟΥΒ †

(*ego sergius filius domni dometi rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi*)

† ЕГО ΙΩ ΦΙΔΙΟΥC ΔΝ ΚΕCΑΡΙΙ ΡΟΓΑΤΟΥC Α CCTAC ΠΕΡCΟΝΑC ΤΕCΤΙ COYB. †

(*ego ioannes filius domni cesarii rogatus a suprascriptas personas testi subscripsi*)

† ego david curialis complevi et absolvi die et indictione suprascripta hoctaba. †

CLXXIX.

A. D. 950.

† In nomine domini dei salbatori nostri ihesu cristi. Concessimus nos vir gloriosissimus gisolfus divina providentia langobardorum gentis princeps, pro amore omnipotentis dei et salute anime nostre, per rogum domne gaitelgrime dilecte matrix nostre tibi iohanni abbati patri nostro et in tuo monasterio, que a nobo fundamento intus hec civitatem salernitanam fundasti, terras pertinentes sacri nostri palatii, que est hiscla ubi due flumina dicitur acto lucaniano, in qua ecclesia sancte dei genetrici virginis marie sita est cum terris, silvis, aquis, et aquarum usibus per circuitum ipsius ecclesie, idest ex omnibus partibus miliaria quattuor, cum finis et viis, et cum omnia infra se habentibus; in ea ratione, ut amodo et deinceps per hoc nostrum roboreum preceptum, ea que prelegitur, tu nominatus iohannes abba, tuisque successoribus et pars vestri monasterii securo nomine habere et possidere baleatis, et omnia exinde faciatis quod volueritis, et a nullo ex nostris iudicibus, comitibus, castaldeis, vel a quibuscumque agentibus, habeatis exinde aliqua requisitione, set perpetuis temporibus securiter hanc firmiter eos habeatis. quod vero preceptum concessionis ex iussione suprascripte potestatis (†) scripsi ego petrus notarius. actum salerno palatio de anno octabo decimo, MENSE NOBEMBER NONA INDICTIO [1].

(†) Locus sigilli cerei.

[1]) Ectypum sigillum huius chartae idem est ac in diplomate eiusdem Principis sub anno 959 Ch. CCI, cuius fac-simile inspicitur in fine voluminis.

CLXXX.

A. D. 952.

† In nomine domini vicesimo anno principatus domni gisolfi, mense agustus decima indictione. dum ante nos petrum iudice coniunti sunt friderisi et radoaldus et dauferi germani filii pandoni ad faciendum finem cum radelgrimo iudice et petrus clericus germani filii roderisi ad faciendum inter se finem de terra et silba ultra ribus altu [1]), ex quo ipse radelgrimus et ipse petrus clericus cum ipsi germani causaberat, ut eorum esset pertinente per gradum successionis de suos parentes; ipsi nominati friderisi et radoaldus et dauferi dicebat, ut predictam rem eorum esset pertinentem per successionem de suis parentibus, et per partes manifestaberat toti ipsi causatores monimen exinde non abere. ex quo inter eis iudicavimus, ut pariter super eadem rebus pergere et ipsi germani friderisi, radoaldus, dauferi, qui ipsa rebus possessuri sunt, per finis eidem germani monstrare et iurare eorum, ut sicuti eos monstraberit, sic fuisset abii et genitores illorum et legibus eorum esse pertinentem. et abierunt post aliquantos dies una nobiscum toti ipsi causatores super eadem rebus, coniunti sunt et ceperunt ipse friderisi, radoaldus, dauferi monstrare ipse finis: a partibus orienti montraberunt limite et signaite que per ipsi arbori fecerunt, de super parte monstraberunt bia antica, a partibus occidenti monstraberunt ipso ribus altu, de subter parte monstraberunt limite et padule et dixerunt, ut infra ipse finis abii et genitori eorum fuisset et legibus illorum est pertinentem. nos quoque iudex, cum toti ipsi causatores in sacratissimo salernitano palatio sumus coniunti et sancta dei evvangelia benire fecimus, et statim iurabit ipse friderisi, radoaldus, dauferi et dixerunt per hec sancta dei evvangelia, quia ipsa terra, sicuti per finis eos monstraberunt, abii et genitori eorum fuisset et legibus eorum esset pertinentem, ad ipsi alii eorum parentes noluerunt sacramenta ipsa ab eis recipere, set ipsa sacramenta eorum donaberunt adque relaxaberunt, et launegild ab eis exinde receperat camiso unu. et taliter fecimus scribere iohannes notarius.

† ego qui supra petrus iudex.

---

[1]) *Ribus altu*, in principatu Salernitano.

CLXXXI.

A. D. 952.

† In nomine domini vicesimo anno principatus domni nostri gisulfi, mense september undecima indictione. cum essem ego petrus iudex in sacro salernitano palatio ad singulorum causatores causas diffiniendas; et una simul ibidem aderad nobiscum noviliores homines, tunc quoram nostris presentiis coniunti sunt, hi sunt waimarius comes et thensaurarius et secum adduxit sacerdotes ecclesie sancti maximi, quem domnus waiferius princeps intus hec civitatem construxit, et pro cuius causas ipse waimarius cause agebat cum iohannes, qui comorantes est in castello apus monte [1]), propter rem illam de locum nuceria ubi agella dicitur, qui fuit iannelgari filius iohannis et per ipsum iannelgari monachus per cartula omnis eius rebus in eandem ecclesia offerta est, et ante os dies ipse iohannes de predictam rem causavit cum maraldus presbiter, qui eos a pars ipsius ecclesie im beneficium tenet et cum maionem castaldum adbocatorem ac defensorem predicte ecclesie, querentes rem ipsa ipse iohannes sivi conbincere per unum preceptum sigillatum que ostendi continentem; qualiter a pars palatii ipsius iohanni et petri germano eius concessa fuerat omnis rebus iannelgari de locum nuceria, et per solum prephatum preceptum, quem ipse iohannes manifestaverat tantummodo ex ipsam rem habere, rem ipsa sivi conbincere querebat, et per ipsum waimarium et ipsi sacerdotes et antea per ipsum maionem pro pars ipsius ecclesie ostensa est una cartula offertionis, qui cum relecta fuit, continebat: essent emissa tricesimo primo anno domni guaimarii principi et patricii filius domni guaimarii principi de mense iulius undecima indictione, ipse iannelgari filius iohannis unaque cum ermengarda uxore sua et cum iohannes clericus filium eorum pro suis salutis anime offeruerat im prephata ecclesia sancti maximi omnis rebus sustantiis suis nominatibe in ipso locum agella et per finibus nuceria et staviense, vel ubique ex eorum rebus imbentus dederit, scripta per theodericus notarius et roborata sufficienter. et dum indictiones de ipsa cartula et de ipsum preceptum requisita fuit, anteriores est ipsa cartula de ipsum preceptum, et per pars prephate ecclesie sententia illi preposita fuit dicentes; ut a quo ipse iannelgari cum predicta uxore et filio suo omnis rebus suas in ipsa ecclesia offeruit, sicut ipsa cartula continet, iam postea non habui pras [2]) palatii que eorum concedere.

---

[1]) *Apus monte* vel *Aput monte* prope Nuceriam, quo nomine olim indicari solebant terrae, ubi nunc sunt *Mater Domini*, *Rocca*, *S. Giorgio*, *Siano*, *Lanzara* etc.

[2]) *Pras*, pro *pars*.

et iterum per ipsum iohannes ad hec sententia datum fui eorum responsum, ut aliut fuisse iannelgari, que ipsa cartula continet, aliut ille quem ipse preceptum continet, et predictam rem de illo iannelgari fuisse, que ipse preceptum continet. et iterum a pars prephate ecclesie ad hec sententia datum est ei responsum, ut prephatam rem de illo iannelgari, et uxore et filio eius fuisse, quem ipsa cartula eiusdem ecclesie continet, et ipsorum rem pars ipsius ecclesie dominatura et possexura est. unde ipse iohannes a nos, qui supra per iudex, interrogatus fui, ut si per homines aut monimen facere potuerit, qualiter alium sit iannelgari quem ipse eius preceptum continet de illo, quem ipsa cartula continet, et predictam rem de illo iannelgari fuisse, que ipse preceptum continet; ipse iohannes manifestabit et dixit: tale abprobationem per nullis modis facere non poteret. pro ita inter eis iudicavimus, et wadiare illos fecimus, ut pars ipsius ecclesie iusta legem isdem iohanni iurare, ut predictam rem, que ipsa cartula continet, de illo iannelgari fuisse, que ipsa eorum cartula continet, et rem ipsa prephata ecclesia firmiter habere; et ideo ad expleto constitutum, ut dictum est, ad predicta sacramenta persolbendam replicati sunt, et nos sancta dei evangelia ibidem benire fecimus, et a pars prephate ecclesie parati sunt septem sacerdotes de ipsa ecclesia, hi sunt iohannes et iohannes presbiteri, et leo et sellictus et sergio et benedictus presbiteri et ipsum maraldus presbiter volendo ipsa sacramenta ei persolbere. set ipse iohannes noluit sacramenta ipsa recipere, set a presentis pruntissima sua volumtate manifestavit se et dixit, ut rem ipsa, unde superius causavit, ipsius iannelgari fuisse, que ipsa cartula offertionis continet, et legibus de ipsa ecclesia pertinentes esse, et neque per ipsum preceptum, neque per alia monimen, neque per testes, neque per nullaquoque imbenta ratione, de supradictam rem adbersus pars ipsius ecclesie causare aut contendere non poteret per nullis modis. unde nos superius iudex iuxta eius manifestatione iudicavimus, ut pars ipsius ecclesie omni tempore rem ipsa securiter ac firmiter habeas et possideas absque requisitione vel contrarietate ipsius iohannis et de eius heredes, et perpetua securitate ipsius ecclesie hunc hemisimus iudicatum, quod scripsi ego theodelgrimus notarius et interfui.

† ego qui supra petrus iudex.

CLXXXII.

A. D. 952.

† In nomine domini vicesimo anno principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis, mense september undecima indictione. memoratorium factu a nobis inghelgardus clericus filius quon-

dam inghelgardi et garofalus filius lioperti, eo quod ante supscripti testes, pro vice nostra et de consortibus nostris, tradidimus at lavorandum stefani, qui vocat scontratu, abitatores de tragonege, de rebus nostra, quod commune habemus in montibus de locum cetaria et in falerzu, et in carvonara, per hec finis: a partibus orientis fine sancti cesari et fine capuaque [1]), sicut fine nostra discernit; a partibus meridie fine pede de ipso monte falerzu, sicut balle discernit, et descendente in ipso flubio de cetara, et prevaricante in ipso flubio et coniungente in ballone maiore, et per ipso ballone saliente in ipso toru de inbrici, et ricto exiente in ipso flubi de carvonara; de super parte fine serre. infra suprascripte finis ipsis rebus ipsius stefani ad lavorandum et seminandum tradidimus quantum inde ille et hominibus, qui ibidem ad lavorandum miserit, liceat illis de ipse silbis roncare et scampare, et illis sue potestatis eos detinere, et annualiter hamodo et usque octo anni completi illis ibidem seminare; et, de quod annualiter ibidem seminaberit, deant nobis vel ad nostris heredibus exinde terraticum secundum consuetuo de ipso locum, et liceat illis ibidem iusta rationem omnis sue utilitatis facere. unde omnia suprascripta nobis adimplendum, per vona combenientia wadia nobis dedit ipse stefanus et mediatorem mihi posui se ipsum, et per eadem wadia obligabit se et suos heredes. quod si taliter omnia, que supra legitur, nobis vel ad nostris heredibus non adimpleberit, componere obligabit se et suos heredes nobis nostrisque heredibus decem auri solidos, et omnia suprascripta per inbitis nobis complire. et hunc brebem scripsit ego antipertus notarius, qui interfui.

† ego mahenolfus

† ego ragemprandu.

CLXXXIII.

A. D. 953.

† In nomine domini vicesimo primo anno principatus domni nostri gisolfi glorioso principe, mense september duodecima indictione. memoratorium factu a me maraldus presbiter filius lamfrid , eo quod in nuceria ante presentia waiferi gastaldei et maioni et petri, qui fuerunt gastaldei et alii testes wadia mihi dedit lupus clericus filius petri, et seipsum mediatorem exibit, eo tinore, ut amodo et usque completa septem frugias, tenere ad laborandum et ad pastenandum

[1]) *Tragonege*, *Cetaria*, *Falerzu*, *Carvonara*, *Sancti Cesari*, *Capulaque*, loci inter Amalphiae et Cavae fines positi.

vites in ipsa terra cum arbustis de locum nuceria, ubi aiella dicitur, que ego in veneficium teneó a partibus ecclesie sancti maximi, quod sunt due pecie; prima pecia cum arbustis vitatis et abellanietum uno teniente in ipso locum aiella amodo et usque ipso constitutum annualiter temporibus suis eos laborare et cultare de super et de subter, ut vene peread laboratum et cultatum, et ubi meruerit aste ponere infra ipso arbusto, et vites traere et propaginare. et ipso abellanietum temporibus suis studiose colligere et seccare, et ipse abellane secce tote nobis medietatem dare, et ipso arbusto per tempore bindemiare, et ipso vinum ad palmentum dibidere mecum vel cum missos meos per medium equaliter, et ille per tempore de bindemie conciare nobis organeum nostrum, et ipso vinum, que nobis exinde hebenerit, ille autem portare illut nobis infra ipso locum nuceria, ubi ipso organeum meum habuero. ipsa alia pecia, que dicitur a subter aqua in ipso locum aiella, amodo et usque ipso constitutum ille autem ibi pastenare per ipsi arbores vites et propaginare et facias ibi arbusto vitatum, sicut locus ipso meruerit, et dare nobis exinde de ipso vinum, que ibi fecerit, medietatem in suprascripta rationes. quod si taliter omnia, quomodo superius legitur, nobis adimplere noluerit, componere nobis se obligabit decem solidos costantinos et per imbitis ita adimplere.

† ego grimoaldus notarius interfui et hunc brebem scripsi. ideo memoramus adque subter adiuncximus, ut de ipsi arbores vitatis de predicta pecia subtus ipsa aqua dicitur . . . nobis medietatem de illut que ille ibi pastenaberit, nullam nobis exinde dare, set totum sibi habere. et ego superius grimoaldus notarius subiuncsi.

† ego qui supra waiferius

† ego petrus.

CLXXXIV.

A. D. 954.

† In nomine domini anno vicesimo primo [1]) principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis, mense ianuarius duodecima indictione. memoratorium factu a nobis iohannes filius adelgari et adelgari filius mauri qui sumus tio et nepus, eo quod in sacratissimo salernitano palatio ante

[1]) Lege: *anno vigesimo secundo*; nam mense Ianuario sub Indictione XII vigesimus secundus annus principatus Gisolphi decurrebat.

presentia radelgrimi iudici et alii testes coniuncti sumus cum leonem et ursus atrianensi germani filii sergii, qui vocatur boccapizzola, ad faciendum inter nos finem de ipsum monte, qui vocatur da grisolu de locum traboneia ubi maiano dicitur, querentes ipsi germani ibidem in eodem monte habere pro pars ermeperti filius ladiperti, unde ipsi germani ostenderat una cartula et unum brebem sigillatum et alii brebri. ipsa cartula continebat, quomodo ipse ermepertus venumderat (*deest nomen*) de dabit sortionem suam de ipsum monte medietatem per hec finis : de due partis fine bie, du alia pars fine de serbi sancti cesarii, et de alia pars fine roderici filius gentili : infra ipse finis et extra ipse finis ubicumque exinde in ipsum monte inbentus dederit media sua sortionem ei venumdederat. ipsum brebem sigillatum continebat, quomodo supradicta potestate concesserat ipsorum germani omnis rebus ipsius ermeperti pro qua dicebat, ut absque heredes defunctus fuisse, et ego nominatus adelgari ostedit unum iudicatum, quomodo germani mei in causationes fuerat cum filii magenolfi de predictam rem et diffinitionem exinde fecerat. nos autem contrabimus eorum dicendum, ut non ipse ermepertus absque heredes defunctus fuisse, set nos ei hereditare debemus, et inter nos iudicium accedit, ut secundum legem nos iuraremus, quomodo ipsius ermeperti nos hereditare debemus, et nos cum sacramentalibus nostris sumus parati sacramentum ipsum persolbendum; set statim orta est inter nos inde vona combenientia, ut absque sacramenta illud inter nos diffinirent. illis autem donaberunt nobis ipsum sacramentum et launegilt a nos exinde recepi camiso unum, et manifestaberunt se, ut quanta rebus nos et consortes nostros possessuri et dominaturi sumus per tota finibus et pertinentia de mitiliano et traboneia et maiano, per nullis modis nec per nulla ratione exinde causare aut contendere non potere aliquando tempore; et wadia nobis dederunt et mediatorem nobis posuerunt sergius atrianense filius ursi qui dicitur boccafaldola. et per eadem wadia obligaberunt se et suis heredibus, ut non aliquando tempore queras plux de nos illis aut suis heredibus in ipsum monte infra ipse finis, quem ipsa cartula continet, quod superius declarat habere per qualecumque ratione, set omni tempore medium ipsum monte infra ipse finis sint ad potestate nostra et de nostris heredibus, et medium ad potestate eorum et de eorum heredes, ut semper ad equaliter inter nos fiad dibisum illut infra ipse finis: nos et nostris heredibus tollamus inde medietatem, et illis medietatem. illut extra ipse finis, ubicumque de rebus ipsius ermeperti inbentus dederit, totum in integrum ad nostra potestate retradidit ad securiter nos et nostris heredibus omni tempore firmiter illut habendum, et omnia exinde faciendum, que nobis placuerit, absque cuiuslibet contrarietate vel requisitione; et obligaberunt se et suis heredibus defensare nobis et ad nostris heredibus omnia suprascripta da pars uxori sue et da omnes consortes suos et da omnes homines, qui pro pars eorum vel pro partibus uxori sue emiserit nobis de predictam rem quacumque calumnie, querendo aliquit exinde nobis tollere aut contrare. si autem illut nobis non defensaberit et aliquit de omnia,

ut superius legitur, quesierit remobere aut contrare, et noluerit in ista conbenientia permanere, componere obligaberunt se suique heredibus obligaberunt nobis et ad nostris heredibus decem solidos costantinos, et omnia suprascripta per imbitis nobis complire, et adbersus nos taciti et vacui inde manere. tamen sic nobis defensare illis et suis heredibus semper nobis et ad nostris heredibus omnis rebus, quantum in predictis locis nos et consortes nostros dominaturi sumus, et medium illut infra ipse finis et totum illut extra ipse finis, quantum fuit ipsius ermeperti per supradicta wadia et obligata pena, sicut superius legitur.

† ego romoaldus notarius interfui et hunc brebem scripsi

† ego qui supra radelgrimo iudex.

CLXXXV.

A. D. 954.

† In nomine domini vicesimo secundo anno principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis, mense iulius d uodecima indictione. memoratorium factum a me mulier nomine gemma filia mauroni atrianense, qui primis fui uxor richardi filius machenolfi de locum nuceria et modo sum uxor mirandi filius ruscinii, eo quod ante subscriptis testibus coniuncti fuimus cum superscripto machenolfus socero meus super una pecia de terra cum arboribus vitatis, quas ipse machenolfus habuit in nominatum locum nuceria procul ipsum balneum publicum, qui est de . . . . . de predictum locum nuceria; que habet finis de unu latere, qualiter limite et sepe discernit, fine de heredibus ermengari, et rebolbente per ipsa fine et coniungente ad fine sancte marie de nuceria et per ipsa fine redientem et exientem in via publica; de capite fine ipsa via; de alio latu fine de hominibus atrianensi, et rebolbente modicum per ipsa fine et inde per ipsa sepe et limite coniungentem in alia bia publica; de pede fine ipsa nominata via, et per ipsa via coniungentem ad ipsa priore fine de heredibus nominati ermengarii, propter guadia illa quam . . . . . . temporibus ipse quidem machenolfus datam habuit ipsius mirandi viri meus dandum mihi que supra gemme, inclita quartam de omnibus rebus predicti richardi filio eius, qui fuit priore vir meus. et dum pro huiusmodi ordinem cum ipso machenolfus super predicta pecia de terra fuissemus coniuncti, statim orta est inter nos convenientia, ut ipse machenolfus adunaret mihi predicta pecia de terra per ipse suprascripte fines de omnis quarta mea, quam ego per meum morginchap tollere et percipere et habere debui de omnis rebus sub-

stantiis ipsius richardi filius eius, qui fuit priore vir meus. sic itaque inter nos convenientibus, ipse qui supra machenolfus sua bona voluntate per unam bite ut unum arborem tradiderunt nobis ipsa pecia de terra cum arboribus vitatis, cum omnibus arboribus et pomifera sua et cum ipsi parieti fabriti, et cum proprie finis, et vice de bia sua, et cum omnia infra se habentibus, et nobis qui supra viri et uxori congruum fuit ipsa pecia de terra per supradicte finis pro omnis quarta mea ipsa terra recipere et illam mihi adunare, et imputabimus ipsa pecia de terra nobis pro omnis quarta mea, quam tollere legibus debui de omnibus rebus substantiis ipsius... ... et predicti richardi vir meus de stabile et de mobile, de servis et ancillis, de peculiis, de omnia et in omnibus stabilis et mobilibus eorum ubicumque inbentus dederit pro totum et affunditus ipsa predicta pecia..... parieti fabriti, qui super hedificati sunt per suprascripte finis pro omnis quartam...... cepimus, et ipse machenolfus pro omnis quarta mea illam nobis tradidit et donabit. unde pro taliter sua bona voluntate, guadia nobis ipse machenolfus dedit, et mediatorem nobis posuit leonem, qui ruscinius vocatur filius petri; et per ipsa guadia obligavit se et suis heredibus tali ordine, ut si amodo et aliquando tempore ipse aut eius heredes predicta pecia de terra nobis aut ad nostris heredibus tollere aut contrare presumserit, primis omnibus illorum questio adversus nos et nostris heredibus tacita et contempta et bacua remaneat omni tempore, et per ipsa guadia componere nobis aut ad nostris heredibus centum solidos aurei constantinos. preter, si qualiscumque homo de predicta terra nobiscum causaverit, et per legem illam perdiderimus, unde ausi fuerit illis nobis iurare quod illorum non fuisset colludio, tunc per ipsa guadia daret nobis de infra nuceria aliam talem peciam de terra arbustata vitatam. qualis predicta pecia de terra illis diebus fuerit, et per supradicta guadia nobis semper eos defensare ab omnis homines. † ego guiso subdiaconus et notarius interfui et hunc brebem scripsi.

† ego qui supra magenolfus

† ego tassilo

† ego mirandus

† ego benedictus

† ego walcari

† ego leo

† ego iochardus.

CLXXXVI.

A. D. 954.

† In nomine domini vicesimo secundo anno principatus domni nostri gisolfi gloriosi principi, mense december tertiadecima indictione. ante nos petrus gastaldus et iudice causabit dauferi filius pandoni cum ursus atrianense filius iannelgari, qui dicitur ingeniusu, ut ipse ursus tenere rebus in finibus nucerie locum ubi uniano dicitur eidem dauferi pertinentem; ipse ursus dicebat in eodem loco rebus tenere, set dicebat ei esset pertinentem per unum preceptum, qui nostris presentiis ostendi; unde ipse dauferius ostendi tres precepta sigillata et manifestabit se plus monimen inde non abere, cum quo relegere fecimus ipsa precepta, quas ipse dauferius ostendi. continebat, qualiter predicti pandoni genitori eius concessa fuerat rem. in finibus nucerie: ipse preceptum, quas ipse ursus ostendi, continebat, qualiter domnus sichardus princeps concesserat cunari atrianensi, qui fuit bisabio mulieri nomine grusu, que est uxor predicti ursi, can dede[1]) bonipertus de uniano cum uxore et filiis et omnia eius pertinentia. cum autem precepta illa relegere fecimus, dicebat ipse ursus, ut rem ipsa eidem dauferio monstrasset ante radelgrimo iudicem et dicent, ut de ipso preceptum eius esset pertinentem. nos superius iudex interrogavimus ipsum dauferium, si per monimen aut per testimonia facere potuerit, qualiter rem ipsa de ipsa preceptora esset pertinentem; ille autem manifestabit non ita facere potere. iterum interrogavimus illum forsitans rebus ipsa dominasset, ille autem manifestabit non illam dominabit aliquando; ex quo inter eis iudicabimus et per partes eos wadiare fecimus: ipse ursus secundum legem eidem dauferi iurare, ut ipsam rem, sicuti ante ipso radelgrimo iudex illam demonstrabi, de ipso preceptum eius esset pertinentem; et ubi taliter iuraberit, rem ipsa securiter sibi abere; unde ipse dauferius mediatorem exinde posui petrus filius rumoaldi et ipse ursus mediatorem exinde posui. et taliter scribere fecimus iohannes notarius.

† ego qui supra petrus iudex.

---

[1]) *Can dede*, idest *quando dedit ?*

CLXXXVII.

A. D. 955.

† In nomine domini vicesimo secundo anno principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis, mense ianuarius tertiadecima indictione. memoratorium factum a me mirandus filius quondam ruscinii, eo quod ante presentia guaiferi castaldei et aliis subscripti testes per bonam convenientiam guadia mihi dederunt petrus et cicerus germani filii quondam lademari. et mediatorem mihi posuerunt amatus filius comperti, tali ordine, ut amodo et usque decem anni completi ipsi nominati germani vel suis heredes laborare tota ipsa pecia de terra cum arboribus vitatis, que est in locum nuceria propinquo ipsum balneum publicum, qui mihi est pertinentem a parte gemme uxore mea filia mauroni atrianense, et eadem pecia de terra cum arboribus vitatis omnem annum suis temporibus de subter et de super laborare, et ubi meruerit arbores et vites plantare, et studiare et propaginare, ut bene pareat laboratum, et omne annum per ipse vindemie conciaret nobis organeum nostrum, ubi sortione nostram de ipso vinum reponere possamus, et suis temporibus eos omne annum vindemiare, et ipsum vinum totum ad palmentum nobiscum per medium dividere, nobis daret exinde medietatem et illis tollere reliqua medietatem, et ipse ficu et poma similiter omne annum nobis medietatem daret; et si parutus fuerit, quod in ipse ficu et poma fructum non redierit, nos ei nullam calumpnia exinde preponamus, et de que ibidem seminaverit omne annum, daret nobis exinde terraticum secundum consuetudinem ipsius loci. et dum ad ipsa vindemia steterimus sibe nos, sibe noster homo, nutriret nos, seu hominem nostrum, qui ibidem fuerit ad omnem suum spendium, et sortionem nostra de nominatum vinum illis nobis adduceret, usque dum illud posuerimus infra nominatum locum nuceria. nam si infra predictum constitutum, predicta gemma uxor mea fuerit defuncta, et nos vel nostris heredes terra ipsa recolligere voluerimus, licentiam habeamus illam ad nostram recolligere potestatem, absque omni illorum contrarietatem. quod si omnia, ut prelegitur, nobis non adimpleverit, obligaverunt se per ipsa guadia et suis heredes ad componendum nobis vel ad nostris heredes decem solidos constantinos, et omnia, ut prelegitur, per imvitis nobis adimpleret.

† ego wiso subdiaconus et notarius interfui, et hunc brebem scripsi.

† ego qui supra waiferius

† ego benedictus

† ego madelfreda
† ego walcari.

CLXXXVIII.

A. D. 955.

† In nomine domini vicesimo tertio anno principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis, mense magius tertiadecima indictione. ideo que ego martinus filius quondam dominici, de locum angre finibus nucerie, vona enim mea voluptate, ante subscripti testes per hanc cartula venundedi tibi petri presbiteri filius gaidemari monahi una pecia de terra mea cum abellanietum, quem habui in locum nuceria, ubi propio pucianu dicitur a super ecclesia sancti prisci; habet finis terra ipsa da pede et de uno latu fine terra de heredes mirandi de casolla, de capite fine de heredes wisenolfi, de alio latu fine iamfrid et roffi germani filii iohanni, quod emtum habunt da iohannes genero predicti odi, et est per mensuria terra ipsa in longitudine passi quinquaginta nobem, et per latitudine in ipso capite circa fine de heredibus predicti guisenolfi passi octo, et in medio locum passi decem, et in pede passi sex et pedi duo. in simul per hanc cartula venundedi tibi qui supra petri presbiteri una pecia de terra mea, quem habemus subtus ipsum montem levinum, ubi propio pucianu dicitur, que est castanietum et insitetum: habet finis ipsa pecia de terra de uno latu et de uno capu fine terra domnica, quem tenent atrianensi, de alio latu fine terra sancti angeli, de supter parte fine terra mea, qui supra petri presbiteri coniuntum est. hec vero predicte duabus pecie de terris, qualiter superius finis posite sunt, et mensuria ipsa percurrit ad iusto passu homini mensuratum, cum propie finis et vice de vie sue et cum omnis arboribus et pomifera sua, et cum omnia infra se habentibus, trasactibus nomen et affunditus eos tibi nominati qui supra petri presbiteri venundedi. et pro confirmandam et stabiliscendam hanc mea vinditionem, nunc a presentis recepi a te qui supra hemtorem meum statutum pretium, idest aurei tari numerum decem. finitoque vero pretium aput me ea ratione, ut a presenti die et im perpetuis temporibus tu, qui supra petrus presbiterum, quam et tuis heredibus predicta mea vinditione securiter et firmiter habere et possidere baleati et faciatis, quod volueritis. ex qua promitto, et obligo me, qui supra martinus, et meis heredibus tibi nominati petri presbiteri et ad tuis heredibus, ut eaque mea vinditione nos vobis da partibus de uxore mea et da homines antistare et defensare promittimus. quod si minime potuerimus, aut si nos ipsi per

quolibet ingenium venditionem istam, quam prelegitur, remobere aut retornare quesierimus, ante omnia questio nostra sit bacua et inanis, et duplum supradictum pretium nos vobis componere promittimus; et que aput vos fuerit remelioratum aut supra factum edificium, sub estimationem pretium vobis restituamus; de colludio autem nos vobis secundum legem iuremus per dei misteria. et te maraldus subdiaconus et notarius scribere rogabimus. actum nuceria.

† ego iochardus

† ego walcari

† ego iochardus.

CLXXXIX.

A. D. 955.

† In nomine domini vicesimo tertio anno principatus domni nostri gisolfi glorioso principe. mense magius tertiadecima indictione. memoratorium factu a me gutti atrianense filius roderici, eo quod ante bonorum omines, qui subter scripti sunt, guadia mihi dedit mastalus amalfitanus, qui dicitur roibulu, et mediatorem mihi posuit seipsu, et per eadem guadia obligabit se et suos eredes tenere ad sue potestatis inclitum ipsum montem meum, qui mihi est pertinentem, qui vocatur falertiu [1]), et annualiter amodo et usque sex anni completi licead de ipsum monte lignamina iusta ratione abscidere, et ipsum castanietum per tempore colligere, et omnis annu dare mihi et ad meis eredibus de ipsum monte et de ipsum castanietum unum tari vonu; et abet finis ipsa rebus de una parte fine media serra de ipsum monte, alia parte fine medio ribus, qui dicitur acqua puteda, de suptus fine litore mare, alia parte fine flubio albole [2]) et saliente et coniungente in ipsa serra; et obligabit se ipse mastalus et suis eredibus, inclitum ipsum castanietum et quertietum usque ipso constitutum salbum nobis facere: ad completo ipso constitutum. ipsa rebus per ipse finis rebertar ad potestate mea vel de meis eredibus. quod si taliter, ut superius legitur, nobis non adimpleberit, tunc per ipsa guadia obligabit se et suos eredes ad componendum mihi et ad meis eredibus decem solidos costantinos, et per inbitis illut nobis complire. et hunc brebem scribsi ego richardus notarius et interfui.

---

[1]) *Falertiu*, mons intra fines Cavae et Amalphiae.

[2]) *Albole*, flumen, a quo nomen accepit pagus *Albori*.

† ego iohannes notarius me subscripsi
† ego maio.

CXC.

A. D. 956.

† In nomine domini vicesimo tertio anno principatus domni gisulfi principis et patricii, mense martius quartadecima indictione. memoratorium factu a me lupinus archipresbiter et abbas, et una mecum adessent alderissi notarius advocatorem meum, eo quod in sacratissimo salernitano palatio ante nobiliores homines dedimus ad lavorandum petri filio senatori una clausuria de terra cum arbustis, quod pars nostre ecclesie sancti maximi avent in locum nucerie, ubi ad ipsa fosara [1]) dicitur, que abet finis de uno latere fine ipsius petri, sicut bia combentiaria [2]) discerni, de alia parte fine medio aquaru, de super parte fine de heredes aherisi et pertange im fine de heredes ermengari, de quarta vero parte fine rebus ecclesie sancti biti et perexiente im fines de heredes adelchisi. hec vero terra cum arbusto, qualiter superius finis posite sunt, illos ei ad lavorandum tradidimus: unde pro taliter wadia mihi ipse petrus dedit, et mediatorem mihi posuit taxilo, qui miro vocatur filius petri, tali ordine, ut amodo et usque ad completi biginti nobem anni ipse quidem petrus, vel suos heredes rebus ipsa per supradicte finis annualiter temporibus suis lavorare, et eos potare, propaginare, et ipsi arbori zappare, et ubi necesse fuerint, arbores plantare et eos cultare de super et de subto, sicut locus ipse meruerint ut vene paread lavoratum, et per tempore eos custodire, et salbum facere, et bindemiare, et ipso binum ibidem ad palmentum, et omnis poma inde nobiscum vel cum pars ipsius ecclesie dividere nos medietatem, et illis medietatem; et nos demus organeum, ubi ipso binum reponant, et ille eum conciare, sicut meruerit, et ipso reponere in casa sua, et salbum eos facere usque ad natibitas domini absque degeneratione et ingne, et quale hominem illuc iherint pro ipsa bindemia recolligendum, ille ei dare manducare et bibere; que autem ibidem seminaverint, dare inde nobis terratico secundum consuetudinem de ipso locum. quod si taliter omnia, ut superius legitur, amodo et usque ad ipso constitutum ille suoque herede nobis vel im pars prephate ecclesie per

[1]) *Fosara*, *Fusarium* vel *Fosarum*, dicitur locus ad linum curandum.

[2]) *Bia combentiaria*, idest *via conventiaria*.

supradicto hordine non adimpleverint, tunc per ipsa wadia hobligavit se suoque herede ad componendum nobis, vel ad posteros nostros decem auri solidos constantinos et ea, que prelegitur, per inbitis complire.

† ego superius alderissi notarius hunc brebem scripsi.

† ego dauferi.

CXCI.

A. D. 956.

† In nomine domini vicesimò quarto anno principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis et imperialis patricii, mense iulius quartadecima indictione. ideo que ego petrus clericus filius bassalli, vona enim mea voluntate ante presentia guaiferi castaldei et aliis subscripti testes, per hanc cartula venundedi tibi petri presbiteri filius iohanni presbiteri, astante ipse genitore tuo et per eius absolutione, una pecia de terra mea campense cum radiis arboribus vitatis, quem habeo in finibus nucerie locum barbaciano, ubi propio salara dicitur; que abet finis de una parte via publica, sunt ibidem per mensuria passos quinquaginta quattuor; et de alia parte fine mea et benedicti varbano meo et de redes petri, sunt ibidem per mensuria passos triginta ses; alia quidem parte fine de filii ipsius petri, et rebolbente per ipsa fine et iterum rectum redientem et coniungentem ad fine de heredes benedicti de locum faiana, sunt exinde per mensuria passos quinquaginta septe; alia igitur parte fine de heredes nominati benedicti et ipsa fine coniungentem in ipsa via, quod est priore fine, sunt ibidem per mensuria passi triginta quinque. hec bero clausum, qualiter superius finis posite sunt et mensuria ipsa precurrit, ad iusto passu homini mensuratum, cum propie finis et vice de via sua, et cum omnis arboribus et pomifera sua, et cum omnia infro se habentibus trasactibus nomine et ab funditus eos tibi qui supra petri presbiteri venundedi. et pro confirmandam et stabiliscendam hanc mea vinditione, nunc a presentis recepi a te qui supra hemptorem meum statutum pretium, idest aurei tari cassimini numerum tridecim; finitoque vero pretium aput nos ea ratione. ut a presenti die et im perpetuis temporibus tu qui supra petru presbiter quam et tuis heredibus predicta mea vinditione securiter et firmiter habere et possidere valeatis, et faciatis quod volue-

ritis. es qua promittimus, et obligamus nos superius petrus clericus et nostris heredibus tibi nominati petri presbiteri et ad tuis heredibus, ut eaque nostra vinditione nos vobis ab omnis homines antistare et defensare promittimus. quod si minime potuerimus, aut si nos ipsi forsitan per quolibet ingenio vinditionem istam, quam prelegitur, removere aut retornare quesierimus, ante omnia questio nostra sit vacua et inanis, et duplum supradictum pretium nos vobis componere promittimus; et que aput vos fuerit remilioratum aut super factum edificium, sub estimatione pretii vobis restituamus, de colludio autem secundum legem nos vobis iuremus per dei misteria. nam si musa genetris mea aut quicumque omo pro eius parte de hac mea vinditione legibus vobis sue rationis tulerit, amodo anteposui et obligabi vobis ipsa terra mea cum arbustis, quem habeo in locum nuceria, ubi ad ipsa ioba dicitur ubi ipsa gripta edificata est, ut licentiam abeatis vos et vestris heredibus ex dicta terra tollere in quale parte vos volueritis alio tantum per abpretiatum, quantum de anc nostra vinditione vobis tultum fuerit, et omni tempore per supradicta obligatione firmiter et securiter illut habeatis cum vice de via sua, et faciatis exinde omnia quod volueritis. si autem de supradicta nostra vinditione, et de que superius vobis anteposuimus, causationes exurte fuerint, et per vobis ipsis volueritis esse autores et defensores, licentiam habeatis exinde causare et omnia agere et perficere, tamquam nos debuerimus, et per vobis ipsis exinde esse autores et defensores omni tempore: et si monimenes dicte terre aput qualiscumque hominem inventus dederit, licentiam habeatis exinde causare et monimen ipsa ad vestra recolligere potestatem, et omni tempore pro vestra defensione monimen ipsa habendum vestre potestati. et te maraldus subdiaconus et notarius scribere rogabimus. actum nuceria.

† ego qui supra waiferius

† ego tassilo

† ego guiso subdiaconus et notarius me subscripsi

† ego petrus

† ego frampertus.

CXCII.

A. D. 956.

† In nomine domini anno Septimodecimo domni landolfi gloriosi principi et anno tertiodecimo principatus domni paldolfi filii eius, mense iulius quartadecima indictione. Ego castelman-

nus, qui et cicero dicitur, filius ursi, de oc quod ante nobiliorum subscriptorum testium declaro me habere rebus in loco baneo propinquo abellino et in loco, ubi caprilia dicitur, et per alias singulas locas et case intus civitate abellini, et congruum michi est donare de ipsis rebus et casis adque mobilibus meis quartam parte andree filii loperissi. Propterea ego nominatus cicero, dum michi congruum esse videtur bona etenim mea voluntate, per hanc quoque videlicet cartula dono adque concedo tibi nominati andree integra quartam parte de omnibus rebus substantiis et casis atque mobilibus meis cum quartam parte de ipsas moniminas, que de ipsis rebus et casis sunt pertinentes atque continentes. Et ipsis rebus, ut diximus, hec sunt: curtis, hortalis, vineis, vinealis, castanieta, escleta, cerreta, monti, plano, cultu atque incultu, omnia et in omnibus, ubicumque de rebus et casis adque mobilibus meis inbentum fuerit, inclita quartam partem exinde tibi nominati andree donabit una cum inferius et superiusque, adque cum omnibus suis pertinentiis ad semper eos abendum et possidendum tu quam et tuos heredes, et cui a vos datum esse paruerit, et faciendum exinde omnia quodcumque volueritis sine contradictionem mea et de meis heredibus et sine cuiuscumque requisitione. Et pro hanc mea donatione confirmandam, continuo recepit a te iuxta legem launegilt mantellum unum: finita est ipsa mea donatio Ea ratione, ut amodo et semper eadem mea donatione habere et possidere securo nomine baleatis et securiter faciatis exinde omnia, quomodo et qualiter volueritis. Et aliter statuimus, ut usque dum dominus michi spatium vite donare dignatus est, ipsis rebus et casis mee sit potestatis usufruendi. . . . . . non bendendi, nec donandi, nec per nullis modis alienandi, nisi tantum usufruendi. Post meum vero obitum hebeniat in potestate tua et de tuis eredibus: tantum detis pro animam meam solidi quadtuor, et faciatis pro animam mea septima et trentale, et annuale. Quod si aliquando tempore eadem mea donatione, sicut prelegitur, retornare aud remobere quesierimus, Post hanc cartulam ostensam et relecta publice fuerit et in antea perseveraverimus eos remobendum aud exinde causandum, vel si illos vobis da omnis homines, cui a nos datum vel alienatum esse paruerit, non defensaberimus secundum langobardorum legem, ideo ante omnia questio et causatio nostra adversus vos vacua et tacita sint, Et quinquaginta solidos constantinos Per hanc cartulam vobis componere hobligamus, Et adversus vos per imbitis tacitis et contemptis maneamus. Igitur autem obligo me ego qui supra castelmannus atque heredes meos obligo tibi nominati andree quam et ad tuis heredibus, iamdictam mea donatione ab omnibus hominibus antistemus et defensemus secundum langobardorum legem. Simulque et da partibus uxori mee, Seu et ab omnibus hominibus, qui pro partibus eius inde causaverint, omni tempore antistemus et defensemus per supradicta hobligata pena. Da aliis vero hominibus Sciatis exinde per vos autori et defensori cum ista cartula et cum moniminas ipsas, que de ipsis rebus et casis sunt pertinentes adque continentes, ut liceam te et tuos heredes per

vos ipsi defensori essere et moniminas ipsas ad legem ostendere et omnia exinde facere, sicut ego et meos heredes facere debuissemus per eadem oblita [1]) pena. Proinde fecit ego iamdictus castelmannus tibi predicti andree hec supradicta donatio, pro quo tamen debet studiare et labare et omnia michi peragere, sicut filius pater. Quod taliter te gaidione subdiaconus atque notarius scribere rogavi in abellino, mense et indictione feliciter.

† ego ioannes

† ego sasso

† ego ildeprandus

† ego ermetancus clericus.

CXCIII.

A. D. 956.

† Vigesimo quarto anno principatus Gisulphi, mense Iulio quartadecima Indictione.

« Haec charta eadem est, ac illa sub numero CXCI. In ista vero tantum desunt mensurae « et agri fines.

CXCIV.

A. D. 956.

† In nomine domini vicesimo quarto anno principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis et imperialis patricii, mense iulii, quartadecima indictione. memoratorium factum a me stephanus filius quondam eregari de locum apos monte, eo quod ante presentia lamberti castaldei et alii subscribti testes coniunctus fui cum radoaldus, qui mundi vocatur, et guisonem et rodelgrimum germani filii quondam rodelgrimi ex eodem locum apos montem, illi nominati germani vice sua et

---

[1]) *Oblita*, scilicet *obligata*.

iohanni nepotes suos ad faciendum cum eis finem de rebus ipsa, que est in ipso monte de locum locolanu [1]), que est quertietu et olicitu et licinitu et silba uno teniente, unde ante hos dies plurime inter nos habuimus causationes. ego nominatus stephanus ibidem querebam habe sortione per una cartula, que de capite declarabat fines alfani cum rebus ad ipsi germani per successione est pertinentes, et ipsi nominata germani rebus ipsa a parte nominati alfani et per suas rationes querebat habere. et dum pro taliter cum ipsi germani fuissem coniunctus, orta est inter nos convenientiam, ut utrisque partibus pergeremus super eadem rebus, et inter nos rebus ipsa termitaremus [2]), et aliqua partem ex dicta rebus haberemus nos et aliqua parte habere illis, et sine sacramentum illud inter nos diffiniremus. et perreximus in ipsum montem de locolanu super nominata rebus, et utraque partes termitavimus ipsa terra a capite de ipso ballone, ubi ipse nominatus ballone finem facit usque in serra de ipsum monte, et a super ipso ballone similiter termitabimus rebus ipsa per traversum, et regressi fuimus ante prephato castaldeo, et ego qui supra stephanus manifesta ad ipsi germani, ut ab ipsi termines in super usque serra et usque ipsi termines, que fiximus per trabersum in partibus de paternum, et ipsi nominati germani manifestaverunt se dicentes, ut ab ipsi termites in subto in partibus de tabellaria et ab ipsi termines trabersi in subto in partibus de paternum, sceptuatum ipsa alia pecia de terra sua cum castanietum, quem ipsi nominati germani habunt ulter ipso ballone, que de duabus partibus coniuncta est ad fine meaque stephani, neque per testes, et neque per monimen, et neque per nullaquoque alia adinventa ratione mecum aut cum meis heredibus causare aut contendere non poterent. et statim per bonam convenientiam guadia mihi ipsi nominati germani dederunt et mediatorem mihi posuerunt maionem filius quondam airolfi, tali ratione, ut si amodo et im perpetuis temporibus si ipsi nominati germani aut ipse iohannes nepotes illorum aut eorum heredibus per quacumque ratione ab ipsi nominati termines, que fiximus a capite de ipso ballone per longum, et ab ipsi termines, que fiximus per traversum, mihi, aut ad meis heredibus predicta rebus contraverit, aut si quacumque calumpnie ex dicta rebus, sicut superius dictum est, mihi meique heredibus preposuerit, primis omnibus illorum questio adversus nos omni tempore tacita et contempta permaneat; et per ipsa guadia obligaverunt se et suis heredibus ad componendum mihi meique heredibus quinquaginta aurei solidos constantinos, et per imvitis da partibus de nominatum nepotes suos nos exinde defensare omni tempore et rebus ipsa ab ipsi termines in subter, quomodo superius dictum est, omni tempore securiter et firmiter nostre habeamus potestati omni tempore ad faciendum exinde, que nobis et ad nostris heredibus placuerit sine omnis contrarietatem ipsorum germani et nepotes et de illorum heredibus.

---

[1]) *Locolanu* in agro nucerino saepe in aliis chartis etiam *Lanum* vel *Lanium* vocabatur.

[2]) *Termitaremus*, idest *terminos figeremus*.

† ego guiso subdiaconus et notarius ante prephato castaldeo in ipsum locum apos monte hunc brebom scribsi

† ego qui supra lambertus

† ego maio

† ego radoaldus

† ego wiso

† ego rodelgrimo.

CXCV.

A. D. 957.

† In nomine domini vicesimo quarto anno principatus domni nostri gisolfi glorioso principe, mense ianuarius quintadecima indictione. ideo que ego petrus presbiter filius quoddam orsemari declaro, quia per cartula comparatum habeo da alphanus filius potefrid terra cum pastino in locum capaczana, ubi correianu dicitur salernitane finibus, quod predictus alphanus ad partione pastenandum datum habuit ad filii ermengari; ideo per ipse finis et mensuria, sicut ipsorum filii ermengari ad partione ad pastenandum datum fuit, medietatem ipse alphanus mihi venumdatum habuit, nunc autem congruum est nobis predictam rem, sicuti per cartula da ipsum alphanus emptam habui, bindere. interea ego superius dictus petrus presbiter, mea quidem bona voluntate ante subscripti testes per hanc cartula venumdedimus tibi papari filius ursi totum, quantum quantoque per ipsa cartula da ipsum alphanus emptum habeo, trasactibus nomine et a funditus cum ipsa cartula illut tibi venumdedimus, unde nec nobis nec cuiqua hominibus nihil restitit nec dicimus exinde remanere sortiones. et pro confirmandam et staviliscendam hanc nostra bindictione, a presenti recepimus a te nominatus paparus statutum pretium auri tari boni cassimini quindecim, sicut inter nos combenit; finitoque vero pretium aput nos ea vero ratione, ut a presenti die et perpetuis temporibus tu nominatus paparus quam et tuis heredibus predicta nostra binditione securo nomine habere et possidere valeatis et faciatis exinde, quod volueritis. ex qua repromitto et obligo me superius dictus petrus presbiter et meis heredibus tibi nominato papari quam et ad tuis heredibus eaque nostra bindictione, ut superius dictum est, amodo et semper vobis antistandum et defensandum ab omnibus hominibus, cui per nos exinde datum et alienatum paruerit, et qui pro nostra parte vobiscum exinde causaberit. et si taliter, ut dictum est, vobis

illut non defensaberimus, aut si nos ipsis forsitans per quavis modis vobis eos tollere aut contrare quesierimus, ad compositione siamus nos et nostris heredibus obligati ad componendum tibi nominato papari quam et ad tuis heredibus biginti solidos constantinos: de aliis vero hominibus non queratis nos exinde auctores, set vice nostra licentiam et potestatem habeatis cum supradicta cartula et cum aliis rationibus, que habere potueritis, in omnibus vice nostra exinde causare, et omnem legem et iustitiam exinde recipere et omnia agere, quamquam nos debuerimus, et per vos ipsis siatis vobis exinde auctorem et defensorem. quam te richardus notarius scribere rogavimus. actum salerno.

† ego qui supra petrus presbiter

† ego madelmo

† ego iaquintu

† ego arechisi

† ego ademari †.

CXCVI.

A. D. 957.

† In nomine domini vicesimo quarto anno principatus domni nostri gisolfi glorioso principe, mense martius quintadecima indictione. memoratorium factu a me adelhisi presbiter et una mecum adessent alderisi notarium advocatorem nostrum, eo quod hante subscripti testes dedimus ad laborandum amati filio petri scutarari una clusuria de terra cum arbustis, quod pars ecclesie sancti maximi havent in locum nucerie, hubi propio puteo-regente bocatur, quod ego in veneficium teneo. unde pro taliter wadia nobis ipse hamatus dedit et mediatorem nobis posui petrus gastaldus filius rumoaldi, tali hordine, ut amodo et usque ad quinque frugia recollecta ipse quidem hamatus ipso harbusto annualiter tenporibus suis eos potare, arare, propaginare, et ubi necesse fuerit, arbores plantare, et vites ibidem pastenare, et eos cultare de super et de subto, sicut locus ipse meruerit ut bene pareat laboratum, et per tempore eos custodire et salbum facere et vindemiare, et ipso vinum ibidem ad palmentum et omnis poma ad equaliter mecum dibidere: ille medietatem et nos medietatem; et ipsa sortione que nobis inde hevenerit, ille conciare nobis ipso horganeum et ipso binum ibidem reponere et eos nobis salbum facere, donec ipso inde adducere possamus absque degeneratione; et quando illuc ad vindemiandum perrexerimus, haut

hominem nostrum direxerimus pro ipsa vindemia, ille nobis dare manducare et bibere: ipse nuci, qui ibidem sunt, annualiter iuxta rationem colligere et seccare, et medietatem nobis dare. quod si taliter omnia, ut superius legitur, hamodo et usque ad ipso costitutum per supradicto hordine non hadimpleverit, tunc per ipsa wadia hobligavit se nobis ad componendum dece auri solidos costantinos, et omnia per supradicto hordine per invitis nobis conplire.

† ego petrus notarius interfui et unc brebem scripsi

† ego adelgari

† ego petrus

† ego iaquintu.

CXCVII.

A. D. 957.

† In nomine domini vicesimo sexto[1]) anno principatus domini nostri gisolfi glorioso principi, mense magius quintadecima indictione. ideo que ego iohannes, divina fabente clementia presul sancte sedis pestane, clarefacimus, quoniam pars nostri episcopii plures rebus habere in lucaniense finibus, que inculte permanunt et apsque ullum offectum possidemus, querimus exinde dare ubi potuerimus et reciperemus ex eadem aliquantum pretium ad perficiendum ea, que nostri episcopii necessaria sunt, et per plures diebus causa ista huc et illuc dibulgavimus et dibulgare fecimus, nemo invenimus, qui nobis . . . . facere volerent. nobissime autem venit ad nos ligori atrianense filius quondam iohannis, qui dixit nobis, si dederimus eidem ligori terris bacue de eodem loco lucania, quem ille modo ipse terris possessurus est da pars nostri episcopii, ille autem dare nobis duodecim libre argentei. nos superius domini misericordia pontifex, talia audientes, cepimus exinde habere colloquium cum richardus notarius advocatorem nostrum, et cum iohannes presbiter vicedominum nostrum episcopii, et cum alios cleros onoratos nostri episcopii. inito consilio, comparuit nobis et omnibus, ut melius esse dare predicta rebus eidem ligori, que apsque ullum offectum possidemus, et reciperemus hab eum ipsum argentum. ego superius dictus domini misericordia episcopus super eadem rebus, quem ipse ligori a nos tollere querit, dreximus ipsumque advocatorem et vicedominum nostrum,

[1]) Lege: *vigesimo quinto*.

ut cum vonis hominibus de ipsis locis rebus ipsa andarent, et previderent et studiose illut estimarent, ut aliqua damnietate ad pars nostri episcopii non evenirent. et dum illuc habierunt et ad nos rebersi sunt, narraverunt nobis, ut studiose rebus ipsa andassent et providisset, set magis magisque plus esset ipso argentum, quam ipsa rebus baleret, quem ipse ligori exinde dare volent. post ita factum, ego superius dictus domini misericordia episcopus hec omnia per me ipsum nuntiavimus supradicti inluxtrissimi magni principi, ut si hec comvenientia placuerit, solutionem nobis exinde dare: ille vero reminiscentes et a deo conservatus magnus princeps, quod vonum ad pars nostri episcopii evenire, nobis solutionem exinde dedit, hec combenientia inter nos faceremus etiam et pro causa ista stabilitatis, sicut in edicti pagina adfixum est, de suis presentiis direxit radelgrimus iudex, et nos utrisque partibus comvocavimus idoneis hominibus, ut quo utrumque faceremus, omni tempore firmum stabilemque manerent. sic itaque acta, ego superius dictus iohannes domini misericordia presul, et una nobiscum adessent ipsumque advocatorem et vicedominum nostrum ante presentia ipsius iudici, et ante alios idoneis hominibus per vona comvenientia tradidimus tibi nominati ligori predicta rebus de eodem loco lucania per hec finis; de supter parte, que est in partibus orientis, fine rivi; a septemtrionalis fine ballone; de super capite, qui est im partibus occidentis, fine ipso ballone, sicut monte discernit, et indeque per ipso monte perbadit in ipsa ballicella, et per ipsa ballicella saliente usque in serra, et exinde revolbente et descendente in ipso gualdu. hec vero rebus per suprascripte finis totum et inclitum illut tibi nominato ligori per vona comvenientia tradidimus cum vice de bia sua, ad securiter et firmiter hamodo et semper tu tuisque heredibus illut vos habendum, dominandi, possidendi, omnia exinde faciendi, que vobis placuerit apsque nostra vel de nostris successoribus contrarietate vel requisitione. unde pro confirmandam et stabiliscendam hanc nostra tradictione, nunc a presentis recepimus a te nominato ligori ipse duodecim libre argentei; finitoque vero argentum ipsum aput nos ea ratione, per vona comvenientia obligo me qui supra domini misericordia pontifex et meis successoribus et pars ipsius episcopii hamodo et semper antistandum et defensandum ipsa supradicta nostra tradictione per suprascripte finis cum bice de bia sua tibi iamdicti ligori quam et at tuis heredibus hab omnibus hominibus omnique partibus. quod si taliter, ut dictum est, semper illut vobis vestrisque heredibus non defensaverimus, haut si nos vel successores nostros, haut pars nostri episcopii illut vel exinde tollere, haut contrare, seu removere quesierimus; tunc per vona comvenientia obligo me meosque successores et pars nostri episcopii ad componendum tibi nominato ligori quam et ad tuis heredibus tricentos auri solidos costantinos. et tali ordine te gaidenardus notarius scribere rogavimus. hactum salerno.

† ego qui supra iohannes episcopus

† ego qui supra iohannes presbiter et bicedominus

† ego qui supra radelgrimo iudex

† ego lando archidiaconus

† ego imperato diaconus

† ego ragemprandus arhcipresbiter.

CXCVIII.

A. D. 957.

† In nomine domini vicesimo quinto anno principatus domni nostri gisolfi glorioso principe, mense iulius quintadecima indictione. memoratorium factum a me paparus filius ursi, eo quod ante presentia petri iudici per bona combenientia guadia mihi dederunt ermengari filius erchemperti et petrus nepotem eius filius iohanni et ipse sibi mediatores exierunt tali ordine, ut diligenter absque colludio causarent cum cicerus filio guisoni, et amandulo filio sichelgardi, et sichelprandus, et cicerus primicerium et maraldus filius papari de ipsa res cum castanietum et quertietum et pomifera de locum casale [1]), unde ipse ermengari cum ipso amandulo et sichelprandus causabit. ideo, sicut diximus, diligenter absque omni colludio cum supradictis causarent et per legem cum eis exinde finem facerent, et de quantum exinde adbincerint, tertiam partem nobis et ad nostris heredibus illis et suis heredibus exinde dare per tale securitatem, ut omni tempore nos et nostri heredibus cum vice de bia sua firmiter eos habere possamus, faciendum inde . . . . et quantum expendium . . . . sine colludio. . . . . partem. quod si taliter omnia, ut superius dictum est, illi et eorum heredes mihi et ad meis heredibus non adimpleberint, tunc per ipsa guadia obligaberunt se suosque heredes ad componendum nobis et ad nostris heredibus decem solidos constantinos, et omnia ut supra nobis complire. et hunc brebem scribsi ego richardus notarius per indicationem ipsius iudici.

† ego qui supra petrus iudex.

---

[1]) *Casale*, apud Nuceriam.

CXCIX.

A. D. 957.

† In nomine domini vicesimo quinto anno principatus domni nostri gisolfi glorioso principe, mense nobember prima indictione, memoratorium factu a nobis poto et alfanus germani filii cuidam potefrit, de eo quod ante supscripti nobilibus ibidem astantibus per vona combenientia partionis ordine tradidimus terra nostra bacua, quod habemus in locum iusta flubio qui dicitur lirino, ad iohannem, qui gictiulo vocatur, filius mirandi mulinaturi at pastenandum terra ipsa vinea per apsolutionem et largietatem supradicti genitori suo et ipsum astante hamodo et usque at nobem anni completi per finis et mensuria: de una parte fine bia, sunt inde in latitudo passos biginti octo; et de alia parte fine friderissi et radoaldi germani filii cuidam pandoni, sunt inde in medio loco passos biginti duo; et de super capite fine ipse ripe, sunt inde passos biginti; et de pede fine erga ipso flubio, sunt inde passos biginti sex; et de alia quidem parte da fine superdicti friderissi et radoaldi erga ipso flubio, et exiente in ipso poiu da supradicta bia, que discernit da exdicti fine friderissi et radoaldi et perbadit in pede de ipse ripe, sunt inde passos biginti et uno. hec bero terra, qualiter superius finis et mensurie posite sunt, totum liceat ipse iohannes et eius heredes ipsa terra quantum inde potuerit pastenare vinea de bono vitinio, et fobee et omnis sua utilitatem ibidem liceat facere usque in ipso constitutum; et hamodo et usque at octo anni completi nullamque frugium exinde quera illius tollere vel ad eius heredes, set totum ipso frugium, quod de ipsa vinea fuerit exurtum, illut sibi habeat et faciat exinde, que ei placuerit; et at completi ipsi nobem anni, quantum ipse iohannes in ipsa terra pastenaberit, habeat ibidem vinea facta et lebata, sicut locus ipso meruerit, et in ipsi nobem anni ipse iohannes et suos heredes ipsa vinea plena nobis faciat salba, et plicaret se et suis heredibus, et ipsa terra cum vinea plena inter nos dibidamus cum vice de biis suis: nos tollamus eos medietatem, et ille et eius heredes tollat exinde medietatem cum vice de bia sua; et ipsa medietatem, que da nos ei ebenerit, omni tempore nos et nostris heredibus eos defensemus da omnis homines cum vice de bia sua illius et ad eius heredes. et hamodo et usque in ipso constitutum ipsa terra et vinea non queramus nos aut nostris heredibus ei vel ad eius heredes tollere aut contrare, set defensemus eis ex eadem terra cum vice de bia da omnis homines; et quantum de ipsa terra non potuerit ille pastenare vinea, ipso bacuum rebertar at nostram potestatem, et ille et eius heredes maneant exinde aput nos apsque omni calumnie; et quantum inde pastenaberit, sic fiat inter nos, si-

cut superius legitur; et si cannietum vel salicetum ibidem ipse iohannes pastenaberit, per medietatem inter nos eos dibidamus, nos medietatem et ille medietatem, et infra ipse finis illius defensemus, sicut superius legitur. unde in eo ordine, sicut diximus, per vona combenientia wadia nobis dedit ipse nominatus iohannes per berbum et apsolutionem et largietatem supradicti genitorem suum et ipsum astante, et mediatorem nobis posui pando filius quondam audoale; et per eadem wadia obligabit se et suis heredibus, ut si taliter omnia, ut superius legitur, nobis non compleberit, componere se suique heredibus obligabit nobis et at nostris heredibus biginti solidos constantinos et omnia, que supra legitur, per inbitis nobis complire. tamen si ipsa sortionem suam de terra ipsa cum vinea ille vel suos heredes datura aut bindituram habuerit, obligabit se nobis per supradicto ordine, ut non haberet potestatem cuicumque eos dare at iusto pretium, quem iuste fuerit atpretiatum, nisi nobis et at nostris heredibus, et faciat nos ille haut eius heredes scire usque in tertio constitutum, quod sunt dies triginta sex, pro illut emendum; et si infra ipsa constituta noluerimus eos tollere, licentiam habeat illut dare cui illius placuerit apsque nostra vel de nostris heredibus contrarietatem; et si ante ipsa constituta sine nostra volumtate cuicumque illut dederit, tunc apsque pretium rebertat at nostram potestatem, sicut de primis per supradicta obligatione. et unc brebem scripsi ego antipertus notarius qui interfui.

† ego landenolfus

† ego ermetaNcus

† ego pando.

CC.

A. D. 958.

† In nomine domini nostri ihesu Cristi quadragesimo sexto anno imperii domni constantini et quartodecimo anno . . . . cum eo domno romano filio eius sanctissimis imperatoribus nostris, mense novemver, secunda indictione. Ideo que ego cristoforo filius quondam marci de loco . . . . . finibus canusina [1]), Dum mihi congrum esse videtur mea voluntate vendere atque de presente ante presentia . . . , ... subscripti sunt, per hanc videlicet cartulam venditionis venundavo quidem tibi leoni filio quondam adelchisi . . . . locum ziziro, hoc est inclita una

---

[1]) *Finibus canusina*, in Apulia.

